mito: ac secundo, tertio aut quarto simili modo exprimens facito, totiesque recentes rosas unguibus decerptas adiicito. Sic enim oleum multo potentius evadet. Porro ad septimam infusionem oleum iniectionem rosarum admittit, ultra vero haud amplius. Ceterum et prelum melle illinatur, oleumque a succo studiose secernatur. Nam si huius vel tantillum relinquatur, unguentum vitiabit. Sunt qui rosas ipsas contusas insolatasque unciarum sex pondere immergunt in olei sextarium unum ac per dies octo permutantes insolantesque per dies quadraginta ad tertiam usque macerationem tandem recondunt. Nonnulli additis calamo et aspalatho oleum prius inspissant: alii anchusam pulcri coloris gratia et sales, quo minus corrumpatur, adiiciunt. Vim autem habet astringentem et refrigerantem, irrigationibus et cataplasmatum mixtionibus aptum. Potum quoque alvo solvendae par est et stomachi ardorem restinguit. Cava item ulcera nutrit, maligna vero de-

ἐπάλειμμα· καὶ κεφαλαλγίας ἔμβρεγμα ἐν ἀρχῇ, ὀδονταλγίας διάκλυσμα· ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς βλέφαρα ἐσκληρυμένα ἐγχριόμενον, πρός τε ἐντέρων ἐρεθισμοὺς καὶ ὑστέρας ἐγκλυζόμενον χρήσιμον.

Κεφ. νδ'. [*Περὶ ἐλατίνου σκευασίας.*] Ἐλάτην θλάσας καὶ διακνίσας ἐμβαλὼν εἰς λουτῆρα, ἐπίχει ὀμφάκινον ἔλαιον ἐπὶ ἡμέρας γ', ἀνελόμενός τε εἰς σπυρίδα ἔξίπου· ἔστω δὲ ἑκάτερα ἰσόσταθμα· εἶτα ἀποθέμενος ἐν καθαρῷ ἀγγείῳ χρῶ. Δύναμιν δὲ ἔχει ἀναλογοῦσαν τῷ ῥοδίνῳ, κοιλίαν δὲ οὐ μαλάσσει.

Κεφ. νε'. [*Περὶ μηλίνου σκευασίας.*] Ἔλαιον μήλινον σκευάζεται τὸν τρόπον τοῦτον· ἐλαίου ξέστας ς', ὕδατος ξέστας ι' μίξας, προςέμβαλε σπάθης[58] τεθλασμένης οὐγγίας γ', σχοίνου οὐγγίαν α', καὶ ἐάσας ἡμέραν μίαν ἕψησον· εἶτα ἀπηθήσας τὸ ἔλαιον, βάλε εἰς ἀγγεῖον πλατύστομον, ἐπιθεὶς δὲ ῥίπον[59] ἐκ καλάμου, ἢ ψίαθον ἀραιὰν[60], ἄνωθέν τε ἐπιθεὶς κυδώνια μῆλα καὶ περικαλύψας ἱματίοις, ἔασον ἡμέ-

58) Sic emendat probabiliter Sarac. *λαπάθης* vulgo.
59) Sarac. loco *ῥύπον*. 60) Ald. *παλαιάν*.

mulcet. Ad achores et eczemata illinitur. Caput dolens initio eo perfunditur: ad dentium dolores colluitur. Illitum quoque ad palpebras induratas efficax, denique ad intestinorum irritationem aut matricis utiliter infunditur.

Cap. LIV. [*De oleo palmarum parando.*] Palmae fructus immaturos contusos ac discerptos in labrum coniicito oleumque omphacinum affundito, quo stent per triduum. Mox fiscina exceptos exprimito. Sint vero utraque pondere paria. Tandem, ubi vase mundo reposueris, utitor. Vim habet rosaceo assimilem, sed alvum minime mollit.

Cap. LV. [*De oleo cydoniorum.*] Oleum cydoniorum hunc in modum conficitur. Olei sextariis sex, aquae sextariis decem commixtis adiicito spathae (palmarum) contusae uncias tres, schoeni unciam, postquam siveris stare per diem unum, coquito. Tum excolatum oleum in vas oris lati coniicito, ac imposita storea arundinacea aut crate rara mala cotonea desuper insternito, eaque

ρας ἱκανὰς, ἕως ἂν ἐπισπάσηται τὴν ἀπὸ τῶν μήλων δύναμιν τὸ ἔλαιον· ἔνιοι δὲ τὰ μῆλα περιβάλλοντες ἱματίοις ἐπὶ ἡμέρας ί, ἵνα συνέχηται καὶ μὴ διαπνέηται ἡ εὐωδία, μετὰ ταῦτα ἀποβρέχουσι τῷ ἐλαίῳ ἡμέρας β' καὶ νύκτας· εἶτα ἐξιπώσαντες ἀποτίθενται. Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικὴν, ψυκτικὴν, ποιοῦν πρὸς τὰ ψωρώδη ἕλκη καὶ πίτυρα, χίμετλα, ἕρπητας, καὶ πρὸς τὰς ἐν ὑστέρᾳ ἑλκώσεις ἐγχυματιζόμενον, οὖρά τε ἠρεθισμένα στέλλει ἐγκλυζόμενον καὶ ἱδρῶτας ἐφίστησι. Πίνεται δὲ καὶ πρὸς κανθαρίδας, βουπρήστεις, πιτυοκάμπας· ἔστι δὲ αὐτοῦ δόκιμον τὸ κυδωνίων ὄζον μήλων.

Κεφ. νς'. [*Περὶ οἰνανθίνου σκευασίας.*] Οἰνάνθην τὴν ἐκ σταφυλῆς εὐώδη μαράνας βάλε εἰς ὀμφάκινον ἔλαιον καὶ κίνει μεταστρέφων· ἐάσας δὲ ἡμέρας δύο, ἐξίπου καὶ ἀποτίθεσο. Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικὴν, ἀναλογοῦσαν τῇ τοῦ ῥοδίνου, ἐκτὸς τοῦ τὴν κοιλίαν λύειν καὶ μαλάσσειν· καὶ τούτου δέ ἐστι δοκιμώτατον, τὸ ἐμφαῖνον ἐν τῇ ὀσμῇ τὴν οἰνάνθην.

Κεφ. νζ'. [*Περὶ τηλίνου σκευασίας.*] Τήλεως λίτρας θ',

obvelata vestimentis ad dies sufficientes sinito, dum oleum cydoniorum vires asciverit. Alii mala operimentis obvolvunt ad dies decem, ut coërceatur minimeque exhalet odoris suavitas, et postea duorum dierum totidemque noctium spatio in oleo macerant, tandemque oleum expressum recondunt. Vim habet astringentem, refrigerantem, facitque ad ulcera scabiosa, furfures, perniones et herpetes. Ad matricis ulcerationes commode instillatur, quin et urinae concitatum fluxum infusum sistit, sudoresque cohibet. Bibitur et contra cantharidas, buprestes pinuumque erucas. Probatur vero in hoc genere maxime, quod cydonia mala redolet.

Cap. LVI. [*De oleo florum vitis.*] Florem vitis suaveolentem postquam marcescere siveris, coniicito in oleum omphacinum et undequaque versando agitato. Cum ad biduum stare iusseris, exprimito ac reponito. Vim habet astringentem, rosaceo affinem, praeterquam quod nec solvit alvum nec mollit. Huius vero probatissimum est, quod florem vitis redolet.

Cap. LVII. [*De oleo foeni graeci.*] Foeni graeci

ἐλαίου λίτρας ε΄, καλάμου λίτραν α΄, κυπείρου λίτρας β΄, ἀπόβρεχε τῷ ἐλαίῳ ἐπὶ ἡμέρας ζ΄, κινῶν ἑκάστης ἡμέρας τρίς· εἶτα ἐξίπου καὶ ἀποτίθεσο· οἱ δὲ ἀντὶ μὲν καλάμου καρδάμωμον, ἀντὶ δὲ τῆς κυπείρου ξυλοβάλσαμον συναποβρέχουσιν· οἱ δὲ προστύφουσι τὸ ἔλαιον τούτοις, καὶ μετὰ ταῦτα τὴν τῆλιν ἀποβρέχοντες ἐξιποῦσιν. Δύναμιν δὲ ἔχει μαλακτικὴν ἀποστημάτων, πεπτικήν· μάλιστα δὲ ἁρμόζει τοῖς περὶ μήτραν πᾶσι σκιῤῥώμασι[61]*, δυςτοκούσαις τε ἐγχυματίζεται, ἐπειδὰν κατάξηρα τὰ περὶ τοὺς τόπους γένηται, προεκκριθέντων τῶν ὑγρῶν, πρός τε τὰς ἐν δακτυλίῳ φλεγμονάς, καὶ ἐγκλύζεται ἐπὶ τῶν τεινεσμῶν ὠφελίμως, πίτυρά τε καὶ ἀχῶρας σμήχει, καὶ πρὸς κατακαύματα καὶ χείμετλα ποιεῖ μετὰ κηροῦ, σμήχει τὲ ἐφηλίδας καὶ εἰς στιλβώματα μίγνυται· ἐκλέγου δὲ τὸ πρόςφατον καὶ μὴ λίαν παρεμφαῖνον τὴν τῆς τήλεως ὀσμήν, σμῆχον τὰς χεῖρας, γλυκύπικρον ἐν τῇ γεύσει· τὸ γὰρ τοιοῦτον κάλλιστον.*

61) Cod. C. N. X... Ald. et qui sequuntur *σκληρώμασι.*

libras novem, olei libras quinque, calami libram unam, cyperi libras duas macera in oleo ad dies septem, quotidie ter agitando, dein exprimito ac reponito. Sunt qui pro calamo quidem cardamomum, pro cypero vero xylobalsamum simul macerant. Alii oleum prius iis ipsis inspissant, ac dein foenum graecum in ipso macerant tandemque exprimunt. Vim habet apostemata molliendi ac maturandi: maxime autem omnibus circa uterum duritiis scirrhosis accommodatum est. Aegre parientibus instillatur, ubi excretis ante humoribus loca muliebria siccitatem contraxerunt. Quin et ad sedis inflammationes nec non ad tenesmos utiliter infunditur, furfuresque et achores detergit. Facit et ad ambusta pernionesque, addita cera. Maculas etiam a solis ardore ortas exterit, ac medicamentis ad faciei nitorem inducendum admiscetur. Ceterum eligito recens, quodque foeni graeci odorem non admodum referat, manus abstergat ac dulcedinis amarori permixtae saporem habeat. Tale enim est praestantissimum.

Κεφ. νη'. [Περὶ σαμψυχίνου σκευασίας.] Ἑρπύλλου, κασσίας, ἀβροτόνου, σισυμβρίου ἄνθους, μυρσίνης πετάλων, σαμψύχου, ἑκάστου λαμβάνων στοχασμῷ πρὸς τὴν ἑκάστου δύναμιν ἀποβλέπων, κόπτε ἐν τῷ αὐτῷ πάντα, καὶ ἐπίχεε ἐλαίου ὀμφακίνου τοσοῦτον, ὥςτε μὴ κατακρατεῖσθαι τὴν δύναμιν τῶν ἐν αὐτῷ βρεχομένων, καὶ ἔασον ἡμέρας τέτταρας καὶ ἔκθλιβε, καὶ πάλιν τὸ αὐτὸ πλῆθος τῶν αὐτῶν προςφάτων ἀπόβρεχε τὸν ἴσον χρόνον, καὶ ἐξίπου· ἔστι γὰρ εὐτονώτερον· ἐκλέγου δὲ τὸ μελάγχλωρον τῇ χρόᾳ σάμψυχον ἐπιπολὺ ὄζον, μετρίως δριμύ. Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικὴν, λεπτυντικὴν, δριμεῖαν· ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς μύσιν καὶ διαστροφὴν ὑστέρας· ἔμμηνά τε, δεύτερα καὶ ἔμβρυα ἐπισπᾶται, καὶ πνίγας ὑστερικὰς ἀνακτᾶται, ὀσφύων τε καὶ βουβώνων ἀλγήματα πραΰνει· συν μέλιτι δὲ αὐτῷ χρῆσθαι βέλτιον, ἐπεὶ τῇ σφοδρᾷ στύψει σκληρύνει τοὺς τόπους, λύει καὶ κόπους συγχριόμενον· εἴς τε τὰ ἐπὶ τῶν ὀπισθοτονικῶν καταπλάσματα ἐπιτηδείως μίγνυται καὶ τῶν ἄλλως σπωμένων.

Cap. LVIII. [*De oleo maioranae componendo.*] Serpylli, cassiae, abrotani, florum menthae myrtique, maioranae, singulorum sume, quantum respectu virium, quibus quodvis pollet, satis esse conieceris, unaque omnia tunde: affunde olei omphacini quantum sufficit, dummodo ne vincatur eorum vis, quae in ipso macerantur, ac post quatriduum exprimito. Rursus vero eorumdem recentium par pondus aequali tempore in eodem oleo macera et excola: sic enim efficacius reddetur. Elige autem maioranam saturrime viridem, odoratissimam modiceque acrem. Vim habet calefacientem, attenuantem acremque. Confert ad uteri occlusionem et reversionem: menstrua, secundas et partus ducit, strangulationes ex utero progenitas restituit. Lumborum inguinumque dolores lenit. Cum melle satius est ipso uti, quandoquidem vehementi astrictione locos indurat. Lassitudines etiam illitum discutit, ac denique apte cataplasmatis inseritur ad opisthotonum aliasve convulsiones adhibendis.

Κεφ. νθ'. [*Περὶ ὠκιμίνου σκευασίας.*] [62] Λαβὼν ἐλαίου λίτρας κ', ὠκίμου σταθμῷ λίτρας ια' οὐγγίας η'· ἀποφυλλίσας ἀπόβρεχε νύκτα καὶ ἡμέραν ἐν τῷ ἐλαίῳ, εἶτα ἔξίπου καὶ ἀποτίθεσο· ἐκκενώσας δὲ τὰ ἀπὸ τῆς κυρτίδος, ἐπίχει πάλιν τὸ ἴσον πλῆθος τοῦ ἐλαίου καὶ ἔξίπου [63]· καλεῖται δὲ τοῦτο δευτερεῖον· τρίτην γὰρ οὐκ ἐπιδέχεται βροχήν· εἶτα πρόςφατον ὤκιμον λαβὼν ἴσον, πάλιν ἀπόβρεχε, ὡς ἐπὶ τοῦ ῥοδίνου εἴρηται· τὸ δὲ ἤδη ἀποβεβρεγμένον ἐπιχέων καὶ ἐῶν τὸν αὐτὸν χρόνον, ἔκθλιβε καὶ ἀποτίθεσο· κἂν τρὶς δὲ ἢ τετράκις θέλῃς, ἀπόβρεχε πρόςφατον ἀεὶ ὤκιμον ἐμβάλλων. Δύναται δὲ καὶ ἐκ τοῦ ὀμφακίνου σκευάζεσθαι· βέλτιον δὲ ἐκείνως· δύναται δὲ τὰ αὐτὰ τῷ σαμψυχίνῳ, ἔλαττον ἐνεργοῦν.

Κεφ. ξ'. [*Περὶ ἀβροτονίνου σκευασίας.*] Ἀβροτόνινον· ἐκ τοῦ εἰς τὸ κύπρινον ἠρωματισμένου ἐλαίου λίτρας θ' [64] ἐμβαλὼν καὶ ἀποβρέξας νύκτα καὶ ἡμέραν, ἔξίπου· πολυχρό-

62) Cod. X. et P. sic incipiunt: *Τοῦ εἰς τὸ κύπρινον ἠρωματισμένον, ὡς ἀποδειξόμεθα λαβών*: alius etiam habet *ἀπεδείξαμεν*. Cod. C. et Ald. *ἔλαιον ὠκίμινον σκευάζεται ὥςπερ τὸ κύπρινον*.

63) Desunt *ἐκκενώσας* — *ἔξίπου* in cod. X.

64) Cod. X. et Ald. habent *η'*.

Cap. LIX. [*De ocimini praeparatione.*] Olei libras viginti, ocimi pondo libras undecim cum octo unciis sumito. Huius decerpta folia in oleo ipso per diem noctemque macerato, dein exprimito ac reponito. Excmtis autem e quasillo foliis olei rursus parem mensuram affundito et excolato. Vocatur autem hoc secundarium: tertiam enim macerationem minime admittit. Deinde recentis ocimi aequale pondus iterum macera, ut de rosaceo dictum est, ita ut effuso prioris macerationis oleo temporis eodem spatio madere sinas, tumque postea exprimito ac reponito. Quodsi ter quaterve macerare volueris, recens ocimum semper iniicito. Potest et ex omphacino confici, sed illo modo melius. Eadem quae maioranae oleum praestat, sed minus est efficax.

Cap. LX. [*De abrotanini confectione.*] Abrotaninum. In olei ad cyprinum conficiendum aromatibus imbuti libras novem cum unciis quinque, abrotani foliorum libras octo immittito, ac per diem noctemque macerata excola.

νιον δ' εἰ βούλει ποιῆσαι, ἐκβαλὼν τὰ πρῶτα φύλλα, ἔμβαλε ἕτερα καὶ ἐναποβρέχων ἐκπίεζε. Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικὴν, ποιοῦσαν πρὸς τὰς ἐν ὑστέρᾳ μύσεις καὶ σκληρίας, ἄγον ἔμμηνα καὶ δεύτερα.

Κεφ. ξα'. [Περὶ ἀνηθίνου σκευασίας.] Ἐλαίου[65] *λίτρας η' οὐγγίας θ', ἀνήθου ἄνθους λίτρας ια' οὐγγίας η' ἐναπόβρεχε τῷ ἐλαίῳ ἡμέραν α'· εἶτα ἐκπίεζε ταῖς χερσὶ καὶ ἀποτίθεσο· ἐὰν δὲ θέλῃς δίβροχον*[66] *ποιῆσαι, πρόσφατον ἀνήθου ἄνθος ὡσαύτως ἀπόβρεχε· δύναται δὲ μαλάσσειν τὰ περὶ μήτραν καὶ ἀναστομοῦν, ἁρμόζον πρὸς τὰ περιοδικὰ ῥίγη, θερμαῖνον καὶ κόπους λῦον*[67] *καὶ ἀλγήματα ἄρθρων ὠφελοῦν.*

Κεφ. ξβ'. [Περὶ σουσίνου σκευασίας.] Τὸ δὲ σούσινον, ὃ ἔνιοι κρίνινον καλοῦσιν, οὕτω σκευάζεται. Ἐλαίου λίτρας θ' οὐγγίας γ'[68]*, καλάμου λίτρας ε' οὐγγίας γ'*[69]*, σμύρνης οὐγγίας ε' φυράσας*[70] *οἴνῳ εὐώδει ἕψε, εἶτα ἀπηθήσας τὸ ἔλαιον, ἀπόχει*[71] *μετὰ καρδαμώμου κεκομμένου καὶ βεβρεγμένου ὕδατι*

65) Oribas. *παλαιοῦ λίτρας ια' ουγγίας η', ἀνήθου ἄνθους τὸ αὐτό.*
66) Coniicit recte Sarac.; vulgo *διάβροχον.*
67) *Κόλπους πλῦνον* Par.
68) C. N. X. *ε'* Ald.
69) Haec desunt in cod. X.
70) *κεράσας* C. N.
71) *ἀπόχες* X.

Quodsi perennius parare cupiveris, prioribus abiectis foliis alia adiecta macerataque exprimito. Vim habet calefacientem, ad uteri praeclusiones et duritias valentem, menstrua secundasque pellentem.

Cap. LXI. [*De anethini confectione.*] Anethi florum libras undecim uncias octo in olei libris octo unciis novem per diem unum immergito manibusque expressa reponito. Si macerationem iterare cupis, recentem anethi florem similiter madefacito. Mollire loca muliebria potis est et aperire, convenit etiam ad rigores per circuitus redeuntes, cum calefaciat, lassitudines discutit et articulorum doloribus auxiliatur.

Cap. LXII. [*De susini confectione.*] Susinum, quod et liliaceum nonnulli appellant, sic paratur: Olei libras octo cum unciis tribus, calami libras quinque cum unciis tribus, myrrhae uncias quinque vino odorato subactas coquito. Dein colo traiectum oleum una cum cardamomi tusi et aqua pluvia

ὀμβρίῳ λίτρων γ' οὐγγιῶν ς' [72], καὶ ἐάσας 'βραχῆναι ἀπόθλιβε· καὶ λαβὼν ἐκ τοῦ ἐστυμμένου ἐλαίου τρεῖς καὶ ἥμισυ λίτρας, κρίνα ἀριθμῷ χίλια ἀποφύλλισας θὲς ἐν λουτῆρι πλατεῖ, μὴ βαθεῖ· ἐπιχέας τε τὸ ἔλαιον, ἀνακίνει ταῖς χερσὶ μέλιτι κεχρισμέναις· ἐάσας δὲ ἡμέραν μίαν καὶ νύκτα πρωῒ ἐνελόμενος εἰς πυξίδα ἔξίπου· τὸ δὲ φερόμενον ἀπήθει εὐθέως ἀπὸ τοῦ συνεκθλιβέντος ὕδατος τῷ ἐλαίῳ· οὐ γὰρ ὑπομένει ὡς τὸ ῥόδινον, συνθερμαινόμενον δὲ ἀναζεῖ καὶ σήπεται· μετάγγιζε δὲ πολλάκις εἰς ἕτερα ἀγγεῖα μέλιτι κατακεχρισμένα προςπάσσων ἅλα λεπτὸν καὶ τὴν συλλεγομένην ἀκαθαρσίαν ἐπιμελῶς ἀφαιρῶν· μετακεράσας δὲ ἐκ τοῦ κυρτιδίου ἐξιπωθὲν ἄρωμα [73] εἰς τὸν λουτῆρα, πάλιν ἐπίχει τοῦ ἠρωματισμένου ἐλαίου τὸ ἴσον πλῆθος τῷ προτέρῳ, καὶ καρδαμώμου κεκομμένου συνέμβαλλε ὁλκὰς ι', καὶ ἀνακινήσας [74] χρησίμως ταῖς χερσὶ, καὶ ἐπισχὼν μικρὸν ἔξίπου, τὸ ἀποῤῥέον ἀποκαθαίρων. Καὶ τρίτον ἐπιχέας πάλιν τὸ αὐτὸ ποίει, προς-

72) Saraceni coniectura. Vulgo *λίτρας γ' οὐγγίας ς'*.

73) Sarac. *μάγμα* coniicit.

74) C. *ἀνακνίσας*. Ald,, Corn. et Goupyl. *ἀνακαινίσας*.

macerati libris tribus unciis sex refundito, ac cum macerari siveris, exprimito. Tum olei huius inspissati libras tres cum semisse sumito liliorumque numero millium petala decerpta in labello lato, non profundo, collocato, affusoque oleo manibus melle perunctis versato. Postquam per diem noctemque conquiescere siveris, mane in pyxidem translatum exprime. Quod vero superficiem petit oleum ilico ab aqua, quae simul cum eo expressa fuerit, secernito. Neque enim uti rosaceum mistam sibi patitur aquam, cum concalefactum referveat et putrescat. In alia autem atque alia vasa melle oblita saepius transfundito, salem tenuem prius inspergens et collectam immunditiem diligenter auferens. Expressum autem aroma (magma) postquam e fiscella in labrum transtuleris, olei aromatibus imbuti par priori pondus rursum affundito, simulque cardamomi tusi drachmas decem coniicito. Haec ubi probe manibus agitaveris, interiecta brevi mora exprimito et quod defluet repurgato. Tertio demum affuso oleo, idem ite-

ἐπεμβάλλων καὶ τὸ καρδάμωμον καὶ τοὺς ἅλας ὁμοίως καὶ τὰς χεῖρας μέλιτι χρίων[75] καὶ θλίβων· καὶ ἔσται τὸ μὲν πρῶτον ἐκπιεσθὲν ἄριστον· ἐχόμενον δὲ τὸ ἑξῆς, τρίτον δὲ τὸ τελευταῖον· καὶ πάλιν λαβὼν χίλια κρίνα καὶ ἀποφυλλίσας διάθες· καὶ ἐπιχέας τὸ πρῶτον ἐξιπωθὲν μεθόδευε, τὰ αὐτὰ ποιῶν ὥςπερ ἐποίεις ἐπὶ τοῦ πρώτου, καρδάμωμον παραμίσγων, εἶτα ἐξιπῶν· ποίει τὰ αὐτὰ καὶ ἐπὶ τοῦ δευτέρου καὶ τρίτου ὡς εἴρηται, προςεμβάλλων καὶ τὸ καρδάμωμον· [εἶτα ἐξίπου καὶ ποίει τὰ αὐτά][76]. Ὁσάκις δ᾽ ἂν ἀποβρέξῃς νεαρὰ κρίνα, δυναμικώτερον ἕξεις τὸ μύρον· ἐπὶ τέλει δὲ ὅταν αὐτάρκως ἔχειν σοι δοκῇ, μίσγε ἑκάστῃ σκευασίᾳ σμύρνης χρηστῆς < οβ΄, κρόκου < ι΄, καρδαμώμου[77] < οε΄· οἱ δὲ κρόκου καὶ κινναμώμου τὸ ἴσον ἐμβάλλουσι[78] εἰς τὸν λουτῆρα μεθ᾽ ὕδατος· τότε δὲ ἐπίχεε τὸ πρῶτον ἐκπιεσθὲν μύρον· εἶτα ἐάσας μικρὸν ἀναλάμβανε εἰς ἀγγεῖα μικρὰ ξηρὰ προκεχρισμένα κόμ-

75) Sic C. N. X. . . Ald., Asulan., Corn., Sarac. βρέχων.
76) Redundantia haec absunt a cod. X.
77) Saracen. e Paull. p. 237. κινναμώμου coniicit.
78) Sic C... Ald. et quae sequuntur editt. κόψας σήσας ἔμβαλε.

rum facito, cardamomum ac etiamnum salem insuper adiiciens et manibus melle imbutis premens. Primum expressum oleum erit optimum, ab hoc secundum quod sequitur, tertium locum sibi vindicat, quod postremum est. Tum vero denuo lilia mille decerptis foliis sumito ac disponito: et affuso, quod primo expressum est, oleo, eamdem, quam in primo, rationem inito, idemque facito, cardamomum adhuc admiscens ac dein exprimens. Eadem quoque in secundo tertioque, sicut praeceptum est, perficito, cardamomum pariter adiicito: [dein exprime et fac eadem.] Quo autem frequentius lilia recentia maceraveris, eo potentius habebis unguentum. Postremo, cum satis esse tibi visum fuerit, cuilibet praeparationi myrrhae electae drachmas septuaginta duas, croci drachmas decem, cardamomi drachmas septuaginta quinque admisceto. Alii croci cinnamomique aequalia pondera in labrum cum aqua coniiciunt. Tunc vero primo expressum unguentum affundito, ac post aliquod temporis spatium excipito in vascula

μει ἢ σμύρνῃ, καὶ κρόκῳ καὶ μέλιτι μεθ' ὕδατος διεμένοις. Τὸ δ' αὐτὸ[79] ποίει καὶ ἐπὶ τοῦ δευτέρου ἐκπιέσματος καὶ ἐπὶ τοῦ τρίτου· ἔνιοι δὲ τὸ ἁπλοῦν ἐξ ἐλαίου βαλανίνου ἢ ἄλλου καὶ κρίνου[80] σκευάζουσι· δοκεῖ δὲ διαφέρειν τὸ ἐν Φοινίκῃ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ γινόμενον. Ἄριστον δέ ἐστιν αὐτοῦ τὸ ὄζον κρίνων. Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικὴν, μαλακτικὴν, ἀναστομωτικὴν τῶν περὶ μήτραν μύσεων καὶ φλεγμονῶν. [καὶ καθόλου πάντων ἐστὶ χρησιμώτατον πρὸς τὰ γυναικεῖα· ἁρμόζει δὲ καὶ πρὸς ἀχῶρας, ἴονθους, πίτυρα, ἐκζέματα· μώλωπάς τε ταχέως μεταβάλλει τε καὶ ὁμόχρους ποιεῖ.][81] καὶ καθόλου ἐστὶν ἀραιωτικόν· ἄγει δὲ καὶ χολὴν κατὰ κοιλίαν πινόμενον· κινεῖ δὲ καὶ οὔρησιν· ἔστι δὲ καὶ κακοστόμαχον καὶ ναυτίας ποιητικόν.

Κεφ. ξγ'. [Περὶ ναρκισσίνου σκευασίας.] Ναρκίσσινον στύφεται οὕτως. Ἐλαίου πεπλυμένου[82] λίτρας ο' οὐγγίας ε', ἀσπαλάθου[83] λίτρας ϛ' οὐγγίας β' κόψας καὶ βρέξας ὕδατι,

79) Sic C. N. X... vulgo τὰ δ' αὐτά.
80) Ald. καὶ κρίνου ἢ ἄλλου ἐλαίου.
81) Haec desunt in cod. C., adsunt in cod. X. Habent iam Ald. et Asulan.
82) Addit X. καλάμου.
83) C. N. X. addunt καὶ σμύρνης.

sicca gummi prius aut myrrha illita crocoque ac melle aqua dilutis. Eadem in secunda itemque tertia expressione facito. Nonnulli vero simplex e balanino aliove oleo ac liliis faciunt. Excellere autem videtur, quod in Phoenicia et Aegypto paratur: optimum est, quod lilia redolet. Vim habet calefacientem, mollientem, ad matricis praeclusiones inflammationesque accommodatam: [generatim vero utilissimum est ad omnes muliebres affectus: convenit et ad achores, varos, furfures, eczemata: vibices quoque quamprimum emendat cutique reliquae concolores facit.] In universum autem rarefacit. Potum quoque bilem per alvum ducit urinamque ciet: at stomacho noxium est nauseamque parit.

Cap. LXIII. [*De narcissini paratione.*] Narcissinum spissatur sequenti modo. Olei eluti (sume) libras septuaginta cum unciis quinque, aspalathi libras sex cum unciis duabus. Hunc tusum et aqua maceratum tertiae

τῷ τρίτῳ τοῦ ἐλαίου μίξας ἕψε· εἶτα ἐξελὼν τὸν ἀσπάλαθον καλάμου βάλε λίτρας ε′ οὐγγίας η′· καὶ σμύρνης χόνδρον κόψας καὶ σήσας φύρασον οἴνῳ παλαιῷ εὐώδει, καὶ μίξας ἕψε· ὅταν δὲ καὶ μετὰ τούτων ἀναζέσῃ, ἐξελὼν ἀπήθει τὸ ἔλαιον ψυγέν· εἶτα λαβὼν ἐκ τοῦ ἐλαίου εἰς λουτῆρα ἀπόχει, καὶ τοῦ ναρκίσσου ὅτι πλεῖστον ἔμβαλε τὸ ἄνθος, ἐπὶ ἡμέρας β′ κινῶν, ὡς ἐπὶ τοῦ σουσίνου, ἐξίπου τὲ καὶ μετάγγιζε πυκνῶς· καὶ γὰρ τοῦτο σήπεται· ποιεῖ δὲ πρὸς τὰ ἐν ὑστέρᾳ, μαλάσσον τὰς περὶ αὐτὴν σκληρίας καὶ μύσεις· ἔστι δὲ κεφαλαλγές.

Κεφ. ξδ′. [*Περὶ κροκίνου σκευασίας.*] Κρόκινον δὲ σκευάζων προστύψεις τὸ ἔλαιον, ὡς εἴρηται ἐπὶ τοῦ σουσίνου, πλήθει καὶ σωσταθμίᾳ τῇ αὐτῇ· λαβὼν δὲ ἐκ τοῦ ἐστυμμένου ἐλαίου εἰς τὸ σούσινον λίτρας τρεῖς ἥμισυ, βάλε κρόκου < η′ καὶ ἀνακίνει πολλάκις τῆς ἡμέρας, ποιῶν τοῦτο συνεχῶς ἐπὶ ἡμέρας ε′· τῇ δὲ ἕκτῃ ἀπόχει τὸ ἔλαιον ἀπὸ τοῦ κρόκου καθαρίως, τῷ δ᾽ αὐτῷ κρόκῳ ἐπίχει τὸ ἴσον πλῆθος τοῦ ἐλαίου καὶ ἀνακίνει ἡμέρας γ′ [84]· εἶτα ἀποχέας πρόσμιξον σμύρνης

84) Vulgo ιγ′.

olei parti misce ac coque. Dein exemto aspalatho calami libras quinque cum unciis octo adiice: quia et myrrhae grumum ubi contuderis atque cribraveris, vino vetere odorato subige itidemque misce ac decoque. Simulac autem cum iis efferbuerit oleum, ab igne amove, refrigera, tumque cola. Dein eius portionem in labellum refunde narcissique flores quamplurimos immitte, per biduum agita: tum, ut in susino dictum, exprime et frequenter vascula muta, cum et hoc corruptioni obnoxium sit. Facit autem ad uteri mala, molliens circa ipsum duritias et praeclusiones: sed capitis dolores giguit.

Cap. LXIV. [*De crocini praeparatione.*] Ut crocinum conficiatur, prius oleum inspissabis, sicut in susino dictum est, eadem servata mensura ponderisque aequalitate. Sumtis igitur olei ad susinum inspissati libris tribus et semisse, croci drachmas octo immittito ac saepius quotidie versato, opere ad quinque dies continuato. Sexto demum die, oleo pure probeque a croco separato, huic parem olei modum affundito, per triduum agitandum. Dein,

κεκομμένης καὶ σεσησμένης < μ', καὶ κίνει ἐν ὅλμῳ χρησίμως, εἶτα ἀπόθου· ἔνιοι δὲ τὸ ἴσον εἰς[85] *κύπρινον ἠρωματισμένῳ ἐλαίῳ καὶ εἰς τὸ κρόκινον χρῶνται· ἔστι δὲ αὐτοῦ κράτιστον τὸ κατακόρως κρόκου πνέον, ὅπερ εἰς τὴν ἰατρικὴν χρῆσιν ἁρμόζει, δεύτερον δὲ τὸ τῇ σμύρνῃ παρεμφέρον*[86]. *Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικὴν, ὑπνωτικὴν, ὅθεν πολλάκις ἐπὶ φρενιτικῶν ἁρμόζει καταβρεχόμενον ἢ ἀποσφραινόμενον, ἢ καὶ κατὰ μυξωτήρων διαχριόμενον· ἔστι δὲ καὶ πυοποιὸν καὶ καθαρτικὸν ἑλκῶν, καὶ πρὸς τὰς ἐν τῇ μήτρᾳ σκληρίας καὶ μύσεις καὶ τὰ ἐν αὐτῇ κακοήθη, σὺν κηρῷ καὶ κρόκῳ καὶ μυελῷ καὶ ἐλαίῳ διπλασίονι· συμπέπτει γὰρ καὶ μαλάσσει καὶ ὑγραίνει καὶ πραΰνει· ποιεῖ δὲ πρὸς τὰς ἀπογλαυκώσεις μεθ' ὕδατος ὑπαλειφόμενον· ἀναλογεῖ δὲ αὐτῷ καὶ τὸ λεγόμενον βουτύρινον καὶ ὀνύχινον καὶ στυράκινον, τοῖς ὀνόμασι μόνον διαφέροντα, τῇ μέντοι σκευασίᾳ καὶ τῇ δυνάμει ὄντα παρόμοια.*

Κεφ. ξε'. [Περὶ κυπρίνου στύψεως καὶ σκευασίας ἐλαίου.] Ἐλαίου ὀμφακίνου πεπλυμένου μέρος α', ὕδατος ὀμβρίου μέ-

85) Quam Marcellus Vergilius coniectura consequutus est, praepositio omnino adest in cod. X... Ald. et Asulan. omittunt.
86) Cod. X. *τῆς σμύρνης παρεμφαῖνον.*

ubi refuderis, myrrhae tusae et cribratae drachmas quadraginta admisceto ac in pila exacte moveto tandemque recondito. Nonnulli vero aequalem portionem olei ad cyprinum conficiendum aromatibus imbuti etiam ad crocinum adhibent. Est vero praestantissimum, quod abunde crocum spirat; est id ad usum medicum aptum; secundum autem, quod myrrham redolet. Vim habet calefacientem somnumque conciliantem, quo fit, ut saepenumero phreniticis subveniat, seu perfusum seu olfactum seu denique naribus illitum. Pus quoque movet et ulcera purgat. Valet et ad vulvae duritias praeclusionesque et ad maligna ulcera, cum cera, croco, medulla et oleo duplo. Concoquit etiam, emollit, humectat ac etiamnum lenit. Facit et ad oculorum glaucomata ex aqua sublitum. Ipsi affinia sunt butyrinum, onychinum et styracinum, nominibus tantum differentia, confectione vero et efficacia perquam similia.

Cap. LXV. [*De cyprini olei spissamento et praeparatione.*] (Sumito) olei omphacini eloti partem unam,

ρος α' καὶ ἥμισυ· τὸ μὲν ἐπίχει τῷ ἐλαίῳ, τὸ δὲ φύρα σὺν τοῖς ἐμβληθησομένοις ἀρώμασιν· εἶτα λαβὼν ἀσπαλάθου λίτρας ε' καὶ ἥμισυ, καλάμου λίτρας ς' καὶ ἥμισυ, σμύρνης λίτραν α', καρδαμώμου λίτρας γ' οὐγγίας θ' καὶ ἐλαίου [87] λίτρας θ' οὐγγίας ε'· τὸν ἀσπάλαθον κόψας καὶ βρέξας ἐν ὕδατι ἐμβαλὼν, ἕψε μετὰ τοῦ ἐλαίου, ἕως ἂν συναναζέσῃ· τὴν δὲ σμύρναν διεὶς οἴνῳ παλαιῷ εὐώδει, τὸν κάλαμον κεκομμένον συναναφύρα μετὰ τῆς σμύρνης καὶ ἐξελὼν τὴν ἀσπάλαθον, ἔμβαλε τὸ φύραμα τοῦ καλάμου· ὅταν δὲ μετὰ τούτου ζέσῃ, καθελὼν ἀπήθησον τοῦ χαλκοῦ τὸ ἔλαιον, καὶ κατάχει κατὰ τοῦ καρδαμώμου κεκομμένου καὶ πεφυραμένου τῷ λοιπῷ ὕδατι, καὶ κίνει σπάθῃ, ἕως ἂν ψυγῇ μὴ διαλείπων· εἶτα ἀπηθήσας τὸ ἔλαιον, ἔμβαλε εἰς τὰς κή τοῦ ἐλαίου λίτρας ἄνθους κύπρου λίτρας μς' οὐγγίας η'· ἐάσας τέ ἀποβραχῆναι, ἐξίπωσον διὰ σπυρίδος· ἐὰν δὲ πλείω θέλῃς, τοῦ νεαροῦ ἄνθους τὸ ἴσον ἐμβαλὼν πλῆθος ὁμοίως ἐξίπου, ἐάν τε δίβροχον, ἐάν τε τρίβροχον βούλῃ ποιεῖν· δυναμικώτερον

87) Cornar. coniicit ἑλενίου, quod e Paullo p. 239. 299. probabile; sed nolo temerarius esse.

aquae pluviae partem unam cum semisse: hanc partim oleo affundito, partim cum iniiciendis aromatibus subigito. Tum sumtis aspalathi libris quinque cum semisse, calami libris sex cum semisse, myrrhae libra una, cardamomi libris tribus cum unciis novem et olei libris novem unciis quinque, aspalathum contusum et aqua maceratum cum oleo coquito, donec conferveat. Myrrham autem vino vetere odorifero dilutam cum calamo contuso subigito, exemtoque aspalatho, calami mixturam illam immittito. Ubi vero cum hac efferbuerit, amotum ab igne de aheno oleum excolato et ad cardamomum contusum aquaque reliqua subactum affundito, et spatha agitato sine intermissione, donec refrixerit. Tum percolato oleo in libras quadraginta octo olei floris cypri libras quadraginta sex cum unciis octo coniicito, atque ubi macerari siveris, per sportulam exprimito. Quodsi copiosius desideraveris, florum recentium par pondus immittito, similiter expressurus. Ad lubitum etiam iterum tertiove macerare poteris,

γὰρ γίνεται· ἐκλέγεσθαι δὲ δεῖ τὸ χρηστὸν καὶ μετ' εὐωδίας πληκτικόν· ἔνιοι δὲ καὶ κιννάμωμον μίσγουσιν. Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικὴν, μαλακτικὴν, ἀναστομωτικὴν, ἁρμόζουσαν τοῖς περὶ μήτραν καὶ νεῦρα πάθεσι, καὶ πλευριτικοῖς καὶ κατάγμασι, καθ' ἑαυτό τε καὶ κηρωτῇ μιγνύμενον· μίγνυται δὲ καὶ μαλάγμασι τοῖς ἁρμόζουσι ὀπισθοτονικοῖς, συναγχικοῖς, βουβώνων φλεγμονῇ, καὶ ἀκόποις.

Κεφ. ξς'. [Περὶ στύψεως ἰρίνου.] Σπάθης λίτρας ς' οὐγγίας ε', ἐλαίου λίτρας ογ' οὐγγίας ε' κόψας ὡς λεπτότατα, μίξον ὕδατος κοτύλας ι', καὶ βαλὼν εἰς χαλκοῦν, ἕψε μέχρις ἂν οὗ τὴν ὀσμὴν ἀναλάβῃ. εἶτα ἀπήθει[88] εἰς κρατῆρα μέλιτι κατακεχρισμένον. ἐκ τούτου τοῦ ἠρωματισμένου ἐλαίου τὸ πρῶτον ἴρινον σκευάζεται. ἐναποβρεχομένης τῷ ἐστυμμένῳ ἐλαίῳ ἴριδος, ὡς ὑπογέγραπται· ἢ οὕτως· ἐλαίου λίτρας ο' οὐγγίας ε', ξυλοβαλσάμου λίτρας ε' οὐγγίας β' κόψας, ὡς εἴρηται, σύνεψε· εἶτα ἐξελὼν τὸ ξυλοβάλσαμον, προςέμβαλε καλάμου κεκομμένου λίτρας θ' οὐγγίας ι',

88) Cod. X. ἀπόθου.

efficacius enim redditur. Eligendum autem est bonum, quodque cum odoris gratia nares feriat. Sunt et qui cinnamomum immisceant. Vim habet calefacientem, mollientem, oscula vasorum aperientem, matricis nervorumque affectibus idoneam: sic et pleuriticis et fracturis tum per se, tum cerato mixtum. Quin et malagmatis additur, quae opisthotonicis, angina laborantibus et inguinum inflammationi conveniunt, itemque in acopa additur.

Cap. LXVI. [*De irini spissamento.*] Spathae (palmarum) quam minutissime concisae libras sex cum unciis octo in olei libris septuaginta tribus cum unciis quinque, admixtis aquae heminis decem, in aereum vas coniicito, cocturus, donec (oleum spathae) odorem adeptum fuerit: post in craterem melle oblitum excolato. Ex hoc ipso aromatis imbuto oleo primum irinum paratur, iride in oleo spissato, ut inferius scriptum est, macerata: vel etiam hoc modo: In olei libris septuaginta cum unciis quinque xylobalsami libras quinque cum unciis duabus concoquito: tum demto xylobalsamo calami contusi libras novem cum

σμύρνης χόνδρον οἴνῳ παλαιῷ ἐμβρέχων εὐώδει, εἶτα λαβὼν ἐκ τοῦ ἐστυμμένου ἐλαίου καὶ ἠρωματισμένου λίτρας ιδ', ἐναπόβρεχε ἴριδος κεκομμένης ἴσον τῷ σταθμῷ, ἐῶν ἡμέρας β' καὶ νύκτας β', εἶτα ἔξίπου βιαίως καὶ νεανικῶς. καὶ εἰ βούλει δυναμικώτερον εἶναι, τὸν ἴσον σταθμὸν καὶ δὶς καὶ τρὶς ὁμοίως ἐναποβρέχων ἔξίπου. κράτιστον δὲ ὑπάρχει τὸ ἐν ὀσφρήσει μηδενὸς ἄλλου, μόνης δὲ τῆς ἴριδος ποιοῦν. τοιοῦτον δέ ἐστι τὸ ἐν Πέργῃ τῆς Παμφυλίας καὶ ἐν Ἤλιδι τῆς Ἀχαΐας γινώμενον[89]. Δύναμιν δὲ ἔχει μαλακτικὴν, θερμαντικὴν, ἐσχάρας τε καὶ σηπεδόνας καὶ ῥυπαρίας ἀνακαθαίρει, καὶ ταῖς περὶ μήτραν διαθέσεσιν ἁρμόζει, φλεγμοναῖς τε καὶ μύσεσιν, ἔμβρυά τε ἐκβάλλει καὶ αἱμοῤῥοΐδας ἀναστομοῖ, πρός τε ἤχους ὤτων σὺν ὄξει καὶ πηγάνῳ καὶ πικροῖς ἀμυγδάλοις καὶ πρὸς κατάῤῥους χρονίζοντας, διαχριομένων τῶν μυξωτήρων, καὶ πρὸς ὀζαίνας. καθαίρει δὲ καὶ κοιλίαν, κυάθου πλῆθος ποθέν. ποιεῖ καὶ πρὸς εἰλεώδη, κινεῖ καὶ οὖρα. καὶ ἐπὶ τῶν δυσχερῶς ἐμούντων, διαχριομένων τῶν δακτύλων, ἢ τῶν ἐμετηρίων· καὶ ἐπὶ συναγχικῶν διαχριό-

89) Sic cod. X... vulgo γεννώμενον.

unciis decem ac myrrhae grumum vino vetere odorato perfusum adiicito. Post assumtis olei spissati aromatibusque imbuti libris quatuordecim, iridis contusae par pondus ad duos dies totidemque noctes in eo macerato, tandem fortiter ac strenue expressurus. Quod si vis efficacius fieri, aequale pondus secunda aut tertia vice similiter maceratum exprimito. Optimum vero est, quod nullius alius quam solius iridis qualitate odoratum afficit. Tale est, quod in Perga Pamphyliae et in Elide Achaiae paratur. Vim habet mollientem, calefacientem, crustas ulcerum, putredines et sordes repurgat, matricis affectibus convenit, inflammationibus nimirum et praeclusionibus, partus eiicit, haemorrhoidas recludit, ad aurium sonitus ex aceto, ruta et amaris amygdalis prodest. Diuturnis etiam catarrhis, si nares eo illinantur, itemque contra ozaenas auxiliatur. Alvum quoque purgat cyathi mensura potum. Facit et ad intestinorum intussusceptiones, urinamque ciet. Difficulter vomentibus opitulatur, perunctis eo digitis aliisque, quae ad vomitum ciendum ori induntur. Angina quoque labo-

μενον ἢ ἀναγαργαριζόμενον σὺν μελικράτῳ, καὶ πρὸς τραχύτητα ἀρτηρίας· δίδοται καὶ τοῖς κώνειον ἢ μύκητας ἢ κόριον πεπωκόσιν.

Κεφ. ξζ'. [Περὶ γλευκίνου σκευασίας.] Γλεύκινον δὲ σκευάζεται τὸ ἁπλοῦν ἔκ τε ἐλαίου ὀμφακίνου καὶ σχοίνου καὶ καλάμου καὶ νάρδου κελτικῆς καὶ σπάθης καὶ ἀσπαλάθου καὶ μελιλώτου καὶ κόστου καὶ γλεύκους, συμπεριτιθεμένων τῶν στεμφύλλων τῷ ἔχοντι ἀγγείῳ τὰ ἀρώματα καὶ τὸν οἶνον καὶ τὸ ἔλαιον. κινεῖται δὲ ἐπὶ ἡμέρας λ', δὶς τῆς ἡμέρας, καὶ μετὰ ταῦτα ἐκπιεσθὲν ἀποτίθεται. Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικὴν, ἀνετικὴν, ποιοῦσαν πρὸς τὰ ῥίγη καὶ τὰ νευρικὰ πάντα καὶ τὰ ἐν ὑστέρᾳ. παντὸς δὲ ἀκόπου μᾶλλον ὠφελεῖ, μαλακτικὸν ὄν.

Κεφ. ξη'. [Περὶ ἀμαρακίνου.] Ἀμαράκινον δὲ ἐν Κυζίκῳ κάλλιστον γίνεται. σκευάζεται δὲ διά τε ὀμφακίνου ἐλαίου καὶ βαλανίνου, στυφομένων ξυλοβαλσάμῳ, σχοίνῳ καὶ καλάμῳ, ἡδυνομένων δὲ ἀμαράκῳ, κόστῳ, ἀμώμῳ, νάρδῳ, καρποβαλσάμῳ καὶ σμύρνῃ· οἱ δὲ πολυτελέστερον αὐτὸ ποιοῦντες, μίσγουσι καὶ κιννάμωμον. παραλαμβάνεται δὲ

rantibus illinitur, aut ex aqua mulsa gargarizatur, ut et contra fistulae spiritalis raucitatem. Datur et iis, qui conium, fungos aut coriandrum hauserint.

Cap. LXVII. [*De defrutarii compositione.*] Defrutarium simplex conficitur ex oleo omphacino, schoeno, calamo, nardo celtica, spatha, aspalatho, meliloto, costo, defruto, circumdatis interim vinaceis vasi, quod aromata, vinum oleumque continet. Per triginta porro dies, bis quotidie, agitatur: post demum expressum oleum reconditur. Vim habet calefacientem, mollientem, relaxantem: quo fit, ut ad rigores, nervorum matricisque affectus valeat. Omni autem acopo utilius est propter vim mollientem.

Cap. LXVIII. [*De amaracino.*] Amaracinum in Cyzico probatissimum fit. Paratur autem ex oleis omphacino et balanino: quae quidem xylobalsamo, schoeno et calamo spissata fuerint, suaviora vero reddita amaraco, costo, amomo, nardo, carpobalsamo et myrrha. Qui sumptuosius id parant, miscent et cinnamomum. Assumuntur

μέλι καὶ οἶνος εἰς τὴν τῶν ἀγγείων χρίσιν καὶ φύρασιν τῶν κεκομμένων ἀρωμάτων. *Ἔστι δὲ θερμαντικὸν, καρωτικὸν, ἀναστομωτικὸν, μαλακτικὸν, πυρωτικὸν, οὐρητικὸν, εὔχρηστοῦν εἴς τε τὰς σῆπας καὶ σύριγγας καὶ ὑδροκήλας μετὰ τὰς χειρουργίας. περιῤῥήσσει τε τὰς ἐσχάρας καὶ τὰ τεθηριωμένα ἕλκη. πρός τε δυςουρίαν ἁρμόζει περιχριόμενον δακτυλίῳ*[90]*, καὶ πρὸς τὰς φλεγμονὰς αὐτοῦ καὶ πρὸς αἱμοῤῥοΐδων ἀναστόμωσιν περιχριόμενον. ἔμμηνά τε κινεῖ προςτιθέμενον τῇ μήτρᾳ, καὶ σκληρίας καὶ οἰδήματα ἐν ὑστέρᾳ διαφορεῖ, καὶ πρὸς τὰ νευρότρωτα καὶ μυότρωτα συμφέρει ἐν πιλήμασιν ἀραιοῖς βρεχόμενον καὶ ἐπιτιθέμενον.* [*Ἔστι δὲ ἔλαιόν τι ἐκ πέτρας αὐτοφυῶς καὶ αὐτομάτως ῥέον, εὐῶδες μετά τινος βαρύτητος ἐν Ἀραβίᾳ καὶ Ἰταλίᾳ, εὖ μάλα πολύχρηστον· δύναμιν ἔχον ξηράναι καὶ ἀποφράξασθαι, νεύρων τε κολλητικήν. ποιεῖ πρὸς ψώραν καὶ ἑλκώδη. ἔστι δὲ πραϋντικὸν καὶ κρατυντικὸν τῶν πνευμάτων.*]

Κεφ. ξθ'. [*Περὶ μεγαλείου.*] *Τὸ δὲ μεγαλεῖον καλούμενον πάλαι μέν ποτε ἐσκευάζετο, ἐκλέλοιπε δὲ νῦν. πρὸς*

90) *περιχριομένου τοῦ δακτύλου* vulgo.

autem et mel et vinum, tum ad vasorum illitionem, tum ad comminuta aromata subigenda. Calefacit autem, soporem inducit, vasorum oscula recludit, mollit, exaestuat, urinam ciet, putridis ulceribus fistulisque conducit, nec non et hydrocelis post curationem ferramentis peractam. Crustas quoque ac efferata ulcera circumquaque rumpit. Urinae difficultati, circumlita sede, succurrit. Quin et huius ipsius inflammationibus et ad recludendas haemorrhoïdas itidem oblitum auxiliatur. Utero appositum menses ciet, matricis duritias et oedemata discutit, sauciatis denique nervis musculisque confert, fomentis rarioribus eo irrigatis ac impositis. [Est et oleum, quod naturaliter ac sponte e rupe stillat, odoratum cum gravitate. In Arabia et Italia nascitur, ad multa perquam utile. Vim habet siccandi et obstructiones aperiendi nervosque glutinandi. Facit ad scabiem et ulcera. Flatus itidem lenit ac evincit.]

Cap. LXIX. [*De Megalio.*] Quod Megalium appellatur, olim quidem conficiebatur: at nunc intercidit. Ve-

ἐκπλήρωσιν δὲ τῆς ἱστορίας οὐκ ἔστιν ἄτοπον καὶ τούτου ἐπιμνησθῆναι. Ἡ δὲ σκευασία ἡ αὐτὴ τῷ ἀμαρακίνῳ, πλεονάζει δὲ τῇ ῥητίνῃ καὶ ταύτῃ διαφέρει. ἔστι δὲ μαλακτικὸν ἠπίως. ἡ μέν τοι ῥητίνη μίγνυται τοῖς μύροις, οὔτε φυλακῆς οὔτε ἡδονῆς χάριν, χρώματος δὲ καὶ πάχους ἕνεκα· μίγνυται δὲ ἡ τερεβινθίνη ἀφεψομένη, ἄχρις ἂν ἄοσμος γένηται. δηλωθήσεται δὲ ἐν τοῖς περὶ ῥητίνης ἡ ἕψησις αὐτοῦ.

Κεφ. ο′. [Περὶ ἡδύχρου.] Καὶ τὸ καλούμενον δὲ ἡδύχρουν, σκευαζόμενον δὲ ἐν Κῷ, τῆς αὐτῆς ἔχεται δυνάμεώς τε καὶ σκευασίας τῷ ἀμαρακίνῳ, εὐωδέστερον δὲ τυγχάνει.

Κεφ. οα′. [Περὶ μετωπίου.] Σκευάζεται δὲ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ μύρον, ἐπιχωρίως ὑπ᾽ αὐτῶν καλούμενον μετώπιον, διὰ τὴν τῆς χαλβάνης μίξιν· τὸ γὰρ ξύλον, ἐξ οὗ γεννᾶται ἡ χαλβάνη, μετώπιον καλεῖται· δι᾽ ἐλαίου ὀμφακίνου καὶ ἀμυγδάλων πικρῶν [91]*, καρδαμώμου, σχοίνου τὲ καὶ καλάμου καὶ μέλιτος καὶ οἴνου καὶ σμύρνης καὶ βαλσάμου καρποῦ καὶ*

91) Emend. ex Aëtio et Nicol. Myrepsico. Vulgo enim *δι᾽ ἀμυγδάλων δὲ πικρῶν καὶ ἐλαίου ὀμφακίνου.*

rumtamen ad historiae complementum eius quoque meminisse non abs re fuerit. Huius igitur mistura cum amaracino eadem est, nisi quod resina abundat, eaque sola discrepat. Leniter mollit. Resina porro neque conservationis, neque voluptatis gratia, sed coloris crassamentique caussa unguentis adiicitur. Miscetur autem terebinthina decocta, donec olere desinat. Eius vero coquendae ratio in resinae tractatione declarabitur.

Cap. LXX. [*De Hedychroo.*] Sed et quod hedychroon cognominant, quodque in Co praeparatur, easdem vires eumdemque praeparandi modum cum amaracino obtinet: at odoratius est.

Cap. LXXI. [*De Metopio.*] Paratur et in Aegypto unguentum, vernaculo nomine Metopium dictum, scilicet propter galbani permistionem. Lignum enim, e quo galbanum manat, Metopium vocatur. Ex oleo omphacino et amygdalarum amararum, cardamomo, schoeno, calamo, melle, vino, myrrha, balsami semine, galbano et resina compo-

χαλβάνης καὶ ῥητίνης συντίθεται· δόκιμον δέ ἐστι τὸ βαρύοσμον καὶ λιπαρὸν, ἐμφαῖνον μᾶλλον τοῦ καρδαμώμου καὶ τῆς σμύρνης, ἤπερ τῆς χαλβάνης· σφόδρα δὲ θερμαίνει καὶ πυροῖ καὶ ἀναστομοῖ, ἐπισπᾶταί τε καὶ καθαίρει ἕλκη. πρός τε νεῦρα καὶ μύας διακοπέντα ποιεῖ ὑδροκήλας τε σὺν σηπταῖς· μίγνυται δὲ καὶ μαλάγμασι καὶ κηρωταῖς· πρός τε ῥίγη καὶ ὀπισθοτονικῶς σπωμένους χρησιμεύει· κινεῖ δὲ καὶ ἱδρῶτας καὶ ἀναστομοῖ τὰ περὶ ὑστέραν, καὶ σκληρίας τὰς περὶ αὐτὴν χαλᾷ, καὶ καθόλου μαλακτικὴν ἔχει τὴν δύναμιν.

Κεφ. οβ'. [Περὶ Μενδησίου.] Καὶ τὸ Μενδήσιον λεγόμενον ἐκ τοῦ βαλανίνου ἐλαίου καὶ σμύρνης καὶ κασσίας καὶ ῥητίνης σκευάζεται· ἔνιοι δὲ μετὰ τὸν κατασταθμισμὸν, κιννάμωμον μικρὸν προςεπεμβάλλουσιν ἀνωφελῶς. οὐκ ἐκδίδωσι γὰρ τὰ μὴ συνεψηγμένα[92] τὴν δύναμιν· ἐμφερῆ δὲ ἔχει τὴν ἐνέργειαν τῷ μετωπίῳ, ἥττονα μέντοι.

Κεφ. ογ'. [Περὶ στακτῆς.] Στακτὴ δὲ καλεῖται τῆς προςφάτου σμύρνης τὸ λιπαρὸν, κεκομμένης μεθ' ὕδατος

92) Sic Ald... συνεψημένα cod. C. N. X.

nitur. Probatur, quod graviter olet atque pingue est, quodque cardamomum et myrrham potius quam galbanum resipit. Vehementer autem calefacit, ardorem producit, oscula vasorum aperit, vesicas in cute ciet, ulcera repurgat. Ad nervos musculosque praecisos efficax est et ad hydrocelas cum iis, quae putredinem faciunt. Malagmatis etiam ceratisque inseritur. Rigoribus dein ac retrorsum curvato corpore convulsis conducit. Ciet et sudores atque uteri vasorum oscula reserat, eiusdemque duritias laxat. Atque in universum molliendi vi gaudet.

Cap. LXXII. [*De Mendesio.*] Quod Mendesium dicitur, e balanino conflatur oleo, myrrha, cassia et resina. Nonnulli, postquam alia singula certis ponderibus iniecerunt, cinnamomi exiguum insuper addunt, sed usui nulli. Nec enim suas vires conferunt, quae haud simul contrita fuerint. Cetero similem Metopio vim obtinet, attamen inferiorem.

Cap. LXXIII. [*De Stacte.*] Stacte vocatur recentis myrrhae pinguedo cum aqua pauca contusae et or-

ὀλίγου, ἀποτεθλιμμένης[93] δι' ὀργάνου· εὐώδης τε λίαν καὶ πολυτελὴς οὖσα, καὶ καθ' ἑαυτὴν μύρον καλούμενον[94]· δόκιμος δέ ἐστιν ἡ ἀμιγὴς ἐλαίῳ, καὶ ἐν ἐλαχίστῳ πλείστην δύναμιν κεκτημένη, οὖσαν θερμαντικὴν, ἀναλογοῦσαν τῇ σμύρνῃ καὶ τοῖς θερμαίνουσι τῶν μύρων.

Κεφ. οδ'. [Περὶ κινναμωμίνου.] Κινναμώμινον δὲ ἐκ τοῦ ἐλαίου βαλανίνου καὶ στυμμάτων ξυλοβαλσάμου, καλάμου, σχοίνου, ἡδυσμάτων δὲ κινναμώμου, βαλσάμου καρποῦ, σμύρνης τετραπλασίονος παρὰ τὸ κιννάμωμον σκευάζεται· μίγνυται δὲ καὶ μέλι εἰς τὴν φύρασιν· δόκιμον δέ ἐστι τὸ μὴ δριμὺ[95], μαλακὸν δὲ τῇ ὀσμῇ, καὶ παρεμφαῖνον σμύρνης, παχύ τε καὶ εὐῶδες, ἄγαν δὲ τῇ γεύσει πικρόν· τὸ γὰρ τοιοῦτον οὐκ ἐκ ῥητίνης ἀλλ' ἐκ σμύρνης ἔχει τὸ πάχος, ἡ γὰρ ῥητίνη οὐ προςδίδωσι πικρίαν, οὐδὲ εὐωδίαν. Δύναμιν δὲ ἔχει σφόδρα δριμεῖαν καὶ θερμαντικὴν καὶ πικράν· ἀναστομοῖ γοῦν θερμαῖνον[96] καὶ διαφορεῖ καὶ διαχεῖ καὶ

93) Sic emend. Sarac... vulgo *ἀποτεθλιμμένου.*

94) Sic ex Aëtio emend. Vulgo: *πολυτελὴς ἐστι, καὶ καθ' ἑαυτὴν οὖσαν μύρον τὸ καλούμενον στακτή.*

95) Lacuna legit: *τὸ δριμὺ μὲν τῇ γεύσει.* Sed consentiunt codices.

96) Recte Sarac. loco vulgaris *θερμαίνουσα.*

gano expressae. Perquam odorata est ac pretiosa et per se unguentum constituit. Probatur autem, quae olei nihil admixtum habet, quaeque vel minima quantitate vim maximam sortita est, nimirum calefacientem, analogam myrrhae unguentisque calefacientibus.

Cap. LXXIV. [*De Cinnamomino.*] Cinnamominum ex oleo constat balanino et xylobalsami, calami ac schoeni spissamentis, cinnamomi vero, balsami seminum quadruplaeque ad cinnamomum myrrhae odoramentis. Quin et ad ea ipsa subigenda mel adiiciunt. Probatur minime acre, molli odore, myrrhae quiddam referens, quippe quod crassum sit et odoratum ac gustu perquam amaro. Tale enim non a resina sed a myrrha crassitudinem obtinet, quin neque resina amaritudinem, neque odoris gratiam addit. Vim habet admodum acrem, calefacientem et amaram. Proinde oscula venarum calefaciendo aperit, humores quoque ac flatus discutit, diffundit et attrahit, sed

ἐπισπᾶται ὑγρὰ καὶ πνεύματα· ἔστι δὲ καρηβαρικόν· ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς τὰ περὶ μήτραν σὺν ἐλαίῳ διπλασίονι καὶ κηρῷ καὶ μυελῷ· οὕτω γὰρ ἀποβάλλει τὸ πολὺ τῆς δριμύτητος καὶ γίνεται μαλακτικόν· ἄλλως γὰρ συγκαίει καὶ σκληρύνει βιαιότατα πάντων τῶν παχέων μύρων· ποιεῖ καὶ πρὸς σύριγγας καὶ σῆπας[97] ἐναργῶς καὶ πρὸς ὑδροκήλας καὶ ἄνθρακας καὶ γαγγραίνας σὺν καρδαμώμῳ, πρός τε ῥίγη τὰ περιοδικὰ καὶ πρὸς τρόμους καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν ἰοβόλων θηρίων δακνομένους ἐν συγχρίσματι, ἐπίθεμά τε σκορπιοπλήκτοις καὶ φαλαγγιοδήκτοις σὺν ὀλύνθοις παρατετριμμένοις[98].

Κεφ. οε΄. [*Περὶ ναρδίνου μύρου.*] Νάρδινον μύρον ποικίλως σκευάζεται διὰ τοῦ μαλαβαθρίνου[99] καὶ δίχα τούτου· ὡς τὸ πολὺ δὲ μίγνυται τῷ βαλανίνῳ ἐλαίῳ ἢ ὀμφακίνῳ, πρὸς μὲν τὴν στύψιν τοῦ ἐλαίου σχοῖνος, πρὸς δὲ τὴν εὐωδίαν κόστος, ἄμωμον, νάρδος, σμύρνα, βάλσαμον. Ἔστι δὲ χρηστὴ ἡ λεπτὴ, μὴ δριμεῖα, ἔχουσα τὴν εὐωδίαν τῆς ξηρᾶς νάρδου ἢ ἀμώμου. Δύναμις δὲ αὐτῇ λεπτυντική,

97) Sarac. pro vulgari *σήπτας*, quod ad medicamenta pertinet; *σῆπες* sunt putredines seu ulcera putrida ipsa.
98) Ultimum abest a cod. X. Par. et Asul.
99) *φύλλου* Ald., *μύρου* cod. X.

caput aggravat. Facit et ad matricis vitia cum oleo duplo, cera et medulla: sic enim de acrimonia multum amittit, molliendi vim asciscens. Nam alioqui comburit ac prae ceteris crassis unguentis vehementer indurat. Ad fistulas etiam et putredines evidenter est efficax, itemque et ad hydrocelas, carbunculos et gangraenas cum cardamomo. Quin et ad rigores circuitu redeuntes, tremores et ad virulentarum bestiarum morsus illinitur, scorpionum denique ictibus phalangiorumque morsibus cum tritis grossis imponitur.

Cap. LXXV. [*De nardino unguento.*] Nardinum unguentum vario modo e malabathrino et sine eo paratur. Plerumque autem balanino oleo aut omphacino spissandi quidem gratia schoenus admiscetur, ad odoris vero gratiam conciliandam costus, amomum, nardus, myrrha, balsamum. Laudatur tenue, minime acre, nardi aridae aut amomi odorem retinens. Vis ei extenuans, acris ac

δριμεῖα, σμηκτικὴ, ἀραιωτικὴ ὑγρῶν, θερμαντική· ὑγρὰ δέ ἐστι καὶ οὐ γλοιώδης, ἐὰν μὴ ῥητίνην ἔχῃ· σκευάζεται δὲ καὶ λιτὴ ἐξ ὀμφακίνου ἐλαίου καὶ σχοίνου καὶ καλάμου καὶ κόστου καὶ νάρδου.

Κεφ. ος'. [Περὶ Μαλαβαθρίνου.] Τὸ δὲ μαλαβάθρινον ἔχει μὲν στύμματα, ἃ καὶ ἡ νάρδος, σμύρνης δὲ πλέον· διὸ καὶ γίνεται θερμαντικὸν, ἀναλογοῦν τῷ κροκίνῳ καὶ ἀμαρακίνῳ τὴν δύναμιν.

[Περὶ Ἰασμελαίου. 100) *Ἡ δὲ καλουμένη Ἰασμὴ παρὰ Πέρσαις σκευάζεται ἐκ τῶν ἀνθῶν τῶν λευκῶν τοῦ ἰοῦ, τούτων οὐγγίων β' ἐμβαλλομένων ἰταλικῷ ξέστῃ σησαμίνου ἐλαίου καὶ ἀμειβομένων ἤγουν μαλασσομένων, ὡς ἐπὶ τοῦ κρινίνου εἴρηται· ἡ δὲ τούτου χρῆσις παρὰ τὰς ἑστιάσεις εὐωδίας ἕνεκα παρὰ Πέρσαις προςλαμβάνεται· ἁρμόζει δὲ ὅλῳ τῷ σώματι μετὰ τὰ λουτρὰ ἐπὶ τῶν θερμασίας καὶ χαλάσεως δεομένων· βαρυτέραν δὲ ἔχει τὴν εὐωδίαν, ὡς πολλοὺς αὐτῆς μὴ ἡδέως ἀντιλαμβάνεσθαι.]*

Κεφ. οζ'. [Περὶ Σμύρνης.] Σμύρνα δάκρυόν ἐστι

100) Totum hoc caput ex Aëtio lib. 1. transscriptum, nothis adnumeratur.

detergens, humores rarefacit et exaestuat. Liquidum nec tenax, nisi resinam recipiat. Vilius quoque conficitur ex omphacino oleo, schoeno, calamo, costo nardoque.

Cap. LXXVI. [*De Malabathrino.*] Malabathrinum eadem habet, quae nardinum, spissamenta, myrrhae autem plusculum additur: qua de caussa calefacit, crocino aut amaracino viribus respondens.

[*De Iasmino oleo.* Quod vero Iasme dicitur apud Persas, conficitur ex albis violae floribus, quorum unciae duae in olei sesamini sextarium italicum iniectae vicissim permutantur seu remolliuntur, velut in liliaceo dictum est. Huius usus apud Persas inter convivia odoris gratia receptus est. Toti vero corpori post balnea adhibitum iis convenit, qui calefactionem ac relaxationem desiderant. Ceterum odore graviori praeditum est, quo fit ut a multis minus libenter appetatur.]

Cap. LXXVII. [*De Myrrha.*] Myrrha lacrima est

δένδρου γεννωμένου ἐν Ἀραβίᾳ, ὁμοίου[1] τῇ αἰγυπτιακῇ ἀκάνθῃ· οὗ ἐγκοπτομένου ἀποῤῥεῖ τὸ δάκρυον εἰς ὑπεστρωμένας ψιάθους, τὸ δὲ ἐπὶ τῷ στελέχει[2] περιπήγνυται· καὶ λέγεται αὐτῆς ἡ μέντοι πεδιάσιος[3] λιπαρὰ, ἧς πιεζομένης ἡ στακτὴ λαμβάνεται· ἡ δέ τις γαβιρέα λιπαρωτάτη ἐν εὐγείοις καὶ λιπαροῖς τόποις γεννωμένη, ἣ καὶ πολλὴν ἀνίησι τὴν στακτην· πρωτεύει δὲ ἡ τρογλωδυτικὴ καλουμένη ἀπὸ τῆς γεννώσης αὐτὴν χώρας, ὑπόχλωρος καὶ δηκτικὴ οὖσα, διαυγής· συλλέγεται δέ τις καὶ λεπτὴ μετὰ τὴν τρογλωδυτικὴν ἀριθμουμένη, ἐνάπαλος[4] οὖσα, ὡς τὸ βδέλλιον, ὑπόβρωμος τῇ ὀσμῇ, ἐν εὐηλίοις τόποις γεννωμένη· ἡ δέ τις καυκαλὶς λεγομένη, ὑπέρωρος, μέλαινα, κάτοπτος· ἡ δὲ χειρίστη ἐν ἁπάσαις ἐργασίμη καλεῖται, ψαφαρὰ καὶ ἀλιπὴς, δριμεῖα, κομμίζουσα τῇ ὄψει[5] καὶ τῇ δυνάμει· ἡ δὲ ἀμιναῖα δὲ καλουμένη ἀποδόκιμος· καὶ πιέσματα δὲ ἐξ αὐτῶν γίνεται· ἀπὸ μὲν τῶν λιπαρῶν εὐώδη καὶ λιπαρά· ἀπὸ δὲ τῶν ξηρῶν ἀλιπῆ καὶ οὐκ εὐώδη, ἄτονα

1) Sic cod. X., quod iam recte coniecit Sarac.; vulgo ὅμοιον.
2) Hoc carent codd. X. Par.
3) Sic cod. X.. ἡ μέντοι πεδίσιος C. N. ἡ μέντις πεδιάσιμος Ald., Asul., Sarac.
4) Vulgo ἐνάπαλλος. Nostram lectionem tuentur analoga: ἔνδασυς, ἐνέρυθρος, ἔντραχυς, ἔνωμος.
5) Cod. C. N. ὀσμῇ manifesto falsum.

arboris nascentis in Arabia, spinae aegyptiacae similis, qua quidem incisa lacrima in substratas tegetes destillat, pars vero circa truncum ipsum concrescit. Quaedam eius species vocatur campestris, pinguis ea, qua expressa stacte excipitur. Alia vero gabirea, laeto ac pingui solo proveniens, quae multam quoque stactem sudat. Primas vero tenet, quae troglodytica cognominatur a terra, quae eam gignit, subviridis ea, mordax ac pellucida. Colligitur etiamnum tenuis quaedam, quae a troglodytica secunda est, subtenera, sicut bdellium, odore subviroso, in locis apricis nascens. Alia Caucalis dicitur, exoleta, nigra et retorrida. Omnium deterrima, ergasima dicta, friatu est facilis, pinguedinis expers et acris, aspectu et viribus gummi referens. Improbatur etiam quae Aminaea vocatur. Ex iis expressiones fiunt, e pinguibus quidem odoratae ac pingues, e siccis vero pinguedine odoreque carentes et

δὲ διὰ τὸ[6] προςειληφέναι ἔλαιον εἰς τὴν ἀνάπλασιν· δολίζεται δὲ κόμμει βραχέντι σμύρνης ἀποβρέγματι καὶ μιγνυμένῳ. Ἐκλέγου δὲ τὴν νέαν, ψαθυρὰν, κούφην, ὁμόχρουν πανταχόθεν, καὶ τὴν ἐν τῷ θλασθῆναι ἔνδοθεν λευκὰς, ὀνυχοειδεῖς ἔχουσαν διαφύσεις, λείας, μικρόβωλόν τε, πικρὰν, εὐώδη, δριμεῖαν, θερμαντικήν· ἡ δὲ βαρεῖα καὶ τῇ χρόᾳ πισσώδης ἐστὶν ἄχρηστος. Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικὴν, [ἐφεκτικὴν ῥευμάτων,][7] καρωτικὴν, κολλητικὴν, ξηραντικὴν, στυπτικήν· μαλάσσει δὲ καὶ μήτραν μεμυκυῖαν καὶ ἀναστομοῖ· ἄγει δὲ καὶ ἔμμηνα καὶ ἔμβρυα συντόμως, σὺν ἀψινθίῳ καὶ θέρμων ἀποβρέγματι ἢ πηγάνου χυλῷ προςτεθεῖσα· λαμβάνεται δὲ ἀντὶ καταποτίου μέγεθος κυάμου, πρὸς βῆχα χρόνιον καὶ ὀρθόπνοιαν, καὶ πλευρᾶς πόνον καὶ θώρακος, λύσιν τὲ κοιλίας, καὶ δυςεντερίας, καὶ νεφριτικὰ, ὡς τὸ βδέλλιον[8]. Λύει δὲ καὶ ῥίγη ἐπιπολὺ τεταρταῖα, πρὸ δύο ὡρῶν τῆς ἐπιβολῆς μετὰ πεπέρεως καὶ ὕδατος τὸ μέγεθος κυάμου ποθεῖσα, ἀρ-

6) *Μὴ* vulgare expunxit Sarac.
7) Deest in Ald., Asulan., Cornar.
8) Haec ultima habent codd. C. N. X., desunt in aliis.

invalidae, propterea quod oleum, dum conformarentur, asciverint. Adulteratur gummi macerato aqua, in qua myrrha maduerit, ac permisto. Eligito autem recentem, friabilem, levem, undequaque concolorem, quaeque confracta intercurrentes maculas intrinsecus habeat candidas, unguium speciem prae se ferentes ac laeves, quaeque insuper minutis constet glebulis, amara, odorata et acris. Ponderosa autem et quae picei coloris est, inutilis censetur. Vim habet calefacientem [fluxiones sistentem], sopores inducentem, glutinantem, siccantem et astringentem. Emollit etiam praeclusum uterum et aperit. Menses et partus celeriter extrahit, cum absinthii vel lupinorum infuso aut rutae succo admota. Deglutitur vero etiam, ad catapotii instar, fabae magnitudine contra diuturnam tussim, orthopnoeam, lateris thoracisque dolorem, alvi profluvium ac dysenteriam, renum denique affectus, sicut et bdellium. Rigores quoque, maximeque quartanarios, discutit, horis ante accessionem duabus, cum pipere et aqua, fabae ma-

τηρίας τε τραχύτητα καὶ δασυσμοὺς φωνῆς ἀποκαθίστησιν ὑποτιθεμένη τῇ γλώττῃ καὶ ἀποχυλιζομένη· κτείνει δὲ καὶ ἕλμινθας, καὶ πρὸς δυςωδίαν στόματος διαμασσᾶται· πρὸς δὲ μασχαλῶν πόνους μετὰ στυπτηρίας ὑγρᾶς διαχρίεται· σὺν οἴνῳ δὲ καὶ ἐλαίῳ διακλυζομένη ὀδόντας καὶ οὖλα κρατύνει· κολλᾷ δὲ καὶ τὰ ἐν τῇ κεφαλῇ τραύματα ἐπιπασσομένη, καὶ τὰ τεθλασμένα ὦτα καὶ ἐψιλωμένα ὀστᾶ ἰᾶται σὺν κοχλίου σαρκὶ ἐπιχριομένη, καὶ τὰ πυοῤῥοοῦντα τῶν ὤτων καὶ φλεγμαίνοντα σὺν μηκωνίῳ καὶ καστορίῳ καὶ γλαυκίῳ· πρὸς δὲ ἰόνθους μετὰ κασσίας καὶ μέλιτος ἐπιχρίεται· λειχῆνάς τε ἀποσμήχει σὺν ὄξει, καὶ τρίχας ῥεούσας μετὰ λαδάνου καὶ οἴνου καὶ μυρσινίνου καταχριομένη ῥώννυσι· πραΰνει δὲ καὶ τοὺς χρονίους κατάῤῥους διαχριομένη πτερῷ τῶν μυξωτήρων· πληροῖ καὶ τὰ ἐν ὀφθαλμοῖς ἕλκη, καὶ καταίρει τὰ λευκώματα καὶ τὰ ἐπισκοτοῦντα ταῖς κόραις, καὶ τραχώματα σμήχει· γίνεται δὲ καὶ λιγνὺς ἐξ αὐτῆς ὁμοίως τῇ ἐκ τοῦ λιβάνου, ὡς ὑποδείξομεν, ἁρμόζουσα πρὸς τὰ αὐτά.

Κεφ. οη′. [Περὶ βοιωτικῆς σμύρνης.] Ἡ δὲ βοιωτικὴ σμύρνα ἐστὶ δένδρου τινὸς ἐν Βοιωτίᾳ γεννωμένου ῥίζα τετμη-

gnitudine vorata. Subdita linguae liquataque fistulae spiritalis asperitatem et raucitatem vocis corrigit. Quin et lumbricos enecat, et ad oris halitum malum commanducatur. Adversus axillarum taedia cum alumine madido illinitur, cum vino vero et oleo colluta dentes gingivasque firmat. Inspersa quoque capitis vulnera glutinat. Fractis auribus nudatisque ossibus cum cochleae carne peruncta medetur: itemque purulentis auribus nec non et inflammatis cum meconio, castoreo et glaucio. Ad varos autem cum cassia ac melle illinitur. Impetigines ex aceto detergit, defluentes capillos cum ladano, vino et myrtino oleo firmat. Diuturnos etiam catarrhos mitigat, narium alis illita. Oculorum ulcera complet, exteritque albugines et ea, quae pupillis caliginem offundunt, quin et scabrities expolit. Fit denique ex ea fuligo, sicut e ture, quod postea ostendemus, ad eadem efficax.

Cap. LXXVIII. [*De boeotica myrrha.*] Boeotica myrrha est plantae cuiusdam in Boeotia nascentis radix

μένη· ἐκλέγου δὲ τὴν ἐμφερῆ σμύρνῃ κατὰ τὴν εὐωδίαν. Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικὴν, μαλακτικὴν, διαλυτικήν· μίγνυται δὲ καὶ θυμιάμασι χρησίμως.

Κεφ. οθʹ. [*Περὶ Στύρακος.*] Στύραξ δάκρυόν ἐστι δένδρου τινὸς ὁμοίου κυδωνίᾳ[9]· διαφέρει δὲ αὐτοῦ ὁ ξανθὸς καὶ λιπαρὸς, ῥητινώδης, θρόμβους ἔχων ὑπολεύκους, ἐπιδιαμένων τῇ εὐωδίᾳ ὡς ὅτι πλεῖστον, καὶ ἐν τῷ μαλάσσεσθαι ἀνεὶς ὑγρασίαν τινὰ μελιτώδη· τοιοῦτος δέ ἐστιν ὁ γαβαλίτης[10] καὶ πισσιδιακὸς καὶ κιλίκιος· φαῦλος δὲ ὁ μέλας καὶ ψαθυρὸς καὶ πιτυρώδης· εὑρίσκεται δὲ καὶ δάκρυον κόμμει ἐοικὸς, διαυγὲς, σμυρνίζον· ὀλίγον δὲ τοῦτο γεννᾶται· δολίζουσι δὲ αὐτὸ τοῖς ἐκ τοῦ δένδρου πρίσμασιν, ἅπερ ὑπὸ τῶν σκωλήκων ἀνατιτρᾶται, μιγνυμένοις[10a] καὶ μέλιτι καὶ ἴριδος ὑποστάθμῃ καὶ ἄλλοις τισίν· ἔνιοι δὲ κηρὸν ἢ στέαρ ἀρωματίσαντες συμμαλάσσουσιν ἐν τοῖς ὀξυτάτοις ἡλίοις τῷ στύρακι καὶ δι' ἠθμοῦ εὐρυτρήτου ἐκθλίβουσιν εἰς ὕδωρ ψυχρὸν, ποιοῦντες σκωλήκια καὶ πωλοῦσι, σκωληκίτην ὀνομάζοντες

9) Vulgo *κυδωνίῳ*.

10) E Plinio et Oribasio Saracen. sic emendavit; vulgo *καταβαλίτης*. 10a) Vulg. *μιγνυμένη*.

concisa. Eligito, quae myrrham odoris suavitate refert. Vim habet calefacientem, mollientem, dissolventem. Utiliter quoque suffimentis inseritur.

Cap. LXXIX. [*De Styrace.*] Styrax lacrima est arboris cuiusdam cydoniae similis. Praefertur flavus ac pinguis, resinosus, grumos habens albicantes, quam diutissime in odoris gratia permanens, quique dum mollitur, melleam quamdam humiditatem ex se remittit. Talis est gabalites, pisidius ac cilicius. Deterior niger, friabilis ac furfurosus. Invenitur et lacrima gummi similis, transparens, myrrhae aemula; verum haec raro nascitur. Adulterant autem arboris ipsius scobe, vermiculorum erosione facta, admisto melle et iridis crassamento aliisque nonnullis. Non desunt, qui et ceram aut sebum aromatis imbutum ad solem acerrimum cum styrace subigant et per colum latis foraminibus pervium in aquam frigidam, quasi vermiculos effingentes, exprimant et venumdent, quem

στύρακα[11]. Ἐγκρίνουσι δὲ οἱ ἄπειροι τὸν τοιοῦτον ὡς ἀκέραιον, οὐ προσέχοντες τῇ κατὰ τὴν ὀσμὴν εὐτονίᾳ· δριμὺς γὰρ λίαν ἐστὶν ὁ ἄδολος. Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικὴν, μαλακτικὴν, πεπτικὴν, ποιῶν πρὸς βῆχας καὶ κατάῤῥους, κορύζας, βράγχους, ἀποκοπὴν φωνῆς· ἁρμόζει καὶ πρὸς τὰς ἐν ὑστέρᾳ μύσεις καὶ σκληρίας· ἔμμηνά τε ἄγει πινόμενος καὶ προστιθέμενος, κοιλίαν τε κούφως μαλάττει καταπινόμενος ὀλίγος μετὰ ῥητίνης τερεβινθίνης. μίγνυται δὲ καὶ μαλάγμασι διαφορητικοῖς καὶ ἀκόποις χρησίμως· καίεται δὲ καὶ ὀπτᾶται καὶ φώγνυται καὶ αἰθαλοῦται ὡς λίβανος· ἁρμόζει τε ἡ αἰθάλη πρὸς ἃ καὶ ἡ τοῦ λιβάνου· τὸ δὲ ἐξ αὐτοῦ σκευαζόμενον χρίσμα ἐν τῇ Συρίᾳ στυράκινον θερμαίνει καὶ μαλάττει ἰσχυρῶς· κεφαλαλγὲς μέντοι καὶ βαρὺ καὶ καρωτικὸν καθέστηκεν.

Κεφ. π΄. [Περὶ Βδελλίου.] Βδέλλιον, οἱ δὲ μάδελκον[12], οἱ δὲ βολχὸν[13] καλοῦσι· δάκρυόν ἐστι δένδρου

11) *Στύρακα* addunt C. N.
12) X. *μαδάλεον*.
13) X. *βλόχον*.

styracem ideo vermiculatum appellant. Imperiti eum tanquam sincerum admittunt, non attenti ad odoris insignem vehementiam. Est enim admodum acris, qui fraudis expers est. Vim habet calefacientem, mollientem, concoctricem. Medetur tussi, catarrhis, gravedinibus, raucitatibus vocisque interceptioni; matrici quoque praeclusae aut duritias habenti convenit. Ciet menses potu apposituque, alvum leviter mollit, si parum cum resina terebinthina deglutitur. Utiliter etiam malagmatis discutientibus et acopis admiscetur. Uritur autem, assatur, torreturve, atque ex eo, quemadmodum et e ture, fuligo colligitur, quae quidem ad eadem, ad quae turis fuligo, accommodatur. Styracinum vero unguentum, quod ex eo in Syria concinnatur, calefacit ac potenter emollit, verum capitis dolorem gravitatemque ac soporem conciliat.

Cap. LXXX. [*De Bdellio.*] Bdellium nonnulli madelcum, alii bolchon appellant. Lacrima est arboris ara-

ἀραβικοῦ[14]*· δόκιμον δέ ἐστιν αὐτοῦ τὸ τῇ γεύσει πικρὸν, διαυγὲς, ταυροκολλῶδες, λιπαρὸν παρὰ βάθους καὶ εὐμάλακτον, ἀμιγὲς ξύλων καὶ ῥυπαρίας, εὐῶδες ἐν τῇ θυμιάσει, ἐοικὸς ὄνυχι· ἔστι δὲ καὶ ἕτερον ῥυπαρὸν καὶ μέλαν, ἁδρόβωλον, παλαθῶδες, κομιζόμενον ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς· φέρεται δὲ καὶ ἀπὸ τῆς Πέτρας ξηρὸν, ῥητινῶδες, ὑποπέλιον, δευτερεῦον τῇ δυνάμει· δολοῦται δὲ μιγνύμενον κόμμει· τὸ δὲ τοιοῦτον οὐχ ὁμοίως πικραίνει τὴν γεῦσιν, ἔν τε τῇ ὑποθυμιάσει οὐχ οὕτως εὐῶδές ἐστιν. Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικὴν, μαλακτικὴν, διαλυτικὴν σκληριῶν καὶ βρογχοκηλῶν καὶ ὑδροκηλῶν, ἐνεθὲν πτυέλῳ ἀσίτου· ἀναστομοῖ καὶ τὴν μήτραν προστιθέμενον καὶ ὑποθυμιώμενον· ἐφέλκεται δὲ καὶ τὰ ἔμβρυα καὶ πᾶσαν ὑγρασίαν· θρύπτει δὲ καὶ λίθους πινόμενον, καὶ οὖρα ἄγει, βηχικοῖς τε καὶ θηριοδήκτοις ὠφελίμως δίδοται· ἀγαθὸν δὲ καὶ πρὸς ῥήγματα, σπάσματα καὶ πλευρᾶς πόνον καὶ διαδρομὰς πνευμάτων· μίσγεται δὲ καὶ μαλάγμασι τοῖς ἁρμόζουσι πρὸς τὰς σκληρίας καὶ δέσεις τῶν*

14) E Galeno, Plinio et Oribasio. Vulgo *σαρακηνικοῦ*, quod expungendum, cum Saracenorum primus Marcianus Heracleota saec. V. meminerit. (Peripl. p. 16.)

bicae. Probatur gustu amarum, translucidum, taurino glutini simile, pingue intima parte facileque mollescens, lignorum ac sordium expers, in suffitu fragrans, unguem (effectu) referens. Est et alterum sordidum ac nigrum, grandioribus glebis, in offas convolutum, quod quidem ex India advehitur. Defertur autem a Petra (Nabataeorum) siccum, resinosum, sublividum, facultate secundum. Adulteratur admixto gummi, verum ita vitiatum haud perinde gustu amaricat, neque in suffitu adeo est odoratum. Vim obtinet calefacientem, mollientem, discutientem duritias, strumas, hydroceles, ieiuni saliva dilutum. Aperit et matricem tum appositu tum suffitu, extrahit partus omnemque humiditatem. Calculos comminuit potum, urinas ducit, tussientibus et iis, qui a virulentis bestiis demorsi sunt, utiliter exhibetur. Valet quoque ad rupta, convulsa, lateris dolorem, vagosque ac discurrentes flatus. Miscetur et malagmatis, quae ad duritias nodosque nervorum

νεύρων· κατεργάζεται δὲ κοπτόμενον, παραχεομένου οἴνου ἢ ὕδατος θερμοῦ.

Κεφ. πα΄. [Περὶ λιβάνου.] Λίβανος γεννᾶται μὲν ἐν Ἀραβίᾳ τῇ λιβανοφόρῳ καλουμένῃ· πρωτεύει δὲ ὁ ἄῤῥην, καλούμενος σταγονίας, στρογγύλος φυσικῶς· ἔστι δὲ ὁ τοιοῦτος ἄτομος, λευκός τε καὶ θλασθεὶς ἔνδοθεν λιπαρὸς, ἐπιθυμιαθείς τε ταχέως ἐκκαιόμενος· ὁ δὲ ἰνδικὸς ὑπόκιῤῥός τε ἐστὶ καὶ πελιὸς τὴν χρόαν· γίνεται δὲ καὶ κατὰ τὴν ἐπιτήδευσιν στρογγύλος· τέμνοντες γὰρ αὐτὸν εἰς τετράγωνα σχήματα καὶ βάλλοντες εἰς κεράμεια, κυλίουσιν ἕως ἂν ἀπολάβοι τὸ στρογγύλον σχῆμα· χρόνῳ δὲ ὁ τοιοῦτος ξανθοῦται, ἔντομος[15] ἢ σύαγρος καλούμενος· δευτερεύει δὲ ὁ ὀροβίας[16] καὶ ὁ σμιλευτὸς[17], ὃν ἔνιοι κοπίσκον καλοῦσι, μικρότερον καὶ κιῤῥότερον ὄντα· λέγεται δέ τις καὶ ἀμωμίτης, ἄλλως μὲν λευκὸς, ἐν δὲ τῷ μαλάσσεσθαι ἐνδιδοὺς ὡς μαστίχη. Δολοῦται δὲ πᾶς λίβανος τῇ πιτυίνῃ ῥητίνῃ μεθοδευόμενος καὶ

15) Sic Cod. X. et Marcell. Vergil. et Cornar. Vulgo ἄτομος.

16) E Plinio et Oribas. coniecit Marcell. Vergil. Vulgo ἀραβίας.

17) Cod. C. N. ἐν ἀμίλᾳ. Ald. et Cornar. ἐν σμίλῳ. Asul. ἐν ἀμίλῳ. Sarac. ἐν ἀμήλῳ. Marc. Verg. ὁ μηλιωτὸς. Salmas. ἔνσμιλος vel σμιλιωτός.

conveniunt. Contusum autem subigitur affuso vino aut aqua calida.

Cap. LXXXI. [*De ture.*] Tus gignitur in Arabiae parte, quae turifera appellatur. Primas tenet masculum, stagonias dictum, natura teres. Tale minime sectum est, candidum, intusque, dum frangitur, pingue, dumque adoletur, statim ardet. Indicum vero subfulvum est, colore lividum, sed teres etiam industria fit. Secant id enim in quadratas formas, quas in fictilia coniectas tamdiu versant, donec teretem formam contraxerint. Sed tale tempore flavescit, incisum appellatum aut syagrium. Secundum locum tenet orobium et scalptum, quod et nonnulli copiscum dicunt, exilius fulviusque. Est et genus quoddam, cui amomitae cognomen, cetera quidem candidum, et dum mollitur, mastiches more digitis cedit. Adulteratur porro tus omne pinea resina et gummi artificiose

κόμμει· εὐχερὴς δέ ἐστιν ἡ διάγνωσις· τὸ μὲν γὰρ κόμμι οὐκ ἐκφλογοῦται θυμιώμενον, ἡ δὲ ῥητίνη εἰς καπνὸν ἐκτυφοῦται, ὁ δὲ λιβανωτὸς ἐξάπτεται· δηλοῖ δὲ καὶ ἡ ὀσμὴ τὸ τοιοῦτο. Δύναται δὲ θερμαίνειν, στύφειν, ἀποκαθαίρειν τὰ ἐπισκοτοῦντα ταῖς κόραις, καὶ τὰ κοῖλα τῶν ἑλκῶν πληροῦν καὶ ἀπουλοῦν, κολλᾷν τε ἔναιμα τραύματα, αἱμοῤῥαγίαν τε πᾶσαν καὶ τὴν ἐκ μηνίγγων ἐπέχειν· παρηγορεῖ καὶ τὰ περὶ δακτύλιον καὶ τὰ λοιπὰ μέρη κακοήθη ἔμμοτος λεῖος σὺν γάλακτι· καὶ τὰς ἐν ἀρχῇ μυρμηκίας καὶ λειχῆνας σὺν ὄξει καὶ πίσσῃ καταχριόμενος αἴρει· καὶ τὰ πυρίκαυστα δὲ ἕλκη καὶ χίμετλα ἰᾶται σὺν στέατι χοιρείῳ ἢ χηνείῳ· ἀχῶρας δὲ σὺν νίτρῳ σμώμενος ἰᾶται, παρωνυχίας τε σὺν μέλιτι, ὤτων θλάσεις σὺν πίσσῃ· πρὸς δὲ τὰ λοιπὰ ἀλγήματα τῶν ὤτων σὺν οἴνῳ γλυκεῖ ἐγχεόμενος, μαστούς τε τοὺς ἀπὸ τοκετῶν φλεγμαίνοντας σὺν κιμωλίᾳ καὶ ῥοδίνῳ καταχριόμενος ὠφελεῖ· μίγνυται δὲ καὶ τοῖς πρὸς ἀρτηρίαν ὠφελίμως καὶ τοῖς σπλαγχνικοῖς φαρμάκοις, αἱμοπτοϊκούς τε ὠφελεῖ πινόμενος· μανιώδης δέ ἐστι πινόμενος ὑπὸ τῶν ὑγιαινόντων[18], πλείων

18) Cod. C. N. *ἀγωνιζόντων.*

tractatum. Sed maleficium facile deprehenditur. Siquidem incensum gummi flammam non concipit, resina in fumum vanescit, tus vero exardescit: praeterea et odor idem prodit. Vi pollet calefaciendi, astringendi caliginesque pupillarum exterendi. Cava ulcera implet et ad cicatrices perducit. Cruenta vulnera glutinat, omnemque sanguinis profusionem et e meningibus ipsis cohibet. Cum lacte tritum et linamento exceptum sedis ac reliquarum partium maligna ulcera mitigat. Myrmecia sub initium impetiginesque ex aceto et pice illitum tollit. Quin et igne ambusta ulcera pernionesque cum adipe suillo anserinove sanat. Achores etiam cum nitro frictum curat, paronychias cum melle auresque contusas cum pice. Ad reliquos aurium dolores cum vino dulci utiliter infunditur. Perunctum quoque cum cimolia et rosaceo mammis confert a partu inflammatis. Sic et fistulae spiritalis viscerumque medicamentis utiliter admiscetur et sanguinem exspuentes potu iuvat. Verum in secunda valetudine hau-

δὲ μετ' οἴνου ποθεὶς καὶ κτείνει. Καίεται δὲ λίβανος ἐπ' ὀστράκου καθαροῦ τεθεὶς, ὑφαπτόμενός τε χόνδρῳ ἀναφθέντι ὑπὸ λύχνου, ἄχρις ἂν ἐκκαῇ· δεῖ δὲ μετὰ τὴν τελείαν καῦσιν πωμάζειν τινὶ, ἄχρις ἂν σβεσθῇ, οὕτω γὰρ οὐκ ἐκτεφροῦται· ἔνιοι δὲ περιτιθέασι τῷ λοπαδίῳ ἀγγεῖον χαλκοῦν κοῖλον, κατὰ μέσον τετρημένον, πρὸς ἔκληψιν τῆς λιγνύος, ὡς ὑποδείξομεν ἐν τῷ περὶ αἰθάλης λιβάνου λόγῳ· οἱ δὲ, εἰς ὠμὴν χύτραν βάλλοντες καὶ περιπλάσσοντες πηλῷ, καίουσιν ἐν καμίνῳ· φώγνυται δὲ ἐπ' ὀστράκου καινοῦ καὶ ἀνθράκων διαπύρων, ἕως ἂν μηκέτι πομφολυγίζῃ, μηδὲ λιπαρίαν τινὰ ἢ ἀτμίδα ἀνίῃ· θρύπτεται δὲ εὐχερῶς[19] *κατακεκαυμένος.*

Κεφ. πβ'. [Περὶ φλοιοῦ λιβάνου.] Φλοιὸς δὲ λιβάνου διαφέρει ὁ παχὺς καὶ λιπαρὸς καὶ εὐώδης, πρόσφατος, λεῖος, καὶ μὴ λεπρώδης ἢ ὑμενώδης· δολοῦται δὲ μιγνυμένου αὐτῷ φλοιοῦ στροβιλίνου ἢ πιτυΐνου· ἔλεγχος δὲ καὶ τούτων τὸ πῦρ· οἱ μὲν γὰρ λοιποὶ θυμιαθέντες οὐκ ἀνάπτονται,

19) Cod. P. et X. *μή.*

stum furorem inducit, et largius cum vino potum etiam interficit. Crematur autem tus in testa munda positum grano succensum de lucerna accenso, donec exuratur. Post perfectam autem ustionem operculo quodam tegere oportet, usque dum restinguatur; sic enim in cineres minime redigitur. Nonnulli autem ollulae vas aeneum cavum medioque foratum ad fuliginem excipiendam superimponunt, quemadmodum mox, ubi de turis fuligine fiet mentio, demonstrabimus. Alii in ollam crudam luto oblitam immittunt uruntque in fornace. Torretur quoque in testa nova candentibus carbonibus, dum non amplius bullet aut pinguedinem vaporemve ullum emittat. Comminuitur vero facile, quod perustum est.

Cap. LXXXII. [*De cortice turis.*] Cortex turis praestat crassus, pinguis, odoratus, recens, laevis ac minime lichenibus obsitus aut membranaceus. Adulteratur cortice pinuum vel piceae vel pineae: sed et horum index est ignis. Siquidem reliqui cortices incensi nequaquam con-

καπνιζόμενοι δὲ δίχα εὐωδίας ἐκτύφονται· ὁ μέντοι τοῦ λιβάνου φλοιὸς ἅπτεται καὶ μετ' εὐωδίας ἐκθυμιᾶται· καίεται δὲ καὶ οὗτος ὡς λίβανος. Δύναμιν δὲ ἔχει, ἣν καὶ ὁ λίβανος, ἐνεργέστερος ὢν καὶ στυπτικώτερος· ὅθεν ποθεὶς, αἱμοπτοϊκοῖς μᾶλλον καὶ ῥοϊκοῖς ἁρμόζει ἐν προσθέτῳ· ποιεῖ καὶ πρὸς οὐλὰς ἐν ὀφθαλμοῖς καὶ κοιλώματα καὶ ῥυπαρίας· φωχθεὶς δὲ καὶ πρὸς ψωροφθαλμίας ποιεῖ.

Κεφ. πγ'. [*Περὶ μάννης λιβάνου.*] *Μάννα δὲ λιβάνου δόκιμός ἐστιν ἡ λευκὴ καὶ καθαρὰ, ἔγχονδρος. Δύναμιν δὲ ἔχει, ἣν καὶ ὁ λιβανωτὸς, ὑπανειμένως δὲ μᾶλλον· μίσγουσι δὲ ἔνιοι δολίζοντες ῥητίνην πιτυΐνην σεσημένην καὶ γύριν, ἢ φλοιὸν λιβανωτοῦ κεκομμένου· ἐλέγχει δὲ καὶ ταῦτα τὸ πῦρ· οὔτε γὰρ κατ' ἴσον καὶ ἰσοτόνως θυμιαθήσεται ἀερίζοντι τῷ ἀτμῷ, ἀσβολώδει δὲ καὶ οὐ καθαρῷ· ἥ τε εὐωδία μικτὴν ἔχει τὴν ἀποφοράν.*

Κεφ. πδ'. [*Περὶ αἰθάλης λιβανωτοῦ.*] *Αἰθάλην δὲ λιβανωτοῦ ποίει οὕτω· λαβιδίῳ καθ' ἕνα χόνδρον τοῦ λιβάνου ἅπτων πρὸς*[20] *λύχνον, ἐπιτίθει εἰς κοῖλον λοπάδιον*

20) C. *προςτιθεὶς λύχνῳ.*

flagrant, sed citra odoris gratiam in fumum evanescunt, turis vero cortex ardet et cum odoris suavitate suffitur. Ceterum et hic ipse turis modo uritur. Vis autem eadem, quae et turi, sed efficacior magisque astringens. Quare potus sanguinem exspuentibus aliosque fluxus patientibus appositus magis idoneus est. Confert etiam ad oculorum cicatrices foveolasque aut sordes. Torrefactus denique ad scabiosas ophthalmias usui est.

Cap. LXXXIII. [*De manna turis.*] Manna turis probatur candida, pura et granosa. Vim habet eamdem, quam tus, sed aliquanto remissiorem. Sunt, qui admixtis resina pini cribrata et polline aut etiam turis contusi cortice ipsam adulterent, arguente et haec igne. Neque enim incensa aeque ac pari vigore aëris modo purum vaporem, sed fuliginosum et impurum emittet. Quin et odori grato permixta graveolentia comperietur.

Cap. LXXXIV. [*De turis fuligine.*] Turis fuliginem vero sic facito. Turis grana forcipicula singulatim prehensa ad lucernam accendito et in novam fictilem ollam

ὀστράκινον καινόν[21]· *εἶτα περικάλυψον χάλκωμα ἔγκοιλον, τετρημένον κατὰ μέσον καὶ ἐσμηγμένον ἐπιμελῶς· ὑποτίθει*[22] *δὲ κατὰ τὸ ἕτερον αὐτοῦ μέρος ἢ ἀμφότερα λιθάρια ὕψει τετραδακτυλιαῖα πρὸς τὸ διαφαίνειν εἰ καίεται· καὶ ἵνα χώρα ᾖ ἐπιτιθέναι ἑτέρους χόνδρους ἀεὶ, πρὸ τοῦ τὸν πρῶτον χόνδρον ἀποσβεσθῆναι παντελῶς, καὶ τοῦτο ποίει, ἕως ἂν αὐτάρκη λιγνὺν δόξῃς συναγηοχέναι· συνεχῶς μέντοι σπόγγῳ ἐξ ὕδατος ψυχροῦ περίμασσε τὰ ἐκτὸς μέρη τοῦ χαλκώματος· οὕτω γὰρ προςκαθίζει πᾶσα λιγνὺς, μὴ ἄγαν αὐτοῦ πυρουμένου· ἐπεὶ ἀποπίπτουσα διὰ τὴν κουφότητα, μίγνυται τῇ τοῦ λιβάνου σποδῷ· ἀποψήσας οὖν τὴν πρώτην λιγνὺν, ποίει τὸ αὐτὸ ἐφ᾽ ὅσον ἂν δοκῇ, ἀναιροῦ δὲ καὶ τὴν ἐκ τοῦ καέντος λιβάνου σποδὸν ἰδίᾳ. Δύναμιν δὲ ἔχει πραϋντικὴν τῶν ἐν ὀφθαλμοῖς φλεγμονῶν, σταλτικὴν ῥευμάτων, ἀνακαθαρτικὴν ἑλκῶν, πληρωτικὴν κοιλωμάτων, σταλτικὴν καρκινωμάτων.*

Κεφ. πε΄. [*Περὶ λιγνύος σκευασίας.*] *Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον σκευάζεται καὶ ἐκ τῆς σμύρνης καὶ ἐκ τῆς ῥητίνης*

21) C. *εἰς καινὰν λοπάδιον ὀστράκινον κενόν.*
22) Ex Aëtio. Vulgo *ἐπιτίθει.*

cavam imponito. Tum aereo vase cavo ac in medio forato diligenterque deterso obtegito. Quo facto ex altera eius parte aut utrinque lapillos quatuor digitorum altitudine subiicito, quo facilius introspici queat, illane urantur; et locus ut sit, per quem grana alia imponas, priusquam granum primum penitus restinctum fuerit. Hoc vero facies, donec sat fuliginis collegisse autumaveris. Assidue tamen externas aeramenti partes aqua frigida e spongia undique imbuito. Sic enim, ipso haud magnopere calente, fuligo omnis firmius adhaerescit, quae alioqui sua levitate delapsa turis cineri permiscetur. Derasa igitur prima fuligine, idem opus repetito, quoties visum fuerit, ac cinerem quoque e cremato ture seorsim excipito. Ceterum illa oculorum inflammationes leniendi vi pollet, fluxiones cohibet, ulcera expurgat, cava explet, et carcinomata compescit.

Cap. LXXXV. [*De fuliginis confectione.*] Eodem modo e myrrha, resina et styrace fuligo conficitur, quam

καὶ ἐκ τοῦ στύρακος λιγνύς· ἁρμόζουσι δὲ πρὸς τὰ αὐτά· καὶ ἐκ τῶν λοιπῶν δὲ δακρύων ὁμοίως τὴν λιγνὺν λάμβανε.

Κεφ. πς΄. [Περὶ πίτυος.] Πίτυς γνώριμον δένδρον· ἔστι δὲ τοῦ αὐτοῦ γένους καὶ ἡ λεγομένη πεύκη, εἴδει διαφέρουσα· ἀμφοτέρων δὲ ὁ φλοιὸς στυπτικὸς, ἁρμόζων πρός τε παρατρίμματα λεῖος καταπλασσόμενος, καὶ πρὸς τὰ ἐπιπόλαια τῶν ἑλκῶν καὶ κεκαυμένα σὺν λιθαργύρῳ καὶ μάννῃ· ἀναληφθεὶς δὲ κηρωτῇ μυρσίνῃ, ἀπουλοῖ τὰ ἐπὶ τῶν τρυφεροχρώτων ἕλκη· καὶ τὰ ἑρπυστικὰ ἐπέχει μετὰ χαλκάνθους λεῖος· ἔμβρυά τε καὶ δεύτερα ὑστέρᾳ[23] θυμιαθεὶς ἐκβάλλει, κοιλίαν τε ποθεὶς ἐφίστησι καὶ οὖρα κινεῖ. Καὶ τὰ φύλλα δὲ αὐτῶν καταπλασθέντα[24] λεῖα φλεγμονὰς παρηγορεῖ καὶ τραύματα ἀφλέγμαντα διατηρεῖ· λειανθέντα[25] δὲ καὶ ἑψηθέντα ἐν ὄξει ὀδονταλγίας πραΰνει διακλυζόμενα θερμά· ἁρμόζει δὲ καὶ ἡπατικοῖς τῶν φύλλων ὁλκὴ μία σὺν ὕδατι ἢ μελικράτῳ ποθεῖσα. Ποιεῖ δὲ τὰ αὐτὰ καὶ ὁ τῆς στροβίλου φλοιὸς καὶ τὰ φύλλα ποθέντα· καὶ τὸ ἐξ αὐτῶν δὲ δαδίον

23) Recte Sarac. pro *ὑστέρα* Ald., Asul., Corn., Goupyl.
24) C. *καταπασσόμενα*. 25) Sic Ald., Cornar.; *λειωθέντα* Asulan.

ad eadem accommodant. Ex reliquis quoque lacrimis fuliginem similiter excipito.

Cap. LXXXVI. *De Pinu (Pinea.)* Pinus (Pinea) in vulgus nota est arbor. Eiusdem vero generis est, quae picea dicitur, specie quidem duntaxat differens. Utriusque cortex astringens est: confert ad intertrigines tritus et inspersus, itemque ad superficiaria ulcera et ambusta, cum lithargyro et manna. Cerato myrteo exceptus ulcera partium tenella cute praeditarum ad cicatricem perducit: eadem illa serpentia cum vitriolo aeris tritus cohibet. Suffitu ad uterum adhibito partus secundasque eiicit, potu vero alvum sistit urinasque ducit. Quin et ipsarum folia trita et imposita inflammationes leniunt et vulnera ab inflammatione vindicant. Ad laevorem autem trita et in aceto decocta dentium dolores mitigant, si calida colluantur. Prosunt et hepaticis folia, drachmae unius pondere ex aqua mulsave pota. Eadem praestant strobili cortex foliaque epota. Quin etiam taeda ex ipsis in tenues

σχισθὲν εἰς λεπτὰ καὶ ἑψηθὲν σὺν[26] ὄξει ὀδονταλγίας πραΰνει, κρατουμένου τοῦ ἀφεψήματος κατὰ τοῦ πεπονθότος ὀδόντος· καὶ σπάθη δὲ ἐξ αὐτῶν γίνεται εἰς ἀκόπων σκευασίας καὶ πεσσῶν ἐπιτήδειος. Ἡ δὲ ἐξ αὐτῶν λιγνὺς [καιομένων ἐκλαμβάνεται πρὸς μέλανος γραφικοῦ κατασκευὴν, ποιοῦσα καὶ πρὸς καλλιβλέφαρα καὶ κανθοὺς βεβρωμένους, πρός τε πτίλα βλέφαρα καὶ ὀφθαλμοὺς δακρύοντας.

Κεφ. πζʹ. [Περὶ πιτυΐδων.] Πιτυΐδες δὲ καλοῦνται ὁ καρπὸς τῶν πιτύων καὶ τῆς πεύκης ὁ εὑρισκόμενος ἐν τοῖς κώνοις. Δύναμιν δὲ ἔχουσι πεπτικὴν[27], θερμαίνουσαν ποσῶς· βοηθοῦσι δὲ βηξὶ καὶ τοῖς περὶ θώρακα πάθεσι καθ᾽ ἑαυτὰς καὶ μετὰ μέλιτος λαμβανόμεναι.

Κεφ. πηʹ. [Περὶ στροβίλων.] Στρόβιλοι δὲ καθαροὶ ἐσθιόμενοι ἢ μετὰ γλυκέος ἢ σικύου σπέρματος πινόμενοι, οὐρητικοὶ, ἀμβλυντικοὶ τῶν περὶ κύστιν καὶ νεφροὺς δριμυτήτων· παρηγοροῦσι δὲ καὶ στομάχων δηγμοὺς μετὰ ἀνδράχνης χυλοῦ λαμβανόμενοι ἐξερείδουσί τε ἀτονίαν σώματος[28]

26) *σὺν* deest in cod. X.
27) Sic cod. N. Vulgo *στυπτικὴν*.
28) Cod. C. N. *ἐξαίρουσιν ἀτονίαν.*

assulas concisa et in aceto cocta dentium doloribus blanditur, si, qua parte dens dolet, decoctum id ore continetur. Ex ipsis etiam spathula fit, ad acoporum pessorumque parationem idonea. Quin ex iis, dum cremantur, fuligo excipitur, ad atramenti confectionem utilis, itemque ad medicamenta honestandis palpebris dicata. Erosis denique oculorum angulis, lapsui palpebrarum et lippitudini opitulatur.

Cap. LXXXVII. [*De Pityidibus.*] Pityidum nomine Pinearum et Piceae fructus appellantur in conis reperti. Vim habent coctioni faventem et nonnihil calefacientem. Tussi pectorisque vitiis tum per se, tum etiam cum melle sumtae auxiliantur.

Cap. LXXXVIII. [*De strobilis.*] Strobili, si repurgati edantur aut cum passo et cucumeris semine bibantur, urinas cient et humorum acrimoniam hebetant, qui vesicam renesque infestant. Sedant et rosiones stomachi sumtae cum portulacae succo, nec non corporis infirmitatem

καὶ τὰς τῶν ὑγρῶν διαφθορὰς ἐξαμβλύνουσιν· ὅλοι δὲ οἱ στρόβιλοι ἀπὸ δένδρων πρόςφατοι θλασθέντες καὶ ἐν γλυκεῖ ἑψηθέντες ἁρμόζουσι παλαιαῖς βηξὶ καὶ φθίσεσι, τοῦ ἐξ αὐτῶν ὑγροῦ καθ' ἑκάστην[29] *λαμβανόμενου κυάθων τὸ πλῆθος τριῶν.*

Κεφ. πθ'. [Περὶ Σχίνου.] Σχῖνος, δένδρον γνώριμον, στυπτικὸν ὅλον· καὶ γὰρ ὁ καρπὸς αὐτῆς καὶ τὸ φύλλον καὶ ὁ φλοιὸς τῶν κλάδων καὶ τῆς ῥίζης ἰσοδυναμεῖ[30]*· γίνεται δὲ καὶ χύλισμα ἐκ τοῦ φλοιοῦ καὶ τῆς ῥίζης καὶ τῶν φύλλων ἑψημένων σὺν ὕδατι ἐφ' ἱκανόν· εἶτα μετὰ τὸ ἑψηθῆναι τῶν φύλλων ῥιπτομένων, τοῦ ὕδατος δὲ πάλιν ἑψομένου μέχρι μελιτώδους συστάσεως· ποιεῖ δὲ στύφων πρὸς αἵματος ἀναγωγὰς καὶ ῥώσεις κοιλίας καὶ δυςεντερίας πινόμενος καὶ πρὸς τὰς ἐκ μήτρας αἱμοῤῥαγίας καὶ προπτώσεις ὑστέρας καὶ δακτυλίου· καὶ καθόλου ἀντὶ ἀκακίας καὶ ὑποκιστίδος ἔνεστιν αὐτῷ χρῆσθαι· καὶ ὁ χυλὸς δὲ τῶν φύλλων ἐκθλιβέντων τὰ αὐτὰ ποιεῖ· καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ αὐτῶν καταν-*

29) *Ἡμέραν*, quod Ald. cum editionibus sequentibus habet, omittitur a cod. C. N.

30) *Ἰσοδυνάμει* Asul.; *ἰσοδυναμοῖ* Ald., Cornar. et Sarac.

roborant, corruptorumque humorum labem obtundunt. Toti autem strobili ab arboribus decerpti recentesque contusi et in passo decocti ad vetustas tusses et tabes conducunt, si ex eorum liquore quavis vice terni sumantur cyathi.

Cap. LXXXIX. [*De Lentisco.*] Lentiscum est nota arbor, omnibus partibus astringens. Etenim ipsius fructus, folium, ramorum et radicis cortex pares vires sortiuntur. Exprimitur et succus e cortice, radice foliisque sufficienter in aqua coctis, quae deinde, abiectis foliis, iterum coquitur ad mellis spissitudinem. Valet is, qua pollet astringendi vi, ad sanguinis reiectiones, alvi profluvia et dysenterias in potu, itemque contra sanguinis ex utero cursus, atque ipsius uteri iuxta ac ani procidentias. Summatim vero acaciae et hypocistidis vice uti ipso licet. Eadem quoque praestat succus e tritis foliis expressus. Quin et eorum decoctum fotu cava explet ossaque, quae

τλούμενον τὰ ἀσυμπλήρωτα πληροῖ καὶ τὰ ἀπώρωτα πωροῖ[31] ὀστέα, καὶ τὰς ἐκ μήτρας ῥύσεις[32] στέλλει, καὶ τῶν νομῶν ἀποτρεπτικὸν καὶ οὐρητικόν ἐστιν· ἵστησι δὲ καὶ σειομένους ὀδόντας διακλυζόμενον· τὰ δὲ ξυλάρια χλωρὰ ἀντὶ καλαμίδων παρατριβόμενα τοῖς ὀδοῦσι, σμήχει τούτους· γίνεται δὲ καὶ ἐκ τοῦ καρποῦ αὐτοῦ ἔλαιον στυπτικὸν, ἁρμόζον πρὸς τὰ στύψεως δεόμενα.

Κεφ. ς΄. [Περὶ ῥητίνης σχινίνης.] Γεννᾶται δὲ καὶ ῥητίνη ἐξ αὐτῆς σχινίνη καλουμένη, ὑπ᾽ ἐνίων δὲ μαστίχη, χρησιμεύουσα πρὸς αἵματος ἀναγωγὰς καὶ πρὸς παλαιὰν βῆχα πινομένη· ἔστι δὲ εὐστόμαχος, ἐρευκτική· μίγνυται δὲ καὶ σμήγμασιν ὀδόντων καὶ ἐπιχρίσμασι προσώπου στιλβοποιοῦσα· ἀνακολλᾷ δὲ καὶ τρίχας ἐν ὀφθαλμοῖς, στόματός τε εὐωδίαν ποιεῖ διαμασσομένη, καὶ οὔλων ἐστὶ σταλτική. Γεννᾶται δὲ καὶ καλλίστη καὶ πλείστη ἐν Χίῳ τῇ νήσῳ· διαφέρει δὲ αὐτῆς ἡ λαμπυρίζουσα καὶ τυρρηνικῷ κηρῷ ὁμοία τῇ λευκότητι, ἁδρὰ καὶ καπυρὰ καὶ εὔθρυβης καὶ εὐώδης, ἡ δὲ χλωρὰ ἧττων· δολοῦται δὲ λιβάνου καὶ ῥητίνης στροβιλίνης μιγνυμένων αὐτῇ.

31) Vulgo πωρεῖ. 32) Cod. C. Vulgo ῥεύσεις.

nondum conferbuerunt, obducto callo solidat, ex utero fluxus sistit, ulcera exedentia corrigit, urinas ciet ac dentes concussos collutione firmat. Virentes autem surculi dentiscalprorum arundineorum vice agunt dentibus affricti eosque repurgant. Fit denique ex ipso fructu oleum astringens, aptum ad ea, quae astrictionem poscunt.

Cap. XC. [*De resina lentiscina.*] Nascitur et e lentisco resina, lentiscina dicta, nonnullis mastiche. Utiliter adhibetur ad sanguinis reiectiones potaque ad veterem tussim. Stomacho quoque confert, ructus motura. Additur et dentifriciis et faciei linimentis, cum nitorem cuti conciliet. Quin et pilos oculorum (fluentes) glutinat, commanducata oris halitum suavem reddit gingivasque contrahit. Praestantissima autem et copiosissima nascitur in Chio insula. Optima est splendens, cerae tyrrhenicae colore similis, plena, arida, contritu facilis, fragrans. Viridis vero minus probatur. Adulteratur admixtis ture ac resina strobilina.

Κεφ. ϛα'. [*Περὶ Τερμίνθου.*] *Τέρμινθος γνώριμον δένδρον· ἧς τὰ φύλλα καὶ ὁ καρπὸς καὶ ὁ φλοιὸς στυπτικὰ ὄντα ἁρμόζει πρὸς ἃ καὶ ἡ σχῖνος, σκευαζόμενα ὁμοίως καὶ λαμβανόμενα· ὁ δὲ καρπὸς αὐτῆς ἐστιν ἐδώδιμος, κακοστόμαχος, οὐρητικὸς, θερμαντικός· ἔστι δὲ ἄριστος πρὸς ἀφροδίσια· σὺν οἴνῳ δὲ ποθεὶς πρὸς φαλαγγίων δήγματα ἁρμόζει· ἡ δὲ ἐξ αὐτῆς ῥητίνη κομίζεται μὲν ἐξ Ἀραβίας τῆς ἐν Πέτρᾳ· γεννᾶται δὲ καὶ ἐν Ἰουδαίᾳ καὶ Συρίᾳ καὶ ἐν Κύπρῳ καὶ ἐν Λιβύῃ καὶ ἐν ταῖς Κυκλάσι νήσοις· ἡ δὴ καὶ διαφέρει διαυγεστέρα οὖσα, λευκὴ, ὑαλίζουσα τῷ χρώματι καὶ κυανίζουσα, εὐώδης, τερμίνθου πνέουσα· προέχει*[33] *δὲ πασῶν τῶν ῥητινῶν ἡ τερμινθίνη, καὶ μετὰ ταύτην ἡ σχινίνη, εἶτα ἡ πιτυΐνη, καὶ ἡ ἐλατίνη, μεθ' ἃς ἀριθμοῦνται ἡ πευκίνη καὶ ἡ στροβιλίνη. Ἔστι δὲ πᾶσα ῥητίνη μαλακτικὴ, θερμαντικὴ, διαχυτικὴ, ἀνακαθαρτικὴ, βηξὶν ἁρμόζουσα καὶ φθίσεσιν ἐν ἐκλεικτοῖς καθ' ἑαυτὴν ἢ μετὰ μέλιτος, ἀνακαθαίρουσα καὶ τὰ ἐκ θώρακος· ἔστι δὲ καὶ οὐρητικὴ καὶ πεπτικὴ, κοιλίαν τε μαλάσσει· ἔν τε ἀνακολλήσει τριχῶν τῶν*

33) Sic cod. C. N. Vulgo *προάγει.*

Cap. XCI. [*De Terebintho.*] Terebinthus nota est arbor: cuius folia, fructus et cortex, qua pollent astringendi vi, ad eadem, ad quae etiam lentiscus, conferunt, simili parata modo ac sumta. Fructus est esculentus, sed stomacho noxius, urinam vero ciet et calefacit. Est et ad excitandam venerem aptissimus: ex vino potus contra phalangiorum morsus prodest. Resina eius ex Arabia petraea importatur: nascitur et in Iudaea, Syria, Cypro, Libya et Cycladibus insulis. Praefertur autem magis pellucida, candida, vitreo colore et in coeruleum vergente, odorata ac terebinthum olens. Resinas porro omnes antecedit terebinthina: proxima huic lentiscina, dein pinea et abiegna. Post has numerantur picea et strobilina. Est autem omnis resina molliens, calefaciens, diffundens, repurgans: idonea in tussi ac tabe, eclegmate sumta per se aut ex melle: expurgant etiam, quae ex pectore educi oportet. Urinam movent, coctioni favent, ventrem molliunt, ad glutinandos palpebrarum pilos aptae, itemque

ἐν βλεφάροις ἁρμόζει, καὶ πρὸς λέπρας σὺν ἰῷ χαλκοῦ καὶ χαλκάνθῳ καὶ νίτρῳ· πρὸς δὲ τὰ ἰχωῤῥοοῦντα ὦτα σὺν μέλιτι καὶ ἐλαίῳ, καὶ πρὸς κνησμὸν αἰδοίου· μίγνυται δὲ καὶ ἐμπλάστροις καὶ μαλάγμασι καὶ ἀκόποις· καὶ πλευρᾶς ἀλγήμασι βοηθεῖ καθ' ἑαυτὴν ἐπιχρισθεῖσα ἢ ἐπιτιθεμένη.

Κεφ. ϛβ'. [Περὶ ῥητινῶν ἄλλων.] Γίνεται δὲ ῥητίνη ὑγρὰ πιτυΐνη καὶ πευκίνη, κομιζόμεναι ἀπὸ Γαλλίας καὶ Τυῤῥηνίας, καὶ ἀπὸ Κολοφῶνος πάλαι ποτὲ ἐκομίζετο, ἔνθεν καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἔσχε Κολοφωνία κληθεῖσα· καὶ ἀπὸ Γαλατίας τῆς πρὸς ταῖς Ἄλπεσιν, ἣν ἐπιχωρίως οἱ τῆςδε ἔποικοι λάρικα[34] ὀνομάζουσιν, ἐξόχως ποιοῦσα πρὸς τὰς χρονίους βῆχας ἐν ἐκλεικτῷ καὶ καθ' ἑαυτήν· διάφοροι δέ εἰσι τῷ χρώματι καὶ αὗται· ἡ μὲν γάρ τίς ἐστι λευκὴ, ἡ δὲ ἐλαιώδης, ἡ δὲ μέλιτι ἔοικεν, ὥςπερ ἡ λάριξ. Γίνεται δὲ καὶ κυπαρισσίνη ῥητίνη ὑγρὰ, ἥτις ποιεῖ πρὸς τὰ αὐτά· τῆς μέντοι ξηρᾶς ἡ μέν ἐστι στροβιλίνη καὶ ἐλατίνη, ἡ δὲ πευκίνη, ἡ δὲ πιτυΐνη. Ἐκλέγου δὲ πασῶν τὴν εὐωδεστάτην καὶ διαυγῆ καὶ μὴ καπυρὰν, μηδὲ κάθυγρον, κηροειδῆ τε

34) Asulanus solus δάλακα.

ad lepras cum aerugine, vitriolo aeris et nitro. Ad aures denique saniem fundentes cum melle et oleo itemque ad genitalium pruritum sunt utiles. Emplastris, malagmatis et acopis admiscentur: quin et per se illitae aut impositae laterum dolores levant.

Cap. XCII. [*De resinis aliis.*] Manat et resina liquida tum e pinu tum et e picea: hae ex Gallia et Etruria convehuntur. Quin et olim e Colophone asportabatur, quae inde Colophoniae cognomen adepta est: itemque ex Gallia subalpina, quam incolae nomine vernaculo laricem appellant. Ea in linctu et per se ad veterem tussim egregie confert. Ipsae quoque inter se colore differunt, siquidem candida quaedam est, alia oleosa, alia denique mellis similitudinem habet, uti larigna. Provenit et e cupresso resina liquida, quae quidem ad eadem est efficax. E siccis autem resinis alia est strobilina et abiegna, alia picea, alia pinea. Eligito omnium maxime odoratam, pellucidam, non valde aridam, non humentem, sed cerae

καὶ εὔθρυπτον· διαφέρει δὲ αὐτῶν ἡ πιτυΐνη καὶ ἐλατίνη· εὐώδεις γάρ εἰσι καὶ λιβανίζουσαι· κομίζονται δὲ διάφοροι ἐκ Πιτυούσης τῆς νήσου, ἥτις κεῖται κατὰ τὴν Ἱσπανίαν· ἡ δὲ πευκίνη καὶ στροβιλίνη καὶ κυπαρισσίνη ἐνδεέστεραι εἰσὶ, καὶ οὐχ ὁμοίως κέχρηνται ταῖς δυνάμεσιν, ὡς ἐκεῖναι· παραλαμβάνονται δὲ πρὸς ὅσα καὶ ἐκεῖναι· ἡ μέντοι σχινίνη ἀναλογεῖ τῇ τερμινθίνῃ.

Κεφ. ϛγ′. [Περὶ τοῦ πῶς δεῖ καίειν τὴν ῥητίνην[35]*.] Καίεται δὲ πᾶσα ῥητίνη ὑγρὰ ἐν τετραπλασίονι ἀγγείῳ κατὰ τὸ τοῦ ἐγχεομένου ὑγροῦ πλῆθος· δεῖ γὰρ χοῦν μὲν τῆς ῥητίνης, δύο δὲ χόας ὀμβρίου ὕδατος βαλόντας εἰς ἀγγεῖον, ἕψειν ἐπ' ἀνθράκων πράως, διηνεκῶς κινοῦντας ἄχρις οὗ ἄνοσμος γίνηται καὶ εὔθρυπτος καὶ καπυρὰ, καὶ ὡς μὴ*[36] *τοῖς δακτύλοις εἴκειν· λοιπὸν δεῖ ψύξαντας εἰς κεραμεοῦν ἀγγεῖον ἀκώνιστον, τουτέστιν ἀπίσσωτον, ἀποτίθεσθαι· γίνεται δὲ ἐξόχως λευκή· δεῖ μέντοι προδιυλίζειν πᾶσαν ῥητίνην τήκοντας, ἵνα χωρισθῇ τὸ ῥυπῶδες αὐτῆς· καίονται δὲ καὶ δίχα*

35) Ex Aëtio mutavi inscriptionem vulgarem: *περὶ λιγνύος ῥητίνης*, falsam, quod nulla fuliginis mentio fit. Ceterum in bonis codicibus hoc caput cum superiore coniunctum est.

36) *Μὴ* addidi ex Aëtio, vulgo perperam omissum.

similem friabilemque. In eo genere praestant pinea et abiegna, odoratae enim sunt atque tus odore imitantur. Praestantiores e Pityusa insula, quae iuxta Hispaniam sita est, deferuntur. Picea autem et strobilina et cupressina inferiores sunt, neque tantis ac illae viribus pollent. Adhibentur autem ad ea, ad quae et illae. Lentiscina quidem terebinthinae analoga est.

Cap. XCIII. [*De modo, quo urenda est resina.*] Uritur resina omnis liquida in vase quadruplae capacitatis ad liquoris infundendi quantitatem. Congium enim resinae, duos aquae pluviae in ahenum immitti oportet, et super prunis lente coqui, usque dum odor penitus aboleatur, friabilis et arida reddatur, neque digitis cedat. Quod reliquum est, ubi refrixit, in fictile vas pice haud obductum reconditur: fitque hoc modo candoris eximii. Attamen resinam omnem eliquatam prius excolari oportet, quo sordidi quicquid est excernatur. Uruntur quoque sine

ὕδατος ἐπ' ἀνθράκων κούφως τὸ πρῶτον· ὅταν δὲ μέλλωσι συστρέφειν[37], *ἀθρόως καὶ πολλοὺς ὑποθετέον τοὺς ἄνθρακας, καὶ ἑψητέον ἀδιαλείπτως ἐφ' ἡμέρας καὶ νύκτας τρεῖς, ἄχρις ἂν τὸ προειρημένον ἰδίωμα ἀπολάβωσιν*[38]. *ἀποτίθεσο δὲ, ὡς εἴρηται. Τὰς μέντοι ξηρὰς ἀρκέσει δι' ὅλης ἡμέρας ἑψήσαντας ἀποτίθεσθαι. Ἐυχρηστοῦσι δὲ αἱ κεκαυμέναι εἴς τε τὰ εὐώδη τῶν μαλαγμάτων καὶ ἄκοπα, καὶ εἰς χρωματισμοὺς μύρων. Ἐκλαμβάνεται δὲ καὶ λιγνὺς ῥητίνης, ὥςπερ ἐπὶ*[39] *τοῦ λιβάνου, ἥτις χρησιμεύει πρός τε καλλιβλέφαρα καὶ περιβεβρωμένους κανθοὺς καὶ μυδῶντα βλέφαρα καὶ δακρύοντας ὀφθαλμούς· γίνεται δέ ἐξ αὐτῆς καὶ μέλαν, ᾧ γράφομεν.*

Κεφ. ϛδ'. [*Περὶ πίσσης ὑγρᾶς.*] *Πίσσα ἡ μὲν ὑγρὰ, ἣν ἔνιοι κῶνον καλοῦσι, συνάγεται μὲν ἐκ τῶν λιπαρωτάτων ξύλων πεύκης καὶ πίτυος· ἔστι δὲ καλὴ ἡ στίλβουσα καὶ λεία καὶ καθαρά· ποιεῖ δὲ πρὸς θανάσιμα φάρμακα, φθισικοὺς, ἐμπυϊκοὺς, βῆχας, ἄσθματα, δυςανάγωγα τῶν ἐν θώ-*

37) Sic vulgo. C. N. habent *συντρέχειν.*

38) Coniectura Saraceni, ex Aëtio stabilita, loco vulgari *ἀπολίπωσιν.*

39) C. N. *ἐκ.*

aqua primum leviter super carbonibus, dein ubi in coagulum abire coeperint, vehementius: sicque, multis crebro subiectis carbonibus, ad dies tres totidemque noctes citra intermissionem coqui oportet, donec prius memoratas sibi asciverint notas. Mox, uti dictum est, reponito. Attamen siccas per totum diem coxisse sufficiet atque ita reponere. Ad haec ustae expediunt, ad odorata malagmata et acopa, nec non et ad unguenta coloranda. Fuligo quoque e resina excipitur, sicut de ture (dictum est), quae prodest ad ea, quibus palpebrae pinguntur, ad circumrosos oculorum angulos, humore superfluo madentes palpebras et lippientes oculos. Ex eadem fit etiam atramentum, quo scribimus.

Cap. XCIV. [*De pice liquida.*] Pix liquida, quam nonnulli conum appellant, e pinguissimis piceae pinique lignis colligitur. Probatur splendida, laevis ac sincera. Bona autem est contra letalia pharmaca, in phthisi, ubi purulenta excreantur, ad tusses, anhelationes, ubi hu-

ρακι ὑγρῶν, ἐκλειχομένη κυάθου πλῆθος μετὰ μέλιτος· ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς τὰς τῶν παρισθμίων καὶ σταφυλῆς φλεγμονὰς καὶ συνάγχας διαχριομένη· καὶ πρὸς τὰ πυοῤῥοῦντα ὦτα σὺν ῥοδίνῳ, καὶ πρὸς ἑρπετῶν δήγματα σὺν ἁλσὶ λείοις καταπλασσομένη· κηρῷ δὲ ἴσῳ μιγεῖσα, λεπροὺς ὄνυχας ἀφίστησι, φύματά τε ὑστέρας καὶ σκληρίας δακτυλίου διαφορεῖ· σὺν κριθίνῳ δὲ ἑψηθεῖσα ἀλεύρῳ καὶ παιδὸς οὔρῳ, χοιράδας περιῤῥήσσει· μετὰ δὲ θείου ἢ πίτυος φλοιοῦ ἢ πιτύρων ἕρπητας ἐπέχει καταχριομένη· μάννῃ δὲ καὶ κηρωτῇ μιγεῖσα, τὰς ὑποφορὰς παρακολλᾷ, πρός τε τὰς ἐν ποσὶ καὶ δακτύλοις [40] ῥαγάδας ἁρμόζει καταχριομένη· πληροῖ τε τὰ ἕλκη καὶ ἀποκαθαίρει σὺν μέλιτι, σὺν σταφίδι καὶ μέλιτι ἄνθρακας καὶ σηπεδόνας περιχαράσσει· μίγνυται δὲ καὶ σηπταῖς χρησίμως.

Κεφ. ϛε΄. [*Περὶ Πισσελαίου.*] *Γίνεται δὲ καὶ πισσέλαιον ἐκ τῆς πίσσης, χωριζομένου τοῦ ὑδατώδους αὐτῆς· ἐφίσταται δὲ τοῦτο καθάπερ ὀῤῥὸς γάλακτι καὶ ἐκλαμβάνεται δὲ ἐν τῇ ἑψήσει τῆς πίσσης, ὑπεραιωρουμένου ἐρίου καθα-*

40) Sic C. N. Vulgo δακτυλίῳ.

mores e thorace aegre eiiciuntur, cyathi mensura cum melle delincta. Peruncta valet ad tonsillarum uvulaeque inflammationes et anginas, itemque ad aures pure scatentes cum rosaceo, nec non et ad serpentium morsus cum trito sale adhibita. Pari vero cera admixta scabros ungues detrahit, uteri tubercula anique duritias discutit. Cum farina hordeacea puerique urina decocta scrofulas circumquaque rumpit. Cum sulfure, cortice pineo aut furfuribus illita herpetas cohibet. Mannae (turis) ac cerato permista sinuosa ulcera agglutinat: pedum digitorumque fissuris commode illinitur: ulcera replet et cum melle repurgat. Quin et cum uva passa et melle carbunculos et putrida ulcera marginibus circumdat. Septicis quoque utiliter admiscetur.

Cap. XCV. [*De oleo picino.*] Fit autem et oleum picinum e pice, separato, quod in ea aquosum est, quodque eidem, velut serum lacti, supernatat. Excipitur autem, dum pix coquitur, expansis supra eam mundis vel-

ῥοῦ, ὅπερ ὅταν ἐκ τοῦ ἀναφερομένου ἀτμοῦ γένηται διάβροχον, ἐκθλίβεται εἰς ἀγγεῖον· καὶ τοῦτο γίνεται ἐφ' ὅσον ἂν χρόνον ἡ πίσσα ἕψηται· ποιεῖ δὲ πρὸς ὅσα καὶ ἡ ὑγρὰ πίσσα· δασύνει δὲ καὶ ἀλωπεκίας καταπλασσόμενον μετὰ κριθίνου ἀλεύρου· θεραπεύει δὲ τοῦτο καὶ ἡ ὑγρὰ πίσσα καὶ τὰ ἐπὶ τῶν κτηνῶν ἕλκη καὶ ψώρας ἐπιχριομένη.

Κεφ. ϛϛ'. [*Περὶ λιγνύος τῆς ἐξ ὑγρᾶς πίσσης.*] *Γίνεται* καὶ λιγνὺς ἐκ[41] τῆς ὑγρᾶς πίσσης οὕτως· εἰς λύχνον καινὸν ἐλλυχνιασμένον δούς τι τῆς πίσσης, ἅψον καὶ πωμάσας τὸν λύχνον καινῷ ἀγγείῳ κεραμέῳ κλιβανοειδεῖ, ἄνωθεν μὲν περιφερεῖ καὶ στενῷ, κάτωθεν δὲ τρῆμα ἔχοντι, καθάπερ οἱ κλίβανοι, ἔα καίεσθαι· ὅταν δὲ ἀναλωθῇ τὸ πρῶτον ὑγρὸν, ἄλλο ἐπίχει, ἕως ἂν αἰθαλώσῃς λιγνὺν αὐτάρκη, καὶ χρῶ. Δύναμιν δὲ ἔχει δριμεῖαν καὶ στυπτικήν· χρηστέον δὲ αὐτῇ εἰς τὰ καλλιβλέφαρα καὶ περίχριστα, καὶ ὅπου μεμυδηκότα βλέφαρα τριχοφυῆσαι δεῖ· καὶ πρὸς ἀσθενέστερα καὶ δακρυοῤῥοῦντα, ἔτι δὲ εἰς ἑλκώδη ὄμματα χρήσιμος.

41) Sic C. N. Vulgo omittitur ἐκ.

leribus, quae, postquam halitu ex ea sublato permaduerint, in vas exprimuntur. Iteratur illud tantisper dum pix ea coquitur. Facit vero ad eadem, ad quae pix liquida. Cum hordeacea etiamnum farina calvitiei adhibitum pilos restituit. Id ipsum quoque pix liquida praestat, quae insuper iumentorum ulcera scabiemque illita emendat.

Cap. XCVI. [*De fuligine picis liquidae.*] Fit et fuligo e liquida pice hunc in modum. In lucernam novam ellychnio instructam picis nonnihil indito, illud accendito, ac fictili vase novo in clibani speciem conformato, superne quidem rotundo angustoque, inferne vero, uti clibani esse solent, forato, lucernam operito et ardere sinito. Consumto priori liquore novum infundito, donec sat fuliginis collegeris, ac tum utitor. Vim habet acrem et astringentem. Ea vero utendum est ad pigmenta, quibus palpebrae honestantur, et ad circumlitiones. Item, ubi superfluo humore madentibus palpebris pilos restitui decet. Denique ad imbecilles, lippientes et ulceratos oculos est utilis.

Κεφ. ϛζ'. [*Περὶ ξηρᾶς πίσσης.*] Ἡ δὲ ξηρὰ πίσσα ἔτι [42] ἑψομένης τῆς ὑγρᾶς γίνεται· καλεῖται δὲ αὐτὴ ὑπ' ἐνίων παλίμπισσα [43]· γίνεται δὲ αὐτῆς ἡ μέν τις ἰξώδης, βοσκὰς καλουμένη, ἡ δὲ ξηρά· ἔστι δὲ καλὴ ἡ καθαρὰ καὶ λιπαρὰ, εὐώδης τε καὶ ὑπόκιῤῥος καὶ ῥητινώδης· τοιαύτη δέ ἐστιν ἡ λυκιακὴ καὶ ἡ βρυττία, δύο φύσεων ἐχόμεναι, πίσσης ἅμα καὶ ῥητίνης. Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικὴν, μαλακτικὴν, πυοποιὸν, διαφορητικὴν φυμάτων καὶ φυγέθλων, καὶ πληρωτικὴν ἑλκῶν· μίγνυται δὲ καὶ τραυματικοῖς χρησίμως.

Κεφ. ϛη'. [*Περὶ ζωπίσσης.*] Ζώπισσαν δὲ εἶπον οἱ μὲν εἶναι τὴν ἐκ τῶν πλοίων ξυομένην ῥητίνην μετὰ τοῦ κηροῦ, καλουμένην ὑπ' ἐνίων ἀπόχυμα, οὖσαν διαχυτικὴν διὰ τὸ ἐν τῇ θαλάσσῃ βρέχεσθαι· οἱ δὲ τὴν πιτυΐνην ῥητίνην οὕτως ὠνόμασαν.

Κεφ. ϛθ'. [*Περὶ ἀσφάλτου.*] Ἄσφαλτος διαφέρει ἡ ἰουδαϊκὴ τῆς λοιπῆς· ἔστι δὲ καλὴ ἡ πορφυροειδῶς στίλβουσα, εὔτονος τῇ ὀσμῇ καὶ βαρεῖα· ἡ δὲ μέλαινα καὶ ῥυπώδης φαύλη· δολοῦται γὰρ πίσσης μιγνυμένης. Γεννᾶται καὶ ἐν

42) Additur in C. N.
43) C. κακίμπισσα.

Cap. XCVII. [*De pice sicca.*] Pix sicca etiamnum e liquida fit cocta, vocatur autem a nonnullis palimpissa. Est quaedam eius species viscosa, boscas cognominata, altera sicca. Probatur pura, pinguis, odorata, subrutila et resinosa. Talis est lycia et bruttia, quae quidem utramque picis iuxta ac resinae indolem habent. Vim possidet calefacientem, mollientem, pus moventem, tubercula, glandularum tumores discutientem, ulcera replentem: utiliter etiam vulnerariis medicamentis admiscetur.

Cap. XCVIII. [*De zopissa.*] Zopissam alii dicunt esse resinam cum cera navibus derasam, a nonnullis apochyma vocatam, quae dissipandi vim habet, quia aqua marina est macerata, alii pineam resinam sic appellant.

Cap. XCIX. [*De bitumine.*] Bitumen iudaicum ceteris praestat. Probatur purpureo splendore insigne, odoris intensi ac ponderosum. Nigrum autem ac sordidum damnatur, pice enim admixta adulteratur. Nascitur in

Φοινίκῃ καὶ ἐν Σιδόνι καὶ ἐν Βαβυλῶνι καὶ ἐν Ζακύνθῳ· γίνεται δὲ καὶ κατὰ τὴν Ἀκραγαντίνων χώραν τῆς Σικελίας ὑγρὸν ἐπινηχόμενον ταῖς κρήναις, ᾧ χρῶνται εἰς τοὺς λύχνους ἀντὶ ἐλαίου, καλοῦντες αὐτὸ σικελὸν ἔλαιον πλανώμενοι· ἔστι γὰρ ἀσφάλτου ὑγρᾶς εἶδος.

Κεφ. ρ'. [Περὶ Πιττασφάλτου.] Καλεῖται δέ τις καὶ πιττάσφαλτος, γεννωμένη ἐν Ἀπολλωνίᾳ τῇ πρὸς Ἐπιδάμνῳ, ἥ τις ἐκ τῶν κεραυνίων ὀρῶν συγκαταφέρεται τῇ τοῦ ποταμοῦ ῥύμῃ καὶ ἐκβράσσεται κατὰ τὰς ἠϊόνας, βωλοειδῶς συμπεπηγυῖα, ὄζουσα πίσσης μεμιγμένης ἀσφάλτῳ. Ἡ δὲ πιττάσφαλτος δύναται ὅσα πίσσα καὶ ἄσφαλτος μιγέντα[44].

Κεφ. ρα'. [Περὶ νάφθας.] Καλεῖται δέ τις καὶ νάφθα, ὅπερ ἐστὶ τῆς βαβυλωνίου ἀσφάλτου περιήθημα, τῷ χρώματι λευκὸν, εὑρίσκεται δὲ καὶ μέλαν, δύναμιν ἔχον ἁρπακτικὴν τοῦ πυρὸς, ὥςτε καὶ ἐκ διαστήματος ἁρπάζειν τοῦτο, ὅπερ πρὸς ὑποχύσεις χρησιμεύει καὶ λευκώματα. Δύναμιν δὲ ἔχει πᾶσα ἄσφαλτος ἀφλέγμαντον, κολλητικὴν, διαφορητικὴν, μα-

44) Haec transposui e fine sequentis capitis, ubi librariorum incuria ea reliquerat.

Phoenice, Sidone, Babylone et Zacyntho. Gignitur et in Agrigentino Siciliae agro, liquidum fontibus supernatans, quo ad lucernarum lumina olei vice utuntur, quodque siculum oleum falso appellant, namque liquidi bituminis species est.

Cap. C. [*De pissasphalto.*] Gignitur in Apollonia Epidamno vicina, quae pittasphaltos appellatur. Ea e montibus cerauniis aestuantis fluminis impetu devolvitur et in litus exspuitur. Illic in glebas coacta mixtam bitumini picem redolet. Pissasphaltus ad eadem valet, ad quae pix et bitumen mixta.

Cap. CI. [*De naphtha.*] Naphtha quoque vocatur bituminis babylonii colamen, colore candidum: invenitur etiam nigrum. Vim obtinet ignis rapacem, adeo ut etiam e longinquo illum concipiat. Ad suffusiones oculorum et albugines est efficax. Bitumen vero omne vim habet inflammationes arcendi, glutinandi, discutiendi atque etiam

λακτικὴν, ποιοῦσα πρὸς πνίγας ὑστερικὰς καὶ προπτώσεις, προςτιθεμένη καὶ ὀσφραινομένη καὶ ὑποθυμιωμένη· ἐλέγχει δὲ καὶ ἐπιληπτικοὺς ὑποθυμιαθεῖσα, καθάπερ καὶ ὁ γαγάτης λίθος· πινομένη δὲ μετ᾽ οἴνου καὶ καστορίου ἔμμηνα κινεῖ, καὶ βηξὶ χρονίαις καὶ ἀσθματικοῖς καὶ δυςπνοίαις βοηθεῖ, καὶ ἑρπετῶν δήγμασι καὶ ἰσχίων πόνοις καὶ πλευρᾶς. Δίδοται δὲ καὶ κοιλιακοῖς καταπότιον, καὶ θρόμβους αἵματος διαλύει σὺν ὄξει ποθεῖσα· ἐγκλύζεται καὶ ἐπὶ δυςεντερικῶν σὺν πτισάνῃ τακεῖσα, καὶ καταῤῥους ὑποθυμιωμένη θεραπεύει, καὶ ὀδόντων ἀλγήματα περιπλασθεῖσα πραΰνει· ἀνακολλᾷ δὲ καὶ τρίχας ἡ ξηρὰ διὰ μηλωτίδος θερμανθεῖσα· ἀρήγει δὲ καὶ ποδαγρικοῖς καὶ ἀρθριτικοῖς καὶ ληθαργικοῖς σὺν ὠμῇ λύσει καὶ κηρῷ καὶ νίτρῳ καταπλασθεῖσα.

Κεφ. ρβʹ. [Περὶ Κυπαρίσσου.] Κυπάρισσος στύφει καὶ ψύχει· ἧς τὰ φύλλα ποθέντα μετὰ γλυκέος καὶ σμύρνης ὀλίγης κύστει ῥευματιζομένῃ καὶ δυςουρίαις βοηθεῖ· τὰ δὲ σφαιρία κοπέντα καὶ σὺν οἴνῳ πινόμενα ἁρμόζει πρὸς αἵματος ἀναγωγὴν καὶ δυςεντερίαν καὶ κοιλίας ῥευματισμὸν, ὀρθό-

molliendi, ad uteri strangulationes et procidentias efficacem, seu appositum, seu olfactum, seu etiam suffumigatum. Quin et comitiali morbo laborantes, velut gagates lapis, suffitu prodit. Cum vino et castoreo potum menses elicit. Tussi veteri, anhelationi spirandique difficultati auxilio est: serpentium quoque morsibus atque coxendicum laterisque doloribus medetur. Coeliacis etiam catapotii instar deglutiendum exhibetur et coagula sanguinis solvit, cum aceto potum. Dysentericis itidem cum ptisana liquatum infunditur, catarrhos suffitu levat, dentium dolores circumlitum mitigat. Cetero, quod siccum est, per cochlear (auriscalpium) calefactum pilos agglutinat. Cum farina denique cruda, cera ac nitro adhibitum podagricos, arthriticos ac lethargicos iuvat.

Cap. CII. [*De Cupresso.*] Cupressus astringit et refrigerat. Eius folia ex passo et myrrha pauca epota vesicae rheumatismo affectae urinaeque difficultati auxiliantur. Fructus vero contusi et e vino bibiti ad sanguinis reiectionem, dysenteriam, alvi rheumatismum, ortho-

πνοιαν, βῆχα· καὶ τὸ ἀφέψημα αὐτῶν τὸ αὐτὸ ποιεῖ· μαλάττει δὲ καὶ σκληρίας κοπέντα μετὰ σύκου, καὶ πολύποδας τοὺς ἐν μυκτῆρσιν ἰᾶται· ἐκβάλλει δὲ καὶ λεπριῶντας ὄνυχας, σὺν ὄξει καθεψηθέντα καὶ λειανθέντα μετὰ θέρμων· στέλλει δὲ καὶ ἐντεροκήλας καταπλασθέντα, καὶ τὰ φύλλα τὰ αὐτὰ ποιεῖ. Δοκεῖ δὲ καὶ κώνωπας διώκειν τὰ σφαιρία μετὰ τῆς κόμης θυμιαθέντα· τὰ δὲ φύλλα λεῖα καταπλαττόμενα τραύματα κολλᾷ· ἴστι δὲ καὶ ἴσχαιμα· σὺν ὄξει δὲ λειωθέντα, τρίχας βάπτει· καταπλάσσεται δὲ καθ᾽ αὑτὰ καὶ σὺν ἀλφίτῳ πρὸς ἐρυσιπέλατα καὶ ἕρπητας, ἄνθρακας καὶ πρὸς ὀφθαλμῶν φλεγμονάς· κηρωτῇ δὲ μιγέντα στόμαχον κρατύνει ἐπιτιθέμενα.

Κεφ. ργ′. [Περὶ Ἀρκεύθου.] Ἄρκευθος ἡ μέν τίς ἐστι μεγάλη, ἡ δὲ μικρά· [οἱ δὲ ἀρκευθίδα, οἱ δὲ μνησίθεον, οἱ δὲ ἀκαταλίδα, Ἀφροὶ ζουορινσίπετ, Αἰγύπτιοι λιβιοὺμ, Ῥωμαῖοι ἰουνίπερουμ, Γάλλοι ἰουπικέλλουσον. Γνώριμος δὲ ἡ μεγάλη τοῖς πλείστοις, ἐμφερὴς κυπαρίσσῳ, γεννωμένη ἐν τραχέσι καὶ παραθαλασσίοις τόποις.] Δριμεῖαι δὲ ἀμφότεραι, διουρητικαὶ καὶ θερμαντικαὶ, θυμιώμεναί τε θηρία διώκουσιν.

pnoeam ac tussim conducunt. Quin et decoctum eorum idem praestat. Cum fico tusae duritias quoque emolliunt nariumque polypis medentur. Ex aceto etiam decoctae cumque lupinis trita lepra affectos ungues detrahunt. Fotu quoque hernias intestinales coërcent: folia iisdem pollent viribus. Culices etiam fugare existimantur fructus cum coma arboris suffiti. Folia vero trita et imposita vulnera glutinant, sanguinemque cohibent. Cum aceto ad laevorem trita capillos tingunt. Tum per se tum etiam cum polenta illinuntur ad erysipelata, herpetes, carbunculos et ad oculorum inflammationes. Cerato denique mista et admota ventriculum roborant.

Cap. CIII. [*De Iunipero.*] Iuniperus quaedam maior est, minor altera. [Hanc nonnulli arceuthida, alii mnesitheum, alii acatalida, Afri zuorinsipet, Aegyptii libium, Romani iuniperum, Galli iupicelluson vocant. Maior est in vulgus nota, cupresso similis, proveniens in asperis et submarinis locis.] Utraque est acris, urinam movet, calefacit, accensaque animalia noxia fugat. Fructus vero

Ὁ δὲ καρπὸς αὐτῶν ὁ μέν τις καρύου μέγεθος εὑρίσκεται, ὁ δὲ καρύου ποντικοῦ ἴσος[45], *στρογγύλος τε καὶ εὐώδης καὶ γλυκὺς ἐν τῷ διαμασσᾶσθαι καὶ ὑπόπικρος, ἀρκευθὶς καλούμενος, θερμαντικὸς μετρίως καὶ στυπτικὸς, εὐστόμαχος· ποιῶν πρὸς τὰ ἐν θώρακι καὶ βῆχας καὶ πνευματώσεις καὶ στρόφους καὶ θηρία πινόμενος· ἔστι δὲ καὶ οὐρητικὸς, ὅθεν καὶ σπάσμασι καὶ ῥήγμασι καὶ ὑστερικαῖς πνιγομέναις ἁρμόζει.*

Κεφ. ρδ΄. [Περὶ Βράθυος.] Βράθυ[46], *ἔνιοι βάραθρον καλοῦσι, [οἱ δὲ βάρυτον, οἱ δὲ βάρον, Ῥωμαῖοι ἕρβα σαβίνα]. Ἔστι δὲ τούτου εἴδη δύο· τὸ μὲν γὰρ αὐτοῦ ἐστὶ τοῖς φύλλοις ὅμοιον κυπαρίσσῳ*[47], *ἀκανθωδέστερον δὲ καὶ βαρύοσμον, δριμὺ, πυρωτικόν· κολοβὸν δὲ τὸ δένδρον καὶ εἰς πλάτος μᾶλλον χεόμενον· χρῶνται δέ τινες τοῖς φύλλοις ἀντὶ θυμιάματος. Τὸ δὲ ἕτερον μυρίκῃ τοῖς φύλλοις ὅμοιον. Ἀμφοτέρων δὲ τὰ φύλλα ἵστησι νομὰς καὶ φλεγμονὰς καταπλαττόμενα πραΰνει, ἀποκαθαίρει τε μελανίας σὺν μέλιτι καταπλασσόμενα καὶ τὰς ῥυπαρίας, καὶ ἄνθρακας περιῤῥήσ-*

45) Restituo lectionem Aldinae, quando Saracenus, oxycedri fructum non cognoscens, e Serapione ausus est *κυάμου* interponere.

46) Sic cod. C. N. Ald. Vulgo *βράθυς*.

47) *βοστρυχωδέστερον* cod. C. N. *Κόμην ἔχει ὡς μυρίκη* idem cod. C. apponit.

earum, alterius nucem (euboïcam), alterius nucem avellanam mole aequat, rotundus est, odoratus, dulcis dum manducatur, ac subamarus, arceuthis vocatus. Moderate calefacit et astringit, stomacho utilis. Potus ad pectoris vitia, tusses, inflationes, tormina morsusque bestiarum noxiarum inservit. Urinas quoque ciet, unde et convulsis et ruptis et quae utero strangulantur, subvenit.

Cap. CIV. [*De Sabina.*] Sabinam nonnulli barathron [alii baryton aut baron, Romani herbam sabinam] vocant. Huius sunt duo genera. Alterum foliis est cupresso similis, sed spinosius, graveolens, acre ac ferventis naturae. Depressa est arbor ac magis in latitudinem diffusa. Foliis autem nonnulli ad suffitus utuntur. Alterum genus folia habet tamarici similia. Utriusque folia ulcera rodentia compescunt et phlegmonis imposita mitigant, cum melle illita nigritias expurgant sordesque et

σει· σὺν οἴνῳ ποθέντα καὶ αἷμα δι' οὔρων ἄγει, ἔμβρυά τε κατασπᾷ[48], προςτεθέντα δὲ καὶ ὑποθυμιαθέντα τὸ αὐτὸ ποιεῖ· μίγνυται δὲ καὶ τοῖς θερμαντικοῖς χρίσμασιν, ἰδίως δὲ τῷ γλευκίνῳ.

Κεφ. ρε΄. [Περὶ Κέδρου.] Κέδρος δένδρον ἐστὶ μέγα, ἐξ οὗ ἡ λεγομένη κεδρία συνάγεται· καρπὸν δὲ ἔχει ὥςπερ κυπαρίσσου, μακρότερον μὲν παρὰ πολύ· λέγεται δὲ καὶ ἄλλη κέδρος μικρὰ, ἀκανθώδης ὥςπερ ἄρκευθος, καρπὸν φέρουσα μύρτου μέγεθος, περιφερῆ. Τῆς δὲ κεδρίας ἀρίστη ἡ παχεῖα καὶ διαυγὴς, βαρεῖα τῇ ὀσμῇ· ἀποχεομένη δὲ κατὰ σταλαγμοὺς ἐπιδιαμένουσα καὶ μὴ διαχεομένη. Δύναμιν δὲ ἔχει σηπτικὴν μὲν τῶν ἐμψύχων, φυλακτικὴν δὲ τῶν νεκρῶν σωμάτων· ὅθεν καὶ νεκροῦ ζωήν τινες αὐτὴν ἐκάλεσαν· καὶ ἱμάτια δὲ καὶ δέρματα φθείρει, διὰ τὸ θερμαίνειν ἐπιτεταμένως καὶ ξηραίνειν· εὐθετεῖ δὲ εἴς τε ὀφθαλμικὰ, ὀξυδερκὴς οὖσα ἐγχριομένη, καὶ λευκώματα καὶ οὐλὰς σμήχει· σὺν ὄξει διακλυζομένη, σκώληκας τοὺς ἐν ὠσὶ κτείνει, ἤχους τε καὶ συριγμοὺς παύει σὺν ὑσσώπου ἀφεψήματι ἐγχεομένη· εἴς τε ἐμβρώματα

48) Sic cod. C. et Ald.; ἐκτεινάσσει Asulan., Cornar., Goupyl.; ἐκτινάσσει Sarac.

carbunculos circumquaque rumpunt. Cum vino pota sanguinem per lotium educunt, fetusque detrahunt, quod tum apposita tum suffitu praestant. Unguentis denique calefacientibus, speciatim gleucino, immiscentur.

Cap. CV. [*De Cedro.*] Cedrus arbor magna est, e qua cedria dicta colligitur. Fructum profert uti cupressus, sed multo grandiorem. Dicitur et altera cedrus, parva ea, spinosa iuniperi more, fructum ferens myrti baccarum mole, rotundum. Cedria vero laudatissima est crassa, pellucida, graveolens, quae effusa in guttas coit, nec diffunditur. Vim habet animata corpora corrumpendi, defuncta vero conservandi, unde et quidam mortuorum vitam eam nuncuparunt. Vestes quoque et pelles corrumpit, quando vehementius calefacit et exsiccat. Accommodatur etiam ocularis medicamentis, inuncta enim oculorum aciem firmat, eorumque albugines detergit et cicatrices. Cum aceto instillata aurium vermes necat, et cum hyssopi decocto infusa sonitus tinnitusque sedat. Erosorum dentium cavis

ὀδόντων ἐνσταλαγεῖσα, θραύει μὲν τὸν ὀδόντα, παύει δὲ τὴν ἀλγηδόνα, σὺν ὄξει δὲ διακλυζομένη τὸ αὐτὸ ποιεῖ· περιχρισθεῖσα δὲ αἰδοίῳ πρὸ τῆς συνουσίας ἀτόκιόν ἐστι· συναγχικῶν τε περίχριστός ἐστι καὶ παρισθμίων φλεγμοναῖς βοηθεῖ· φθεῖράς τε καὶ κόνιδας φθείρει περιχρισθεῖσα· κεράστου δὲ δήγμασι σὺν ἁλσὶ καταπλασσομένη ἀρήγει· πρός τε λαγωοῦ θαλασσίου πόσιν, σὺν γλυκεῖ λαβομένη βοηθεῖ, ὠφελεῖ καὶ ἐλεφαντιῶντας· ἐκλειχομένη ἢ περιχριομένη καθαίρει καὶ τὰ ἐν πνεύμονι ἕλκη, καὶ ἰᾶται ὅσον κύαθος ῥοφουμένη· σκώληκάς τε καὶ ἀσκαρίδας ἐγκλυζομένη φθείρει καὶ ἔμβρυα κατασπᾷ. Γίνεται δὲ καὶ ἔλαιον ἐξ αὐτῆς, χωριζόμενον ἀπὸ τῆς κεδρίας δι' ἐρίου ὑπεραιωρουμένου ἐν τῇ ἑψήσει, ὡς ἐπὶ τῆς πίσσης, ποιοῦν πρὸς ὅσα καὶ ἡ κεδρία. Θεραπεύει δὲ τὸ ἔλαιον ἰδίως καὶ τὰς ἐπὶ τῶν τετραπόδων ψώρας καὶ κυνῶν καὶ βοῶν ἀνδρικῶς καταχριόμενον, καὶ τοὺς ἐπ' αὐτῶν[49] κρότωνας φθείρει, καὶ τὰς[50] ἐπὶ τῇ κουρᾷ γινομένας ἑλκώσεις αὐτῶν ἐπουλοῖ[51]. Τὴν δὲ λιγνὺν αὐτῆς συνακτέον, ὥςπερ

49) Ald. ἐπ' αὐτῷ.
50) Ald. τοὺς.
51) C. ὑπουλοῖ.

indita eos quidem frangit, dolores tamen levat; idem quoque facit, si ex aceto colluitur. Verendae parti ante coitum circumlita conceptionem impedit. Anginosis circumlinitur, et tonsillarum inflammationibus opitulatur. Pediculos lendesque illitu enecat: cerastae morsibus cum salibus imposita subvenit. Contra hausta leporis marini venena in passo sumta auxiliatur: iuvat et elephantiacos. Linctu aut perunctione pulmonis ulcera purgat, et, si cyathi mensura sorbeatur, persanat. Et vermes alios et ascaridas, si alvus ea eluitur, necat et fetus extrahit. Fit ex ea oleum, quod a cedria separatur, velleribus, dum coquitur, supra eam expansis, ut de pice dictum est; ad eadem omnia, ad quae cedria, utile. Praecipue vero oleum, strenue perunctum, scabiem quadrupedum, canum boumque persanat, iis inhaerentes acaros admotum interimit, et ulcera e tonsura oborta ad cicatricem perducit. Fuligo ipsius eodem, quo et e pice, modo colligitur, iis-

τὴν τῆς πίσσης, δύναμιν ἔχουσαν τὴν αὐτὴν ἐκείνῃ [52]. Κεδρίδες δὲ καλοῦνται οἱ ἐξ αὐτῆς καρποί. Δύναμιν δὲ ἔχουσι θερμαντικὴν, κακοστόμαχον· βοηθοῦσι δὲ βηξὶ, σπάσμασι, ῥήγμασι, στραγγουρίαις, καὶ ἔμμηνα ἄγουσι μετὰ πεπέρεως λείου πινόμενοι, καὶ πρὸς λαγωοῦ θαλασσίου πόσιν σὺν οἴνῳ λαμβάνονται· διώκουσι καὶ θηρία, χριομένου τοῦ σώματος σὺν ἐλαφείῳ στέατι ἢ μυελῷ· μίγνυται δὲ καὶ ἀντιδότοις.

Κεφ. ρϛ΄. [Περὶ Δάφνης.] Δάφνη [53], ἡ μέν τίς ἐστι λεπτόφυλλος, ἡ δὲ πλατυτέρα [54]· θερμαντικαὶ δὲ ἀμφότεραι καὶ μαλακτικαί· ὅθεν τὸ ἀφέψημα αὐτῶν εἰς ἐγκαθίσματα τὰ περὶ μήτραν καὶ κύστιν ἁρμόζει· τὰ δὲ χλωρὰ τῶν φύλλων ἠρέμα ὑποστύφει· ὠφελεῖ δὲ λεῖα καταπλασθέντα σφηκῶν καὶ μελιττῶν πληγάς. Δύναται δὲ καὶ πᾶσαν φλεγμονὴν πραΰνειν σὺν ἀλφίτῳ καὶ ἄρτῳ καταπλασθέντα· ποθέντα δὲ βαρύνει [55] τὸν στόμαχον καὶ ἐμέτους κινεῖ· αἱ δὲ δαφνίδες θερμαντικώτεραι τῶν φύλλων εἰσί· ποιοῦσιν οὖν

52) Haec ultima in Ald. et X., desunt in C. N.

53) Quae hic habent notha, pertinent ad *δάφνην ἀλεξανδρείαν*, 4, 147., ubi in cod. N. repetuntur.

54) C. *ὡς ἀκτῆς φύλλα.*

55) Cornar. coniecit. Vulgo *πραΰνει.* Oribas. et Matthioli codex congruunt. In Matthiolo enim pro *effundunt* manifesto *offendunt* legendum.

Cap. XLIII. [*De genitali Cervi.*] Genitale cervi tritum et ex vino potum a vipera demorsis auxiliatur.

Cap. XLIV. [*De Ungulis asinorum.*] Ungulae asinorum ustae ad dies multos cochlearibus binis potae comitialibus prodesse traduntur. Oleo vero subactae strumas discutiunt: cataplasmatis vice impositae pernionibus medentur.

Cap. XLV. [*De Lichenibus equorum.*] Lichenes equorum sunt calli indurati ad genua et ungulas.

τοῖς γόνασι καὶ παρὰ[21] ταῖς ὀπλαῖς· ποθέντες λεῖοι μετ' ὄξους ἐπιληψίας ἱστοροῦνται[22] θεραπεύειν.

Κεφ. μς'. [Περὶ Αἰγῶν ὀνύχων.] Οἱ δὲ τῶν αἰγῶν ὄνυχες καέντες ἀλωπεκίας καταχριόμενοι σὺν ὄξει θεραπεύουσι.

Κεφ. μζ'. [Περὶ Ἥπατος αἰγός.] Τοῦ δὲ ἥπατος τῆς αἰγὸς ὀπτωμένου ὁ ἀποῤῥέων ἰχὼρ ἐγχριόμενος νυκτάλωψιν ἁρμόζει· κἂν τὴν ἀτμίδα δέ τις ἑψομένου αὐτοῦ δέχηται ἀνεωγόσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, ὠφελεῖται· ἁρμόζει δὲ καὶ ἐσθιόμενον ὀπτὸν πρὸς τὰ αὐτά· φασὶ δὲ καὶ ἐπιληπτικοὺς ἐλέγχεσθαι φαγόντας μάλιστα τὸ τράγειον ἧπαρ.

Κεφ. μη'. [Περὶ Ἥπατος κάπρου.] Τὸ δὲ τοῦ κάπρου ἧπαρ νεαρὸν καὶ ξηρὸν λεῖον σὺν οἴνῳ πινόμενον ἑρπετῶν [καὶ κυνῶν][23] δήγματα ὠφελεῖ.

Κεφ. μθ'. [Περὶ Ἥπατος κυνὸς λυσσῶντος.] Κυνὸς λυσσῶντος ἧπαρ βιβρωσκόμενον ὀπτὸν ὑπὸ τῶν δηχθέντων ὑπ' αὐτοῦ, ἀπεριπτώτους ὑδροφοβίας τηρεῖν πιστεύεται· χρῶν-

21) Utroque loco Asulan., non Ald., ut scribit Sarac., habet περὶ.

22) C. addit ὡς ὀνάγρων.

23) In Paullo p. 238. haec uncinis inclusa desunt. Ald. et Asul. πτηνῶν. Cornar. κτηνῶν, quod habent et Goupyl. et Saracen. Sed Cornar. coniecit κυνῶν.

Triti hi et cum aceto poti epilepticos insultus curare dicuntur.

Cap. XLVI. [*De Ungulis caprarum.*] Ungulae caprarum ustae perunctae ex aceto calvitiei medentur.

Cap. XLVII. [*De Iecinore caprae.*] Quae e caprino iecinore, dum assatur, destillat sanies, inuncta lusciosis confert. Quin et si quis vaporem eius, dum coquitur, oculis apertis accipiat, utilitatem percipit. Sed et tostum in cibo ad eadem prodest.

Cap. XLVIII. [*De Hepate apri.*] Hepar apri recens si arefactum teratur, ex vino potum contra serpentium [et canum] morsus praesidium est.

Cap. XLIX. [*De Iecore canis rabidi.*] Iecor canis rabidi tostum et ab iis, quos momorderit, cibo sumtum, aquae pavoris periculo liberare creditur. Utuntur autem

ται δὲ εἰς προφυλακὴν καὶ τῷ κυνόδοντι τοῦ δακόντος, ἐπιδοῦντες εἰς κυστίδα καὶ περιάπτοντες τῷ βραχίονι.

Κεφ. ν΄. [Περὶ Ἥπατος αἰθυίας.] Αἰθυίας ἧπαρ σκελετευθὲν καὶ ποθὲν μεθ᾽ ὑδρομέλιτος κοχλιαρίων δυοῖν πλῆθος, ἐκβάλλει δεύτερα.

Κεφ. να΄. [Περὶ Καττυμάτων.] Τὰ δὲ ἀπὸ τῶν καττυμάτων παλαιὰ δέρματα κεκαυμένα καὶ λεῖα καταπλασσόμενα πυρίκαυστα[24] καὶ παρατρίμματα καὶ τὰ ἐξ ὑποδημάτων θλίμματα θεραπεύει.

Κεφ. νβ΄. [Περὶ Ἀλεκτορίδων.] Ἀλεκτορίδες ἀνασχισθεῖσαι καὶ ἐπιτεθεῖσαι ἔνθερμοι τοῖς ἑρπετῶν δήγμασι[25] βοηθοῦσι· δεῖ δὲ συνεχῶς ἀλλάσσειν.

Κεφ. νγ΄. [Περὶ Ἐγκεφάλου ἀλεκτορίδος.] Ὁ δὲ ἐγκέφαλος αὐτῶν ἐν πόματι θηριοδήκτοις σὺν οἴνῳ δίδοται καὶ τὰς ἐκ μήνιγγος αἱμοῤῥαγίας ἐπέχει. Τοῦ δὲ ἄῤῥενος τὸ κατὰ τὰ ἐντὸς ὑποκείμενον τῇ κοιλίᾳ κερατοειδὲς, ἀποδερόμενον δὲ ἐν

24) Ald., Asulan., Cornar., Goupyl. πυρίκαυτα. Ceterum in prioribus editionibus hoc caput praecedit illud περὶ ἥπατος αἰθυίας.

25) C. ὥςπερ καὶ ἀνθρακώδεσιν ἀποστήμασιν.

ad praecautionem etiam canino dente eius, qui momorderit; hunc scilicet vesica inditum [pro amuleto] brachio alligant.

Cap. L. [*De Iecore mergi.*] Mergi iecur siccatum et potum ex hydromelite binis cochlearibus secundas pellit.

Cap. LI. [*De veteribus Soleis.*] Ex veteribus calceamentis coria combusta ac trita, cataplasmatum vice imposita, ambusta, intertrigines et attritus calceamentorum sanant.

Cap. LII. [*De Gallinis.*] Gallinae dissectae et adhuc calentes appositae serpentium morsibus auxiliantur, sed continuo debent mutari.

Cap. LIII. [*De Gallinarum cerebro.*] Earum cerebrum in vino bibendum datur contra venenatarum bestiarum morsus: sanguinis etiamnum eruptiones e meninge inhibet. Quae vero in gallinaceo interna ventriculi parte substernitur membrana cornea, quae inter coquendum ex-

ταῖς ἑψήσεσι, ἁρμόζει στομαχικοῖς, λεῖον μετ' οἴνου πινόμενον. Ὁ δὲ ζωμὸς τοῦ νόσσακος μάλιστα δίδοται ἐπικράσεως χάριν φαυλοτήτων καὶ ἐπὶ τῶν στόμαχον πυρουμένων, λιτῶς σκευασθείς[26]. Ὁ δὲ τῶν παλαιῶν ἀλεκτρυόνων δίδοται πρὸς κάθαρσιν κοιλίας· ἐξελόντας δὲ τὰ ἐντὸς, δεῖ ἀντεμβάλλειν ἅλας, καὶ καταῤῥάψαντας ἑψεῖν μετὰ ὕδατος ξεστῶν κ', κατάγοντας εἰς κοτύλας γ'· δίδοται δὲ πᾶν ἐξαιθριασθέν· ἔνιοι δὲ συνέψουσι κράμβην θαλασσίαν ἢ λινόζωστιν, ἢ κνίκον, ἢ πολυπόδιον· ἄγει δὲ πάχος ὠμὸν, γλοιῶδες, μέλαν· ἁρμόζει δὲ πυρετοῖς χρονίοις[27], ἄσθμασιν, ἀρθριτικοῖς, ἐμπνευματουμένοις στομάχοις. [Ἡ δὲ κοιλία τούτων ταριχευθεῖσα καὶ ξηρανθεῖσα ἐν σκιᾷ, ἐπὶ ταῖς ὑπερκαθάρσεσι ταῖς ἀπὸ φαρμάκων κενωτικῶν, ὅσον < γ', λαμβανομένη, βοήθημά ἐστιν ἄριστον· ἵστησι γὰρ παραχρῆμα τὴν κένωσιν. Δεῖ δὲ τρίμμα ποιεῖν καὶ ἑνοῦν μετὰ ὕδατος καὶ διδόναι.][28]

26) Ὁ δὲ ζωμὸς — σκευασθείς deest in Ald.; primus Asulanus habet, qui vero scribit ἐπὶ κράσεως χάριν.

27) Καὶ περιοδικοῖς τρόμοις legit Lacuna.

28) Quod uncinis includitur, Aldino textui integrum insertum ab Asulano primo ad notha amandatum, a posteris ibi linquitur.

coriari solet, arefacta tritaque et in vino pota iis confert, qui stomachi affectibus laborant. Ius autem pulli simpliciter paratum potissimum datur ad temperandos pravos humores et iis, quibus os ventriculi aestuat. At ius e vetere gallinaceo exhibetur ad alvum ducendam. Exemtis vero interaneis in eorum locum sal immittendus est, demumque consuto ventre (gallinaceus) in aquae sextariis viginti discoquendus, dum tres heminae supersint. Totum vero id sub diu refrigeratum exhibetur. Sunt, qui cramben marinam, mercurialem, carthamum aut polypodium simul coquant. Ceterum crudos crassosque, lentos viscososque ac atros humores educit. Prodest, quos diuturnae febres, asthmata, articulorum dolores stomachique inflationes male habent. [Horum ventriculus sale conditus et in umbra siccatus contra immodicas purgationes ex medicamentis vacuantibus existentes drachm. trium pondere sumtus expeditissimum est remedium: protinus enim deiectiones cohibet. Teri autem debet et aqua subactus exhiberi.]

Κεφ. νδ'. [Περὶ Ὠοῦ.] Ὠὸν τὸ ἁπαλὸν τροφιμώτερον τοῦ ῥοφητοῦ, καὶ τοῦ ἁπαλοῦ τὸ σκληρόν· ἡ λέκυθος αὐτοῦ χρησίμη πρὸς ὀφθαλμῶν περιωδυνίας, ὀπτηθεῖσα σὺν κρόκῳ καὶ ῥοδίνῳ· πρός τε τὰς περὶ δακτύλιον φλεγμονὰς καὶ κονδυλώματα σὺν μελιλώτῳ· μετὰ ῥοὸς δὲ ἢ κηκίδος τηγανισθεῖσα καὶ βρωθεῖσα ἵστησι κοιλίαν καὶ καθ' ἑαυτὴν δὲ προςενεχθεῖσα [29].

Κεφ. νε'. [Περὶ Λευκοῦ τοῦ ὠοῦ.] Τὸ δὲ λευκὸν αὐτοῦ ὠμὸν ὂν ψύχει, ἐμπλάττει, παρηγορεῖ ἐγχυματισθὲν ἐπ' ὀφθαλμῶν φλεγμαινόντων· κατακαύματά τε οὐκ ἐᾷ φλυκταινοῦσθαι παραχρῆμα ἐπιχρισθέν· πρόςωπά τε ἀνεπίκαυστα τηρεῖ· ἀνακόλλημα δέ ἐστι ῥευματιζομένων σὺν λιβανωτῷ κατὰ τοῦ μετώπου τιθέμενον [30], *φλεγμονάς τε ὀφθαλμῶν πραΰνει, ἐρίῳ ἀναληφθὲν* [31], *μιγέντος αὐτῷ ῥοδίνου καὶ οἴνου καὶ μέλιτος* [32]· *ὠμὸν δὲ ῥοφηθὲν αἱμοῤῥοΐδος δήγμασι βοηθεῖ· ἀκροχλιαρὸν δὲ πρὸς κύστεως δηγμοὺς καὶ ἕλκωσιν νεφρῶν καὶ τραχυσμοὺς τραχείας ἀρτηρίας, καὶ αἵματος ἀναγωγὰς καὶ καταῤῥους καὶ θώρακος ῥευματισμοὺς ἁρμόζει.*

29) *Προενεχθεῖσα* vulgo.
30) Sic Asulan. primus. Ald. *κείμενον*. C. N. *ἐπιτιθέμενον*.
31) C. *καὶ ἐπιτιθέν*. 32) C. *οἰνομέλιτος*.

Cap. LIV. [*De Ovo.*] Ovum molliculum plus alit, quam sorbile, itemque durum plus, quam molle. Vitellus contra oculorum dolores utilis, tostus cum rosaceo et croco. Inflammationibus circa anum et condylomatis prodest, cum meliloto. Cum rhoïs semine aut galla frixum in sartagine et in cibo sumtum, aut etiam per se exhibitum, alvum sistit.

Cap. LV. [*De Albumine ovi.*] Crudum ovi albumen refrigerat, obducit oscula cutis, oculis infusum inflammationes eorum lenit: in ambustis non sinit pustulas erumpere, si statim illinitur. Faciem a solis adustione tuetur, cum ture frontem glutinis ad instar obducens, fluxiones compescit. Oculorum inflammationes lana exceptum, additis rosaceo, vino ac melle, mitigat. Quodsi crudum sorbetur, contra haemorrhoïdis serpentis morsus auxiliatur. Subtepens prodest ad vesicae rosiones, renum ulcerationem et fistulae spiritalis aspritudinem, sanguinis reiectiones, catarrhos et thoracis rheumatismos.

Κεφ. νϛ'. [Περὶ Τεττίγων.] Τέττιγες ὀπτοὶ ἐσθιόμενοι τοῖς περὶ τὴν κύστιν ἀλγήμασι βοηθοῦσιν.

Κεφ. νζ'. [Περὶ Ἀκρίδων.] Ἀκρίδες ὑποθυμιώμεναι δυςουρίας, μάλιστα τὰς ἐπὶ γυναικῶν, ὠφελοῦσι· τὴν δὲ σάρκα ἀχρείαν ἔχουσι[33]. Ἡ δὲ λεγομένη ἀκρὶς ἀσίρακος[34] ἢ ὄνος, ἄπτερός ἐστι καὶ μεγαλόκωλος, πρόςφατος· ξηρανθεῖσα δὲ σφόδρα σκορπιοδήκτους ὠφελεῖ πινομένη σὺν οἴνῳ· χρῶνται δὲ αὐτῇ κατακόρως οἱ κατὰ Λέπτιν Λίβυες.

Κεφ. νη'. [Περὶ Φίνιδος.] Φίνις τὸ ὄρνεον, ὃ ῥωμαϊστὶ καλοῦσιν ὀσσίφραγον[35]. Τούτου ἡ κοιλία κατ' ὀλίγον ποτιζομένη λίθους ἐξουρεῖσθαι ποιεῖν ἱστορεῖται.

Κεφ. νθ'. [Περὶ Κορυδαλλοῦ.] Κορυδαλλὸς ὀρνίθιόν ἐστι μικρὸν, ἔχον κατὰ τῆς κορυφῆς ὑπεροχὴν, ὥςπερ ταῶνος· οὗτος βρωθεὶς ὀπτὸς κοιλιακοὺς[36] ὠφελεῖ.

Κεφ. ξ'. [Περὶ Χελιδόνος.] Χελιδόνος νεοσσοὺς, τοὺς

33) Τὴν — ἔχουσι Ald. utique habet. Reiicit primus Asulanus, cum eo Cornarus et Goupylus; recepit iterum Saracen.

34) Asulan. ῥιξαχόσκη. Sambuc. ῥιζαλόσχη.

35) Sic Asulan. primus. Ald. ἀσούφραστον. Goupyl. in cod. ἀσουφράσον.

36) Codicum et editionum consensu. Κωλικοὺς emendavit Saracenus, fretus Paullo potissimum, qui vero κολικοὺς habet. C. addit καὶ ἐπιληπτικούς.

Cap. LVI. [*De Cicadis.*] Cicadae si assatae edantur, doloribus vesicae succurrunt.

Cap. LVII. [*De Locustis.*] Locustae suffitu difficultates urinae adiuvant, praesertim in mulieribus. Carnem vero inutilem habent. At quae locusta asiracos aut asinus dicitur, alis caret et grandiora habet, dum iuvenis est, membra. Haec siccata si e vino bibatur, contra scorpionis ictus magnopere confert. Eadem abundanter vescuntur Afri circa Leptin.

Cap. LVIII. [*De Phinide.*] Phinidis avis, quam Romani ossifragum appellant, ventriculus paullatim potui datus, calculos fertur per urinam expellere.

Cap. LIX. [*Galerita.*] Galerita avicula est parva, galerum in vertice pavonis modo gestans. Haec assa et in cibo sumta coeliacis praesidio est.

Cap. LX. [*De Hirundine.*] Hirundinis pullos, qui

ἐκ τῆς πρώτης νεοσσοποιΐας, αὐξομένης τῆς σελήνης, ἀνατεμὼν, εὑρήσεις ἐν τῇ γαστρὶ λίθους, ἐξ ὧν δύο λαβὼν, ἕνα ποικίλον καὶ τὸν ἕτερον καθαρὸν, πρὸ τοῦ ἐπιψαῦσαι τῆς γῆς ἐνδύσας εἰς δέρμα δαμάλεως ἢ ἐλάφου, καὶ περιάψας βραχίονι ἢ τραχήλῳ, ἐπιληπτικοὺς ὠφελήσεις· πολλάκις δὲ καὶ παντελῶς ἀποκαταστήσεις· βιβρωσκόμεναι δὲ ὥςπερ αἱ συκαλίδες, ὀξυωπίας εἰσὶ φάρμακον· καὶ ἡ ἀπ' αὐτῶν δὲ τέφρα, καὶ ἡ τῶν μητέρων καεισῶν ἐν χύτρᾳ μετὰ μέλιτος χρισθεῖσα ὀξυδορκίαν ποιεῖ· ἁρμόζει δὲ καὶ συναγχικοῖς[37] διαχριομένη, καὶ πρὸς σταφυλῆς καὶ παρισθμίων φλεγμονάς· σκελετευθεῖσαι δὲ αὗται καὶ οἱ νεοσσοὶ συναγχικοὺς ὠφελοῦσι πινόμεναι μεθ' ὕδατος πλῆθος < α'[38].

Κεφ. ξα'. [Περὶ Ἐλέφαντος.] Ἐλέφαντος ὀδόντος ῥίνισμα παρωνυχίας καταπλασθὲν θεραπεύει. Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικὴν [σὺν τῷ μαλακῶς ξηραίνειν.][39]

Κεφ. ξβ'. [Περὶ Ἀστραγάλου ὑός.] Ἀστράγαλος ὑὸς

37) C. ἐπὶ συναγχικῶν.

38) Μεθ' — α' deest in cod. C.

39) Uncinis inclusa habent C. N.

primo partu exclusi fuerint, si crescente luna dissecueris, in eorum ventre lapillos invenies, e quibus duos, alterum colore varium, alterum unicolorem, accipies. His, priusquam terram attigerint, iuvencae corio aut cervina pelle inclusis et brachio aut collo alligatis comitiales iuvabis: saepius quoque penitus ad sanitatem perduces. Ipsae vero (hirundines) in cibo sumtae, velut et ficedulae, aciem oculorum promovent. Tam pullorum quam matrum in olla combustarum cinis cum melle oblitus oculis claritatem affert: idoneus etiam unctu ad anginas et ad uvulae inflammationes tonsillarumque. Siccatae ipsae et pulli, et drachmae unius pondere ex aqua bibitae iis succurrunt, qui angina vexantur.

Cap. LXI. [*De Ebore.*] Elephantini dentis ramentum paronychias curat, cataplasmatis loco impositum. Vim autem astringentem habet.

Cap. LXII. [*De Talo suillo.*] Suis talus combu-

καεὶς, μέχρις ἂν ἐκ μέλανος γένηται λευκὸς, καὶ λεῖος ποθεὶς, ἐμπνευματώσεις κώλου καὶ στρόφους χρονίους ἰᾶται.

Κεφ. ξγ'. [Περὶ Ἐλάφου κέρατος.] Ἐλάφου κέρας κεκαυμένον καὶ πεπλυμένον [40] ἁρμόζει πινόμενον πλῆθος δυοῖν κοχλιαρίων αἱμοπτοϊκοῖς, δυσεντερικοῖς, κοιλιακοῖς [41], κύστεως ἀλγήμασι, μετὰ τραγακάνθης, ῥοϊκαῖς δὲ γυναιξὶ μετὰ ὑγροῦ τοῦ πρὸς τὸ πάθος ἁρμόζοντος· καίεται δὲ ἐν καμίνῳ καταβληθὲν καὶ κοπὲν εἰς ὠμὴν χύτραν περιπεπλασμένην πηλῷ, ἄχρις ἂν λευκὸν γένηται· πλύνεται δὲ, ὡς καδμία· τὸ δὲ τοιοῦτον ἁρμόζει πρὸς τὰ ἐν ὀφθαλμοῖς ἕλκη καὶ ῥεύματα· καὶ ὀδόντας παρατριβόμενον σμήχει· ὠμὸν δὲ θυμιαθὲν ἑρπετὰ διώκει· ἀποζεσθὲν δὲ μετ' ὄξους καὶ διακλυζόμενον παρηγορεῖ γομφιάσεις.

Κεφ. ξδ'. [Περὶ Καμπῶν.] Κάμπαι αἱ ἐπὶ τῶν λαχάνων γεννώμεναι περιχριόμεναι σὺν ἐλαίῳ ἀδήκτους ἀπὸ τῶν ἰοβόλων φυλάττειν λέγονται.

Κεφ. ξε'. [Περὶ Κανθαρίδων.] Κανθαρίδες εἰς ἀπόθεσιν εὔθετοι αἱ ἀπὸ τοῦ σίτου· ἃς βαλὼν εἰς ἀκώνιστον ἀγ-

40) C. ἕλμινθας ἀναιρεῖ καὶ ὑδρωπικόν ἐστι.
41) C. καὶ ὑστερικαῖς.

stus, donec e nigro albescat, tumque tritus ac potus inflationibus coli ac torminibus diuturnis medetur.

Cap. LXIII. [*De Cornu cervino.*] Cornu cervi ustum ac lotum si duorum cochlearium mensura bibatur, confert sanguinem exscreantibus, dysentericis, coeliacis, regio morbo et vesicae doloribus cum tragacantha: feminis item fluxu laborantibus cum liquore ei affectui accommodato. Porro tusum et fictili crudo luto circumlito inditum uritur in fornace, donec albescat, ac dein cadmiae modo eluitur. Tale vero oculorum ulceribus ac fluxionibus salutare est: affrictum quoque dentes expurgat. Ceterum crudi accensi fumus serpentes fugat. Aceto vero infusum si ore colluatur, molarium dentium vitia mitigat.

Cap. LXIV. [*De Erucis.*] Erucae, quae in oleribus gignuntur, a venenatarum bestiarum morsibus eos feruntur tutos praestare, qui ipsis ex oleo peruncti fuerint.

Cap. LXV. [*De Cantharidibus.*] Cantharides, quae in frumentis leguntur, ad recondendum idoneae sunt. Eas

γεῖον, καὶ τὸ στόμα περιδήσας ὀθονίῳ ἀραιῷ, καθαρῷ, περικατάστρεψον ἀτμῷ ζέοντος ὄξους δριμυτάτου καὶ ἕως ἂν πνιγῶσι, κράτει· εἶτα διαπείρας λίνῳ ἀποτίθεσο· ἐνεργέσταται[42] *δέ εἰσιν αἱ ποικίλαι καὶ μηλίνας ἐπικαρσίους ζώνας ἔχουσαι ἐν τοῖς πτεροῖς*[43], *ἐπιμήκεις τὸ σῶμα, ἁδραὶ, ἐμπίμελοι, ὡς αἱ σίλφαι· ἄτονοι δέ εἰσιν αἱ μονόχρωμοι.*

Κεφ. ξϛ'. [*Περὶ Βουπρήστου.*] *Ὡσαύτως δὲ ἀποτίθενται καὶ αἱ βουπρήστεις, εἶδος οὖσαι κανθαρίδων καὶ αἱ πιτυοκάμπαι· καὶ αὗται δὲ ἐπὶ κοσκίνου ἐπαιωρουμένου θερμοσποδιᾷ φωγνύμεναι ἐπὶ βραχὺ, ἀποτίθενται· δύναμις δὲ αὐτῶν κοινὴ, σηπτικὴ, ἑλκωτικὴ, θερμαντική· ὅθεν μίγνυται φαρμάκοις τοῖς*[44] *τὰ καρκινώδη καὶ λέπρας καὶ λειχῆνας ἀγρίους θεραπεύουσιν· ἄγουσι δὲ καὶ ἔμμηνα, πεσσοῖς μαλακτικοῖς μιγεῖσαι· ἔνιοι δὲ ἱστόρησαν τὰς κανθαρίδας καὶ ὑδρωπικοῖς βοηθεῖν, μιγνυμένας ἀντιδότοις, ὡς οὔρησιν κινούσας· οἱ δὲ τὰ πτερὰ αὐτῶν καὶ τοὺς πόδας τοῖς πιοῦσιν αὐτὰς ἀντιφάρμακον ἀνέγραψαν.*

42) C. *ἐνεργέστεραι.* 43) *ἐν τοῖς πτεροῖς* desunt in C.
44) Asulan. *πρὸς.* C. *σηπτικοῖς χρησίμως καὶ πρὸς.*

in vas non picatum immittito, ac ipsius os linteo raro puroque obligatum circumvertito ad vaporem ferventis aceti quam acerrimi, tamdiuque (inversum fictile) contineto, donec illae suffocentur, tandem lino transfixas reponito. Efficacissimae sunt variegatae, cingulis luteis transversis alarum notatae, corpore oblongae, crassae, blattarum modo pinguiusculae. Sed imbecillae, quae unius coloris.

Cap. LXVI. [*De Bupresti.*] Simili modo reponuntur et buprestes, quae sunt e cantharidum genere, et pinuum erucae. Et hae supra cribrum suspensum fervénti cinere intostae reconduntur. Vis ipsarum communis septica, exulcerans, calefaciens: qua de caussa admiscentur medicamentis, quibus carcinomata, leprae et impetigines ferae curantur. Menses quoque cient, pessis mollientibus addita. Nonnulli cantharidas antidotis admixtas etiam hydropicis auxiliari prodiderunt, utpote quae urinas moveant. Alii ipsarum alas pedesque iis, qui illas hauserint, pro antidoto esse tradiderunt.

Κεφ. ξζ'. [*Περὶ Σαλαμάνδρας.*] Σαλαμάνδρα εἶδός ἐστι σαύρας· ἔστι δὲ νωχελὲς, ποικίλον, μάτην πιστευθὲν μὴ καίεσθαι. Δύναμιν δὲ ἔχει σηπτικὴν, ἑλκωτικὴν, θερμαντικὴν, μίγνυται δὲ σηπταῖς καὶ λεπρικαῖς, ὡς ἡ κανθαρὶς, καὶ ἀποτίθεται ὁμοίως· ψιλοῖ δὲ καὶ τρίχας καεῖσα [45] μετ' ἐλαίου· φυλάσσεται δὲ καὶ ἐν μέλιτι ἐξεντερισθεῖσα, τῶν ποδῶν καὶ τῆς κεφαλῆς ἀφαιρεθέντων, εἰς τὴν αὐτὴν χρῆσιν.

Κεφ. ξη'. [*Περὶ Ἀράχνης.*] Ἀράχνη τὸ ζῶον, ὃ ὁλκὸν ἔνιοι ἢ λύκον [46] καλοῦσι, συμμαλαχθεῖσα σπληνίῳ καὶ ἐμπλασθεῖσα εἰς ὀθόνην, προςτεθεῖσα μετώπῳ ἢ κροτάφοις, τριταϊκὰς περιόδους ὑγιάζει· τὸ δὲ ὕφος αὐτῆς ἐπιτιθέμενον αἷμα ἵστησι καὶ ἀφλέγμαντα τηρεῖ τὰ ἐπιπόλαια τῶν ἑλκῶν· ἔστι δὲ καὶ ἕτερον εἶδος ἀράχνης, κατασκευάζον τὸν ὑμένα λευκὸν, λεπτὸν καὶ πυκνὸν, ὃ ἱστορεῖται ἐνδεόμενον εἰς κυτίδα καὶ περιαπτόμενον βραχίονι, τεταρταϊκὰς περιόδους θεραπεύειν· συνεψηθὲν δὲ ῥοδίνῳ, ὠταλγίαις βοηθεῖ ἐγχεόμενον.

45) E Plinio, Galeno, Paullo Aegineta et vetusto codice Marcellus Vergilius pro vulgari *ταχεῖσα*.

46) Ex Aristotele, Plinio et Hesychio pro vulg. *λύκειον*.

Cap. LXVII. [*De Salamandra.*] Salamandra lacertae genus est pigrum, variegatum: quod perperam creditum est igne haud uri. Vim habet septicam, exulcerantem, denique calefacientem. Additur in medicamenta septica, lepras abolentia, quemadmodum et cantharis, simili quoque modo reponenda. Usta vero pilos cum oleo abolet. Ceterum visceribus exemtis, detractis pedibus et capite, in melle servatur ad eumdem usum.

Cap. LXVIII. [*De Araneo.*] Araneus, animal, quod alii holcum aut lupum nominant, cum emplastro subactus et linteo inductus ac fronti aut temporibus impositus, tertianos circuitus persanat. Tela eius apposita sanguinem sistit et ulcera summae cutis ab inflammatione vindicat. Est et alterum aranei genus, quod candidam, tenuem densamque telam orditur. Hoc aluta involutum et de brachio suspensum quartanis circuitibus mederi fertur. Decoctum denique e rosaceo et infusum aurium doloribus auxiliatur.

Κεφ. ξθʹ. [Περὶ Σαύρας.] Σαύρας ἡ κεφαλὴ ἐπιτεθεῖσα σκόλοπας ἐξάγει[47] καὶ πάντα τὰ ἐμπεπηγότα· αἴρει δὲ καὶ μυρμηκίας καὶ ἀκροχορδόνας καὶ ἥλους[48]. Τὸ δὲ ἧπαρ αὐτῆς, ἐντεθὲν τοῖς τῶν ὀδόντων βρώμασιν, ἀπονίαν ποιεῖ. Ὅλη δὲ ἀνασχισθεῖσα καὶ ἐπιτεθεῖσα σκορπιοπλήκτους κουφίζει.

Κεφ. οʹ. [Περὶ Σηπός.] Σὴψ, ἣν ἔνιοι σαύραν ἐκάλεσαν χαλκιδικὴν[49], ἐν οἴνῳ ποθεῖσα τοὺς ὑπ' αὐτῆς δηχθέντας ἰᾶται.

Κεφ. οαʹ. [Περὶ Σκίγκου.] Σκίγκος, ὁ μέν τίς ἐστιν αἰγύπτιος, ὁ δὲ ἰνδικὸς, ἄλλος ἐν τῇ ἐρυθρᾷ γεννώμενος· ἕτερος δὲ ἐν τῇ Λιβύᾳ[50] τῆς Μαυρουσιάδος εὑρίσκεται· ἔστι δὲ κροκόδειλος χερσαῖος, ἰδιογενὴς, ταριχευόμενος ἐν καρδάμῳ· φασὶ δὲ δύναμιν ἔχειν ποθὲν τὸ περὶ τοὺς νεφροὺς αὐτοῦ μέρος, ὅσον < πλῆθος μετ' οἴνου, ὁρμητικὴν πρὸς τὰ ἀφροδίσια· ἀποπαύεσθαι δὲ τὴν ἐπίτασιν τῆς προθυμίας, φακοῦ

47) C. ἀνάγει. 48) Ald. ἰόνθους.

49) Lacuna legit: ταύτης ἡ κεφαλὴ λεία.

50) Codices ad unum omnes, ut et Ald., Asul., Cornar., Goupyl. Λυδίᾳ. Lacun. ἐν Ἀπουλίᾳ ἢ Λυδίᾳ. Sambuc. in codice Λιβύᾳ, quae probata est lectio. Γίλβῃ enim, quod suasit Wesseling. ad Veter. itinerar. p. 13. est colonia, Plinii temporibus iunior. Oribas. ἐν Ἀπολλωνίᾳ.

Cap. LXIX. [*De Lacerta.*] Lacertae caput tritum et impositum aculeos et omnia corpori infixa extrahit. Sed et verrucas, quae formicae dicuntur, et pensiles clavosque tollit. Iecur ipsius dentium cavernis inditum dolores sedat. Tota vero dissecta et imposita ictos a scorpione levat.

Cap. LXX. [*De Sepe.*] Seps, quam nonnulli lacertam vocant chalcidicam, ex vino pota, quos momorderit, iis medetur.

Cap. LXXI. [*De Scinco.*] Scincus quidam in Aegypto, alius in India, alius ad mare rubrum gignitur. Est et quidam, qui in Libya mauritanica invenitur. Crocodilus est terrestris, sui generis, qui, addito lepidio, sale conditur. Aiunt insuper, partem eam, quae renes amplectatur, drachmae pondere in vino potam, impetus venereos producere, inhiberi autem intensam eam veneris cupidi-

ἀφεψήματι μετὰ μέλιτος πινομένῳ, ἢ θρίδακος σπέρματι μεθ' ὕδατος· μίγνυται δὲ καὶ ἀντιδότοις.

Κεφ. οβ΄. [Περὶ τῆς γῆς ἐντέρων.] Γῆς ἔντερα λεῖα ἐπιτεθέντα νεύρων ἀποκοπὰς κολλᾷ, λύει καὶ τριταίους· ἑψηθέντα δὲ σὺν[51] χηνείῳ στέατι διαθέσεις ὤτων ἐγχυματιζόμενα θεραπεύει· συνεψηθέντα δὲ ἐλαίῳ καὶ ἐγχεόμενα εἰς τὸ ἀντικείμενον οὖς, ὀδονταλγίαις βοηθεῖ· ἄγει δὲ καὶ οὖρα λεῖα πινόμενα σὺν γλυκεῖ.

Κεφ. ογ΄. [Περὶ Μυογάλης.] Μυογάλη ἀνασχισθεῖσα καὶ ἐπιτεθεῖσα ἄκος ἐστὶ τοῦ ἰδίου δήγματος.

Κεφ. οδ΄. [Περὶ Μυῶν.] Μύας τοὺς κατοικιδίους ἀνασχισθέντας σκορπιοπλήκτοις ὠφελίμως ἐπιτίθεσθαι ὁμολογεῖται· βρωθέντας δὲ ὀπτοὺς ὑπὸ παίδων ἀναξηραίνειν τὸ ἐν τοῖς στόμασιν αὐτῶν σίελον.

Κεφ. οε΄. [Περὶ Γάλακτος.] Γάλα κοινῶς μὲν πᾶν εὔχυμον, τρόφιμον, μαλακτικὸν κοιλίας, φυσσητικὸν[52] στο-

51) Interposita ὕδατι καὶ legit Lacuna.

52) Matthiolus φύσικον legisse testatur, necessario igitur sequeretur στομάχῳ. Quin et Serapio sic legisse videtur, cum stomacho conferre lac dicat. Sed Dioscoridis dictio ab hoc more loquendi aliena est.

tatem lentis decocto cum melle aut semine lactucae cum aqua poto. In antidota quoque additur.

Cap. LXXII. [*De Vermibus terrenis.*] Terreni vermes triti et impositi praecisos nervos glutinant, ac tertianas quoque solvunt. Decocti vero cum anserino adipe et instillati affectis auribus medentur. In oleo autem decocti si oppositae auri infundantur, dentium doloribus praestant auxilium. Triti quoque et cum passo epoti urinas ciunt.

Cap. LXXIII. [*De Mure araneo.*] Mus araneus dissectus et impositus contra suos ipsius morsus adminiculo est.

Cap. LXXIV. [*De Muribus.*] Mures domesticos dissectos scorpionum ictibus utiliter imponi, est in confesso; si vero assati a pueris in cibo sumantur, ipsorum oris salivam exsiccare.

Cap. LXXV. [*De Lacte.*] Lac generatim omne boni est succi, corpus alit, ventrem mollit, stomachum

μάχου καὶ ἐντέρων· ὑδαρέστερον μέντοι τὸ ἐαρινὸν τοῦ θερινοῦ καὶ τὸ ἀπὸ χλωρᾶς νομῆς μᾶλλόν ἐστι μαλακτικὸν κοιλίας· ἔστι δὲ καλὸν γάλα, τὸ λευκὸν καὶ ὁμαλὸν τῇ παχύτητι καὶ συστρεφόμενον, ἐπειδὰν ἐπισταγῇ ὄνυχι· τὸ δὲ αἴγειον ἧττον κοιλίας ἅπτεται, διὰ τὸ πλέον στυφούσῃ νομῇ χρῆσθαι, δρυῒ καὶ σχίνῳ καὶ θαλίᾳ καὶ τερμίνθῳ, ὅθεν καὶ εὐστόμαχον τυγχάνει· τὸ δὲ προβάτειόν ἐστι παχύ τε[53] *καὶ γλυκὺ καὶ πάνυ λιπαρὸν, οὐχ οὕτω δὲ εὐστόμαχον· τὸ μέντοι βόειον καὶ ὄνειον καὶ ἵππειον εὐκοιλιώτερα*[54] *καὶ ταρακτικά. Πᾶν δὲ γάλα κοιλίας καὶ στομάχου ἀνατρεπτικὸν, ὅπου ἐστὶ νομὴ σκαμμωνία, ἢ ἐλλέβορος, ἢ λινόζωστις, ἢ κληματίς· ὥςπερ καὶ ἐν τοῖς Οὐεστίνοις*[55] *ὄρεσιν ὑφ᾿ ἡμῶν ἱστόρηται· αἱ γὰρ αἶγες νεμόμεναι τοῦ λευκοῦ ἐλλεβόρου τὰ φύλλα κατὰ τὴν πρώτην ἐκβλάστησιν αὐτῶν αὗται ἐμοῦσι, καὶ τὸ γάλα ἀνατρεπτικὸν στομάχου καὶ ναυτίας ποιητικὸν κατασκευάζουσιν*[56]*· ἑψηθὲν δὲ πᾶν γάλα στεγνωτικὸν γίνεται κοιλίας· καὶ μάλι-*

53) Ald. *τραχύ.*

54) Asul. *γίνεται*, omisso *καὶ ταρακτικά.*

55) Vulgo *Ἰουστίνοις*, ut Goupyl. lib. 1. c. 9.

56) Lacuna ultima verba invenit, ubi vulgo *ναυτιας γίνεται* est. Sed et antea pro *ἐκβλάστησιν* idem legit *ἀπόλαυσιν — καὶ τὸ γάλα ἀναλυτικόν τοῦ στομάχου καὶ ὑπάκτικον.*

et intestina flatibus vexat. Vernum tamen aquatius aestivo, et quod e viridi pascuo est, alvum magis mollit. Bonum est lac, si candidum est et aequaliter spissum, quodque ungui instillatum conglobatur. Caprinum alvum minus tentat, quoniam caprae pabulo potius astringente utuntur, quercu, lentisco, fronde oleagina et terebintho, quam ob caussam stomacho etiam conducit. Ovillum autem crassum est, dulce ac praepingue, stomacho vero non pariter utile. At bubulum, asininum et equinum alvum magis solvunt ipsamque turbant. Quibus vero in locis scammonia, helleborus, mercurialis et clematis pabulum sistunt, lac omne ventrem stomachumque subvertit, quale in Vestinis montibus a nobis observatum est. Siquidem caprae hellebori albi folia, cum primum erumpunt, depascentes et ipsae evomunt et lac reddunt evertendo stomacho aptum atque nauseosum. Decoctum lac omne et id quidem ma-

στα τὸ διαπύροις κόχλαξιν ἐξικμασθέν· κοινῶς δὲ καὶ ταῖς ἐντὸς ἑλκώσεσι βοηθεῖ, μάλιστα δὲ βρόγχου, πνεύμονος, ἐντέρων, νεφρῶν, κύστεως, καὶ πρὸς τοὺς τῆς ἐπιφανείας κνησμοὺς, ἐξανθήματα καὶ κακοχυμίας, δίδοται νεαρὸν μετὰ μέλιτος ὠμοῦ καὶ ὕδατος συναναχραθέντος ὀλίγου, μιγνυμένων καὶ ἁλῶν· ἀφυσσότερον δὲ γίνεται ἀποζεσθὲν ἅπαξ· τὰ δὲ τῆς κοιλίας μεθ' ἑλκώσεως ῥεύματα ἄχρις ἡμίσεως τοῖς κόχλαξιν ἑψηθὲν ὠφελεῖ.

Κεφ. ος'. [Περὶ ὀῤῥοῦ γάλακτος.] Ἔχει δὲ πᾶν γάλα παραπεπλεγμένον τὸν ὀῤῥὸν, ὃς σχιζόμενος πρὸς κάθαρσιν εὐτονώτερος γίνεται, διδόμενος ἐφ' ὧν δίχα δριμύτητος ἔκκρισιν βουλόμεθα ποιῆσαι, ὡς ἐπὶ μελαγχολικῶν, ἐπιληπτικῶν, λέπρας, ἐλεφαντιάσεως καὶ ἐξανθημάτων τῶν περὶ ὅλον τὸ σῶμα.

Κεφ. οζ'. [Περὶ σχιστοῦ γάλακτος.] Σχίζεται δὲ πᾶν γάλα ζεννύμενον ἐν καινῇ χύτρᾳ κεραμίᾳ καὶ κινούμενον κλάδῳ συκίνῳ νεοτμήτῳ, καὶ μετὰ τὸ ζέσαι δὶς ἢ τρὶς ἐπιῤῥαί-

xime, a quo silicum ignitorum vi portio tenuior exhausta est, ventrem astringit ac in universum internis ulcerationibus auxiliatur, praesertim vero gutturis, pulmonis, intestinorum, renum ac vesicae. Quin et contra summae cutis pruritus, exanthemata et vitiosos corporis humores recens exhibetur cum melle crudo, addito sale et exiguo aquae dilutum. Minus vero inflat, quod semel fervefactum est. Ceterum decoctum cum lapillis ad dimidiam partem alvi fluxiones, quae cum ulceratione iunguntur, adiuvat.

Cap. LXXVI. [*De Sero lactis.*] Lac quodque implicitum sibi habet serum, quod quidem a lacte divisum redditur ad purgationem efficacius. Exhibetur, quibus citra acrimoniam deiectionem moliri volumus, ut melancholicis, comitialibus, atque in lepra, elephantiasi, et exanthematibus per totum corpus.

Cap. LXXVII. [*De lacte schisto.*] Dividitur autem lac omne, si in fictili novo ferveat et ficulneo ramo resecto moveatur, ac posteaquam bis terve efferbuerit, af-

νεται ὀξυμέλιτος κύαθος, πρὸς ἑκάστην κοτύλην τοῦ γάλακτος, οὕτω γὰρ διορίζεται ὁ ὀῤῥὸς τοῦ τυρώδους· δεήσει δὲ πρὸς τὸ μὴ ὑπερζεῖν τὸ γάλα ἐν τῇ ἑψήσει, σπόγγῳ ἐκ ψυχροῦ συνεχῶς ἀποψᾶν τὸ χεῖλος τῆς χύτρας, καὶ ξέστην ἀργυροῦν πλήρη ὕδατος ψυχροῦ καθιέναι· ποτίζεται δὲ ὁ ὀῤῥὸς ἐκ διαστήματος κατὰ κοτύλην ἄχρι πέντε κοτυλῶν, ἐν δὲ τοῖς μεταξὺ διαστήμασι περιπατείτωσαν οἱ πίνοντες[57]. Ποιεῖ δὲ τὸ πρόςφατον γάλα καὶ πρὸς τοὺς ἀπὸ τῶν θανασίμων φαρμάκων δηγμοὺς καὶ πυρώσεις, ὡς κανθαρίδος, ἢ πιτυοκάμπης, ἢ σαλαμάνδρας, ἢ βουπρήστεως, ἢ ἀρσενικοῦ[58], ἢ δορυκνίου, ἢ ἀκονίτου, ἢ ἐφημέρου· πρὸς δὲ τοῦτο μάλιστα τὸ βόειον συμφέρει, ἰδίως ἁρμόζον· διακλύζεται δὲ καὶ πρὸς ἑλκώσεις στομάτων καὶ παρισθμίων εἰς ἀναγαργάρισμα· ἰδίως δὲ τὸ ὄνειον διακλυζόμενον οὖλα καὶ ὀδόντας κρατύνει· τοὺς δὲ τῆς κοιλίας μεθ᾽ ἑλκώσεως ῥευματισμοὺς καὶ τεινεσμοὺς προβάτειον, ἢ βόειον, ἢ αἴγειον ἵστησιν, ἑψηθὲν διὰ κοχλάκων· ἐγκλύζεται δὲ καὶ καθ᾽ ἑαυτὸ καὶ μετὰ πτισάνης ἢ χόνδρου

57) Goupylus in antiquo codice se legisse testatur *πιόντες.*

58) Sic Lacuna legit. Vulgo *ὀορκνάμου*, quod minus aptum, cum acre non sit venenum, nec rodat ventriculum.

fundantur aceti mulsi totidem cyathi, quot sunt heminae lactis: ita enim discedit serum ab eo, quod caseosum est. Sed oportebit, ut ne lac fervendo circumfundatur, inter coquendum assiduo spongia ex frigida fictilis labrum detergere, sextariumque argenteum frigidae aquae plenum demittere. Bibitur porro serum heminis per intervalla singulis usque ad quinas, ita ut intercedentibus spatiis potantes deambulent. Lac autem recens etiam efficax est contra rosiones et inflammationes a medicamentis exitialibus factas, uti a cantharide, pityocampe, salamandra, bupreste, auripigmento, dorycnio, aconito, aut ephemero. Ad hoc bubulum maxime confert, peculiariter idoneum. Colluitur eo etiam aut gargarizatur, si os tonsillaeque ulceribus obsidentur. Asininum vero ore collutum peculiariter gingivas dentesque firmat. Fluxiones autem alvi ulcerationibus comitatas ac tenesmos sistit ovillum, bubulum, aut caprinum, silicum candentium ope coctum. Quin etiam per se aut cum ptisana vel alicae liquore infusum

χυλοῦ, ἱκανῶς πραΰνον τὴν τῶν ἐντέρων δῆξιν· ἐγκλύζεται δὲ καὶ μήτρᾳ εἱλκωμένῃ.

Κεφ. οη'. [*Περὶ γυναικείου γάλακτος.*] *Τὸ δὲ τῆς γυναικὸς γάλα γλυκύτατόν ἐστι καὶ τροφιμώτατον· ὠφελεῖ δὲ θηλαζόμενον στομάχου δῆξιν καὶ φθίσιν· ἁρμόζει δὲ καὶ πρὸς λαγωοῦ θαλασσίου πόσιν· μιγὲν δὲ λιβανωτῷ λείῳ ἐνστάζεται τοῖς ἐκ πληγῆς αἱμαχθεῖσιν ὀφθαλμοῖς· καὶ ποδαγρικοὺς ὠφελεῖ σὺν μηκωνείῳ καὶ κηρωτῇ καταχριόμενον. Ἄθετον δὲ πᾶν γάλα σπληνικοῖς, ἡπατικοῖς, σκοτωματικοῖς, ἐπιληπτικοῖς, τοῖς τὸ νευρῶδες πάσχουσι*[59]*, πυρέσσουσι, κεφαλαλγοῦσιν, εἰ μήποτε καθάρσεως ἕνεκά τις προσφέρει τὸ σχιστὸν, ὡς ὑποδέδεικται· ἱστοροῦσι δέ τινες τὸ τῆς πρωτοτόκου κυνὸς γάλα ψιλοῦν τρίχας καταχρισθὲν, καὶ θανασίμων φαρμάκων ἀντιφάρμακον ποθὲν, καὶ τεθνηκότων ἐμβρύων ἐκβόλιον.*

Κεφ. οθ'. [*Περὶ τυροῦ νεαροῦ.*] *Τυρὸς νεαρὸς δίχα ἁλῶν ἐσθιόμενος τρόφιμος, εὐστόμαχος, εὐανάδοτος, σαρκῶν ποιητικὸς, κοιλίας μετρίως μαλακτικός· διαφέρων αὐτοῦ αὐ-*

59) C. *πεπονθῶσι.*

rosiones intestinorum magnopere mitigat; infunditur et matrici ulceratae.

Cap. LXXVIII. [*De lacte muliebri.*] Lac muliebre dulcissimum est et plurimum alit. Mammis exsuctum prodest ad stomachi rosionem et tabem: valet et contra haustum leporem marinum. Turi trito admixtum oculis ab ictu cruore suffusis instillatur. Podagricis quoque utile est, cum meconio et cerato illitum. Ceterum lac omne contrarium lienosis, hepaticis, vertiginosis, comitialibus, nervorum vitio laborantibus, febricitantibus, capite dolentibus: nisi si quis, purgationis gratia, uti monitum est, lac schistum exhibuerit. Nonnulli tradunt, lac primiparae canis perunctum pilos abolere, ac potum contra venena antidoti vicem obtinere, nec non et mortuos fetus eiicere.

Cap. LXXIX. [*De caseo recenti.*] Caseus recens ac minime salsus in cibo sumtus probe alit, stomacho utilis est, ac facile in membra distribuitur: carnes succrescere iubet, alvumque moderate mollit. Alius tamen alio

τὸς παρὰ τὴν τοῦ γάλακτος φύσιν, ἀφ' οὗ σκευάζεται· ἑψηθεὶς δὲ καὶ ἐκθλιβεὶς, εἶτα ὀπτηθεὶς, σταλτικὸς γίνεται κοιλίας· ὠφελεῖ δὲ καταπλασσόμενος ὀφθαλμῶν[60] *φλεγμονὰς καὶ ὑπώπια· ὁ δὲ νεαλὴς ἀτροφώτερος*[61] *ἐσθιόμενος, καὶ πρὸς καθαίρεσιν σαρκὸς ἐπιτήδειος, κακοστόμαχος, λυπῶν κοιλίαν καὶ ἔντερα· ὁ δὲ παλαιότερος κοιλίας σταλτικός· καὶ ὁ ἐξ αὐτοῦ ὀῤῥὸς κυνῶν τροφιμώτατος.*

Κεφ. π'. [Περὶ Ἱππάκης.] Ἡ δὲ καλουμένη ἱππάκη τυρός ἐστιν ἵππιος, βρωμώδης[62] *καὶ πολύτροφος, ἀναλογῶν τῷ βοείῳ· ἔνιοι δὲ ἱππάκην ἐκάλεσαν τὴν ἵππειον πιτύαν.*

Κεφ. πα'. [Περὶ Βουτύρου καὶ τῆς ἐξ αὐτοῦ λιγνύος.] Βούτυρον σκευάζεται καλὸν ἐκ τοῦ λιπαρωτάτου γάλακτος· τοιοῦτον δέ ἐστι τὸ προβάτειον· γίνεται δὲ καὶ ἐκ τοῦ αἰγείου, ἐν ἀγγείοις κινουμένου τοῦ γάλακτος καὶ χωριζομένου τοῦ λίπους· ἔχεται δὲ δυνάμεως μαλακτικῆς[63]*, ἐλαιώδους· ὅθεν κοιλίας τε ἐκλύει πλέον ποθὲν, καὶ πρὸς τὰ θανάσιμα,*

60) *ὀφθαλμῶν* deest in cod. C. N.
61) Sic Serap. et Sarac. *εὐτροφώτερος* vulgo ineptum.
62) Sic bene Ald.; *βρομώδης* Asul. et ceteri.
63) Marc. voluit *γαλακτινῆς*, sed refragatur Serap.

praestantior est, pro natura lactis, e quo conficitur. Coctus autem et expressus, dein assatus, alvum sistendi vim acquirit: prodest vero cataplasmatis vice impositus oculorum inflammationibus et sugillationibus. At qui recens salitus est, si comedatur, minori alimento est, ad corpus minuendum idoneus, stomacho adversatur et intestinis. Vetustior alvum sistit. Serum denique ex ipso canes optime alit.

Cap. LXXX. [*De Hippace.*] Quod hippacen vocant, caseus est equinus, ingrati odoris, sed magnopere alens bubuloque respondens. Sunt tamen, qui et coagulum equinum hippacen appellaverint.

Cap. LXXXI. [*De Butyro et eius fuligine.*] Laudabile paratur butyrum e lacte pinguissimo, quale ovillum est: fit et ex caprino, dum lac in vase agitatur, donec pingue separetur. Mollientis vis particeps est et unctuosae. Unde largius voratum alvum solvit et contra

μὴ παρόντος ἐλαίου, χρησιμεύει· μιχθὲν δὲ μέλιτι καὶ παρατριφθὲν, ὀδοντιάσεις ὠφελεῖ, καὶ τοὺς τῶν οὔλων ὀδαξισμοὺς ἐπὶ παίδων καὶ ἄφθας· ἔξωθεν δὲ καταπλασσόμενον εὔτροφον καὶ ἀψυδρακίωτον τηρεῖ τὸ σῶμα· ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς φλεγμονὰς καὶ σκληρίας ὑστέρας τὸ μὴ δυςῶδες μηδὲ παλαιόν· πρός τε δυςεντερίας καὶ πρὸς κώλου[64] *ἕλκωσιν ἐγκλυζόμενον· πυοποιοῖς τε μίγνυται χρησίμως· καὶ μάλιστα ἐπὶ τῶν κατὰ τὰ νεῦρα καὶ μηνίγγας καὶ κύστιν καὶ τράχηλον*[65] *τραυμάτων· τὸ δὲ αὐτὸ πληροῖ καὶ καθαίρει καὶ σαρκοῖ, καὶ τοὺς ἀπὸ ἀσπίδος δηχθέντας ἐπιτιθέμενον ὠφελεῖ· μίγνυται δὲ καὶ προςοψήμασιν ἀντὶ ἐλαίου τὸ νεαρὸν, καὶ ἐν τοῖς πέμμασιν ἀντὶ*[66] *στέατος.*

Συνάγεται δὲ καὶ λιγνὺς ἐκ τοῦ βουτύρου τὸν τρόπον τοῦτον· εἰς λύχνον καινὸν ἐγχέας τὸ βούτυρον ἅψον, καὶ πωμάσας ἀγγείῳ κεραμεῷ σωληνοειδεῖ στενῷ[67] *κατὰ τὰ ἄνωθεν, τρήματα δὲ ἐκ τῶν ὑπὸ ποδὸς ἔχοντι, ὥςπερ οἱ κλίβανοι,*

64) Lacun. *καυλοῦ.*
65) Matthiol. (non Marc. Vergil., ut Sarac.) *κύστεως τράχηλον.*
66) *ἀντὶ* deest in Ald.
67) *στενῷ* deest in Ald.

letalia venena, si defuerit oleum, adhibetur. Cum melle mistum et affrictum dentitiones adiuvat, gingivarum pruritus in infantibus et aphthas emendat. Ad summam vero cutem illitum nutritioni favet et a psydraciis corpus tuetur. Est et efficax contra inflammationes et duritias uteri id, quod neque putidum, neque vetustum est. Ad intestinorum difficultates et ulcerationes coli alvus eo eluitur. Iis remediis, quae pus genitura sunt, utiliter additur: maxime vero in nervorum, meningum, vesicae ac cervicis vulneribus. Id ipsum replet, purgat, et carnem creat; nec non et ab aspide morsis impositum prodest. Recens etiam opsoniis olei et placentis adipis vice admiscetur.

Colligitur vero fuligo ex butyro hunc in modum: In lucernam novam infusum butyrum accendito, ac operculo indito et fictili in modum siphunculi facto, superne quidem angusto, ima vero parte foramina ad clibani instar habente, cremari sinito: ac ubi primum absumtum fuerit

ἔα καίεσθαι· ὅταν δὲ ἀναλωθῇ τὸ πρῶτον βούτυρον, ἄλλο ἐπίχει καὶ ποίει τὸ αὐτὸ, ἕως ἂν, ὅσον πλῆθος βούλει, αἰθαλώσῃς, εἶτα ἀπόσυρον πτερῷ καὶ χρῶ. Δύναμιν δὲ ἔχει εἰς τὰ ὀφθαλμικὰ ξηραίνειν καὶ ἀποστύφειν· ἐφίστησι δὲ τὰ ῥεύματα, καὶ τὰ ἕλκη ἀπουλοῖ[68] ταχέως.

Κεφ. πβ΄. [Περὶ Ἐρίων.] Ἔρια ῥυπαρὰ[69] ἄριστα τὰ ἁπαλὰ, καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ τραχήλου καὶ τῶν μηρῶν· ἁρμόζοντα ἐν ἀρχῇ πρὸς τραύματα, θλάσματα, ἀποσύρματα, πελιώματα, ὀστῶν κατάγματα, βρεχόμενα ὄξει καὶ ἐλαίῳ ἢ οἴνῳ· δεκτικὰ γάρ ἐστι τῶν ἐμβρεγμάτων καὶ μαλακτικὰ διὰ τὸν οἴσυπον· ποιεῖ καὶ πρὸς κεφαλαλγίαν καὶ στομάχου πόνους καὶ παντὸς ἄλλου τόπου, σὺν ὄξει καὶ ῥοδίνῳ ἐπιτιθέμενον[70].

Κεφ. πγ΄. [Περὶ Ἐρίων κεκαυμένων.] Τὰ δὲ κεκαυμένα ἔρια δύναμιν ἔχει ἐσχαρωτικήν[71], ὑπερσαρκωμάτων

68) C. N. ἀναπληροῖ.

69) Sic Ald., cui respondet Paull. Aegin. et Galen. fac. simpl. 11, 29. Ἔρια τὰ μὲν ἔτι ῥυπαρὰ καὶ διὰ τοῦτο καλούμενα πρός τινων οἰσύπηρα. Asul., Cornar, Goupyl. et Saracen. οἰσύπηρα.

70) Singularis loco pluralis. Cf. Buttmann griech. Gramm. §. 129. N. 4. ἐπιτιθέμενον omittit cod. C.

71) Lacuna in veteri exempl. legit addita καθαρτικὴν, θερμαντικήν.

butyrum, aliud eadem facturus affundito, donec fuliginis quantum desideras coacervaveris; tandem penna deradito ac utitor. In ocularìis medicamentis vim habet exsiccandi et astringendi: fluxiones vero cohibet, et ulcera celeriter ad cicatricem perducit.

Cap. LXXXII. [*De Lanis.*] Lanae optimae sordidae molles et quae e collo feminibusque. Subveniunt inter initia vulneribus, contusis, desquamatis, lividis et ossium fracturis, aceto aut oleo ac vino imbutae. Siquidem liquores facile combibunt, quibus immerguntur, et propter adhaerentes sordes, oesypum vocant, emolliendi vim habent. Efficaces quoque sunt ad capitis, stomachi et alius cuiusvis partis dolores, si cum aceto et rosaceo imponantur.

Cap. LXXXIII. [*De Lanis ustis.*] Crematae vero lanae crustas inducendi, carnis luxuriem cohibendi, ulce-

σταλτικὴν, ἀπουλωτικὴν ἑλκῶν· καίεται δὲ καθαρὰ διαξανθέντα ἐν ὠμῇ χύτρᾳ, ὥςπερ τὰ λοιπά· τὸν δ' αὐτὸν τρόπον καὶ κροκύδες καίονται θαλασσίας πορφύρας. Τινὲς δὲ σὺν τῷ ῥύπῳ διαξάναντες τὰ ἔρια καὶ μέλιτι δεύσαντες, καίουσιν ὡςαύτως· ἄλλοι δὲ διαθέντες ὀβελίσκους ἐπὶ πλατυστόμου κεραμεοῦ ἀγγείου διεστῶτας ἀπ' ἀλλήλων, καὶ ἐπιτιθέντες σχίδακας δᾳδίων ἰσχνὰς καὶ ἐπάνω θέντες τὰ ἔρια διεξασμένα καὶ βεβρεγμένα ἐλαίῳ οὕτως, ὥςτε μὴ ἀποστάζειν, καὶ πάλιν σχίδακας καὶ ἔρια ἐναλλὰξ ἐπιτιθέντες[72], ἐκ τῶν δᾳδίων κούφως ὑφάπτουσι, καέντα[73] δὲ αἴρουσι, καὶ εἴτι λίπος ἢ πίττα ἐκ τῶν δᾳδίων ὑποῤῥεῖ, συναναιροῦνται καὶ ἀποτίθενται· πλύνεται δὲ εἰς τὰ ὀφθαλμικὰ ἐν κεραμέῳ κρατῆρι, ὕδατος ἐπιχεομένου καὶ καταρασσομένου εὐτόνως ταῖς χερσὶ, καὶ μετὰ τὸ ἀποκαταστῆναι ἀποχεομένου τοῦ ὑγροῦ καὶ ἄλλου ἐπιχεομένου καὶ πάλιν ἀναταρασσομένου, καὶ τοῦτο γίνεται[74], ἄχρις ἂν προςαγόμενον[75] τῇ γλώττῃ μὴ δάκνῃ, ποσῶς δὲ στύφῃ.

72) Ald. τιθέντες. 73) C. N. καέντες.
74) C. N. καὶ τούτου γενομένου.
75) Cf. not. 70.

raque ad cicatricem perducendi vim habent. Mundae et carptae in olla cruda ceterorum more uruntur. Quin et ad eumdem modum tomenta purpurae marinae cremantur. Nonnulli vero cum sordibus lanas carminant, quas, posteaquam melle irrigarunt, similiter urunt. Alii in fictili oris patuli verucula inter se distantia disponunt, ac tenues taedularum assulas insternunt: super his vero lanas ipsas componunt carptas et oleo ita imbutas, ut hoc ne destillet, rursumque assulas et lanas vicissim intersternunt: tandem leviter taedulas succendunt, ustumque cinerem tollunt. Quod si qua pinguedo aut pix e taedula defluxit, simul collecta reconditur. Ceterum lavatur ad oculorum medicamenta in fictili labello, addita aqua et manibus vehementer conturbata: cumque subsederit cinis, aqua effunditur, ac rursum affunditur alia pariterque conturbatur. Quod tamdiu fit, donec is admotus linguae minime mordeat, sed quodammodo astringat.

Κεφ. πδ'. [*Περὶ Οἰσύπου.*] *Οἴσυπος δὲ λέγεται τὸ ἐκ τῶν οἰσυπηρῶν ἐρίων λίπος· ὃ κατασκευάσεις οὕτως· λαβὼν ἔρια μαλακὰ οἰσυπηρὰ ἔκπλυνον μὴ*[76] *ἐστρουθισμένα θερμῷ ὕδατι, ἅμα ἐκθλίβων πᾶσαν τὴν ῥυπαρίαν, ἣν βαλὼν εἰς κρατῆρα πλατύστομον καὶ ἐπιχέας ὕδωρ ἀνάχει ἀρυτῆρι ταράσσων ῥαγδαίως*[77]*, ἕως ἂν ἀφρίσῃ· ἢ ξύλῳ ἀνατάρασσε εὐτόνως, μέχρις ἂν ὁ πολὺς ἀφρὸς καὶ ῥυπαρὸς συλλεγῇ, εἶτα κατάῤῥαινε θαλάσσῃ, καὶ ὅτε καταστῇ τὸ ἐπινηχόμενον λίπος, ἀναλάμβανε εἰς ἕτερον κεραμεοῦν ἀγγεῖον, ἐπιχέας τε ὕδωρ εἰς τὸν κρατῆρα, πάλιν τάρασσε καὶ κατάῤῥαινε τῇ θαλάσσῃ τὸν ἀφρὸν, καὶ ἀναλάμβανε· καὶ τὸ αὐτὸ ποίει, ἄχρις ἂν μηκέτι ἀφρὸς ἐφίστηται, δαπανηθέντος τοῦ λίπους. Τὸν μέντοι ἀνῃρημένον οἴσυπον τῇ χειρὶ μαλάξας, παραχρῆμα ἀναιροῦ, εἴ τινα ἔχει ἀκαθαρσίαν, στραγγίζων τὸ πρῶτον ὕδωρ καὶ ἄλλο ἐπιχέων καὶ κινῶν τῇ χειρὶ, ἄχρις ἂν προσαγόμενος*[78] *τῇ γλώττῃ μὴ δάκνῃ, ποσῶς δὲ στύφῃ, λιπαρὸς*

76) *Μὴ* sine dubio adiiciendum, propter sequens *ἀστρούθιστα:* dein quia et Plin. lib. 29. s. 10. et Aët. lib. 2. c. 118. et auctor libri de simpl. medic. ad Paternian. in Galen. opp. ed. Charter. vol. 13. p. 1003. sine struthio parare oesypum docent.

77) C. et Asulan. *ῥυπτῆρι ῥαγδαίῳ*, *purgatore vehementi*, sed verbum deest. Nostram lectionem Aldina habet et Sarac.

78) C. N. *ἄχρις ἂν καθαρὸς γινόμενος καὶ τῇ γλώττῃ μὴ δάκνῃ.*

Cap. LXXXIV. [*De Oesypo.*] Oesypum dicitur e succidis lanis collecta pinguitudo. Eam sic praeparabis: Lanas sumito molles, succidas, struthio non tractatas, aqua calida eluito. Hanc in labellum oris ampli coniicito, ac, ubi aquam affuderis, refunde ex haustro, vehementer conturbans, aut ligno valide agitato, dum spuma multa sordidaque colligatur, dein marina respergito. Ac ubi consederit, quod supernatabat, pingue, in alterum vas fictile recipito, et affusa in labellum aqua, hanc denuo agita, tumque marina spumam perfundito, ac demum excipito. Atque hoc tantisper facito, dum, consumta pinguitudine, non amplius spuma supersit. Collectum porro oesypum ubi manu subegeris, confestim, si qua insedit spurcitia, hanc tollito; guttatimque exclusa priore aqua, aliam affundito et manu misceto, donec admotum linguae oesypum

καὶ καθαρὸς[79] καὶ λευκὸς φανῇ· οὕτω δὲ ἀποτίθεσο εἰς ἀγγεῖον κεραμεοῦν· ἐν ἡλίῳ δὲ θερμῷ[80] γινέσθω πάντα· ἔνιοι δὲ διηθήσαντες τὸ λίπος πλύνουσιν ἐν ὕδατι ψυχρῷ, ταῖς χερσὶν ἀνατρίβοντες, ὡς τὴν κηρωτὴν αἱ γυναῖκες· γίνεται δὲ ὁ τοιοῦτος λευκότερος· οἱ δὲ πλύναντες τὰ ἔρια καὶ ἐκθλίψαντες τὸν ῥύπον, ἕψουσι μεθ' ὕδατος ἐν λέβητι πυρὶ κούφῳ, καὶ τὸ ἐφιστάμενον λίπος ἀφαιροῦντες πλύνουσιν ὕδατι, ὥσπερ εἴρηται· καὶ διϋλίσαντες εἰς λοπάδιον κεραμεοῦν, ἔχον ὕδωρ θερμὸν, λινῷ τε ῥάκει περιπωμάσαντες, τιθέασιν ἐν ἡλίῳ, μέχρις ἂν αὐτάρκως παχὺς καὶ λευκὸς γίνηται· ἔνιοι δὲ διὰ δύο ἡμερῶν ἀποχέοντες τὸ πρῶτον ὕδωρ, ἄλλο ἐπιχέουσιν· ἔστι δὲ βελτίων ὁ ἀστρούθιστος καὶ λεῖος, ὄζων ἐρίων οἰσυπηρῶν, ἀνατριβόμενός τε μεθ' ὕδατος ψυχροῦ ἐν μυάκι, καὶ λευκαινόμενος, καὶ οὐδὲν ἔχων ἐν ἑαυτῷ σκληρὸν ἢ συνεστηκὸς, ὥσπερ ὁ δολιζόμενος κηρωτῇ ἢ στέατι. Δύναμιν δ' ἔχει θερμαντικὴν, πληρωτικὴν ἑλκῶν, μαλακτικὴν, μάλιστα τῶν περὶ δακτύλιον καὶ ὑστέραν σὺν μελιλώτῳ

79) *Καὶ καθαρὸς* deest in Ald.

80) *Θερινῷ* maluit Sarac. ex Aëtio, ubi tamen *θερμῷ*.

minime mordeat, sed quodammodo astringat, ac pingue, purum candidumque appareat: tandem in fictili vase ita condito. Haec vero omnia in sole aestuoso fieri debent. Nonnulli excolatum pingue frigida aqua eluunt, et manibus, non secus atque ceratum mulieres, confricant: ita enim candidius redditur. Alii, postquam lanas lavarunt sordesque expresserunt, coquunt cum aqua in lebete levi igne, et supernatans pingue tollentes, aqua, ut dictum est, eluunt, excolatumque in fictilem patellam, quae calidam aquam continet, lineo panno operiunt, et soli exponunt, donec sat crassum et candidum evaserit. Nonnulli post biduum effusa priore aqua, aliam affundunt. Praestantius est, quod struthium non passum est, laeve, succidas lanas olens, quodque, dum in concha cum aqua frigida manu fricatur, albescit, nihilque in se durum et compactum habet, velut quod cerato aut adipe adulteratur. Vim habet calefaciendi, ulcera explendi emolliendique, maxime circa anum et vulvam, si cum meliloto et butyro misce-

καὶ βουτύρῳ· καὶ ἔμβρυα καὶ ἔμμηνα ἐν ἐρίῳ προςτιθέμενος ἄγει, πρός τε τὰ ἐν ὠσὶ καὶ ἐν αἰδοίῳ σὺν χηνείῳ στέατι· ποιεῖ δὲ καὶ εἰς περιβεβρωμένους κανθοὺς καὶ ψωρώδεις καὶ βλέφαρα τετυλωμένα καὶ τριχοῤῥοοῦντα· καίεται δὲ ἐπ' ὀστράκου καινοῦ, μέχρις ἂν τεφρωθὲν[81] *ἀποβάλῃ τὸ λίπος· συνάγεται δὲ καὶ λιγνὺς ἐξ αὐτοῦ, ὡς ὑπεδείξαμεν, ἁρμόζουσα πρὸς τὰ ὀφθαλμικά.*

Κεφ. πε'. [Περὶ Πιτύας.] Πιτύα λαγωοῦ ἁρμόζει σὺν[82] *οἴνῳ ὁλκῇ τριωβόλου πρὸς θηριοδήκτους καὶ κοιλιακοὺς καὶ δυςεντερικοὺς, καὶ πρὸς ῥοϊκὰς γυναῖκας, πρός τε αἵματος θρόμβωσιν καὶ ἀναγωγὰς τὰς ἐκ θώρακος· προςτιθεμένη τε μετὰ κάθαρσιν*[83] *τῇ μήτρᾳ μετὰ βουτύρου σύλληψιν ποιεῖ*[84]*· ποθεῖσα δὲ φθείρει ἔμβρυα, μετὰ δὲ τὴν ἄφεδρον ἀτόκιός ἐστιν· ἡ δὲ τοῦ ἵππου ὑπ' ἐνίων ἱππάκη καλουμένη, ἰδίως ἁρμόζει ἐπὶ κοιλιακῶν καὶ δυςεντερικῶν*[85]*·*

81) Aët. et Lacun. legerunt *πυρωθέν.*
82) Lacun. e vet. cod. addit *σὺν ὄξει ἢ.*
83) Lacun. addit: *καὶ μικρόν τι πρὸ τῆς συνουσίας.*
84) Lacun. *συλλήψει βοηθεῖ.* Cod. C. N. *συλλήψει συνεργεῖ.*
85) C. *κοιλιακοῖς καὶ δυςεντερικοῖς.*

tur. In vellere appositum partus mensesque evocat: valet et ad ulcera aurium ac pudendarum partium cum anserino adipe. Conducit et ad arrosos scabiososque oculorum angulos itemque palpebras callosas ac ciliorum defluvio laborantes. Ceterum in testa nova torretur oesypum, usque dum in cineres redactum pinguedinem amiserit. Ex ipso denique fuligo colligitur, quomodo praecepimus, quae ad ocularia medicamenta idonea est.

Cap. LXXXV. [*De coagulo.*] Leporis coagulum trium obolorum pondere ex vino confert ad venenatorum animalium morsus, item coeliacis, dysentericis ac mulieribus fluxu uterino laborantibus, praeterea ad grumos sanguinis et reiectiones e pectore. Post menstruam purgationem vulvae cum butyro appositum conceptionem adiuvat: potum vero idem fetus interimit, et post menstruum fluxum impedit conceptionem. At equi coagulum, nonnullis hippace dictum, privatim coeliacis dysentericisque

ἐρίφου δὲ καὶ ἀρνὸς καὶ νεβροῦ καὶ δορκάδος καὶ πλατυκέρωτος καὶ δόρκου καὶ ἐλάφου καὶ μόσχου καὶ βουβάλου ὁμοίαν ἔχουσι δύναμιν, ἁρμόζουσαι πρὸς ἀκονίτου πόσιν σὺν οἴνῳ λαμβανόμεναι, καὶ πρὸς γάλακτος θρόμβωσιν μετ' ὄξους· ἡ δὲ τοῦ νεβροῦ ἰδίως μετὰ τὰς καθάρσεις προστεθεῖσα ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας, ἀτόκιόν ἐστιν· ἡ δὲ τῆς φώκης ἔοικε κατὰ τὴν δύναμιν καστορίῳ· δοκεῖ δὲ ἁρμόζειν μάλιστα ἐπιληπτικοῖς καὶ ὑστερικαῖς πνιξὶ πινομένη· δοκιμάζεται δὲ, εἰ ἔστι φώκης, τὸν τρόπον τοῦτον· λαβὼν πιτύαν ζώου τινὸς, μάλιστα δὲ ἀρνὸς, καὶ ἐπιχέας ὕδωρ, ἔασον βραχὺν χρόνον, καὶ μετὰ ταῦτα ἐπίχει τὸ ἀπόβρεγμα κατὰ τῆς πιτύας τῆς φώκης· ἡ γὰρ ἀληθινὴ ἐξυδατοῦται ταχέως, ἡ δὲ μὴ τοιαύτη, διαμένει ὁμοία, λαμβάνεται δὲ ἐκ τῆς φώκης πιτύα μήπω δυναμένων συννήχεσθαι τῶν σκύμνων· κοινῶς δὲ πᾶσα πιτύα πήσσει μὲν τὰ διαλελυμένα, λύει δὲ τὰ συνεστῶτα.

Κεφ. πς'. [*Περὶ Στέατος.*] Στέαρ πρὸς μὲν τὰ περὶ μήτραν ἁρμόζει τὸ νεαρὸν, χήνειον ἢ ὀρνίθειον, καὶ δίχα ἁλῶν τεταριχευμένον· πολέμιον δὲ ὑστέρᾳ τὸ ἡλισμένον καὶ τὸ τῷ

convenit. Hoedi vero, agni et hinnuli, dorcadisque et damae, capreae etiam et cervi, itemque vituli ac bubali coagula similem habent efficaciam: siquidem contra haustum aconitum ex vino, et ad concretum lac ex aceto commode assumuntur. Peculiariter autem hinnuli coagulum, subditum a purgationibus ad triduum, conceptum impedit. Phocae vero coagulum pares castoreo vires obtinet, maxime vero comitialibus et ex utero strangulationibus in potu conferre creditur. Examini subiicitur, an sit phocae coagulum, hac ratione: Sumito alicuius alius animantis, praecipue vero agni coagulum, et affusa aqua paullisper linquito, postea aquam, in qua illud maduerit, phocae coagulo superinfundito. Genuinum illico in aquam liquescet: quod tale non est, simile sibi permanebit. Promitur autem coagulum e phoca, catulis nondum una cum matre natare valentibus. Omne omnino coagulum dissoluta cogit, ac coacta solvit.

Cap. LXXXVI. [*De Adipe.*] Adeps anserinus aut gallinaceus recens et sine sale conditus ad uteri vitia prod-

χρόνῳ μεταβεβληκὸς εἰς δριμύτητα· πρόςφατον δὲ λαβών τι τούτων καὶ ἐξυμενίσας, ἔμβαλε εἰς λοπάδα καινὴν κεραμέαν, δὶς τοσοῦτον χωροῦσαν ἢ ὅσον ἐστὶ τὸ μέλλον θεραπεύεσθαι, εἶτα θεὶς εἰς ὀξύτατον ἥλιον τὸ ἀγγεῖον κεκαλυμμένον ἐπιμελῶς[86], *τὸ ἀποτηκόμενον ἀπήθει εἰς ἕτερον ἀγγεῖον ὀστράκινον, ἕως ἂν πᾶν δαπανήσῃ· τοῦτο δὲ εἰς κατάψυχρον ἀποτίθεσο τόπον καὶ χρῶ· τινὲς δὲ ἀντὶ ἡλίου ὑπὲρ*[87] *ὕδατος θερμοῦ ἐπερείδονται τὴν λοπάδα, ἢ ἐπὶ λεπτῆς καὶ μαλακῆς ἀνθρακιᾶς*[88]*· ἔστι δὲ καὶ ἄλλος τρόπος θεραπείας τοιοῦτος· μετὰ τὸ ἐξυμενισθῆναι τὸ στέαρ λεαίνεται καὶ εἰς λοπάδα ἐμβληθὲν τήκεται ἁλὸς ὀλίγου καὶ λεπτοῦ προςεμπασθέντος*[89], *εἶτα διὰ ῥάκους λινοῦ διϋλισθὲν ἀποτίθεται· ἁρμόζει δὲ τὸ τοιοῦτον εἰς τὰ ἄκοπα.*

Κεφ. πζʹ. [Περὶ στέατος ὑείου καὶ ἀρκείου.][90] *Ὕειον δὲ καὶ ἄρκειον θεραπεύεται οὕτως· λαβὼν τὸ πρόςφατον καὶ*

86) C. N. *ὑπὸ χεῖρα* addunt. 87) C. N. *ἐπί*.

88) C. N. *πυρκαΐας*.

89) Sarac. recte sic; *προςεμπλασθέντος* vulgo.

90) Marcell. Vergil. iam *ἄρκειον* pro *ἄρνειον* esse ponendum censuit, probarunt etiam Sarac. et Matthiolus. Veram esse lectionem patet et e Serapione, qui c. 461. ipsa verba Diosc. transscribens ursinum habet adipem.

est. At sale conditus, quique acrimoniam vetustate contraxit, matrici inimicus est. Horum quempiam recentem membranulis exemtis in patinam novam fictilem coniicito, quae duplo tantumdem capiat, quantum est eius adipis, quem curari oportet. Dein ubi acerrimo soli vas diligenter opertum exposueris, eliquescentem inde humorem in alterum fictile vas excolato, donec omne absumtum sit. Eum liquorem loco valde frigido ad usum seponito. Sunt, qui insolationis vice patinam super calida aqua aut super tenui et elanguida pruna collocent. Est et alia curandi ratio sequens: Exemtis membranis teritur adeps et in patinam coniectus eliquatur, insuper asperso minuti salis momento, dein lineo colo transfusus reponitur. Talis apte additur ad ea medicamenta, quae fatigationem solvunt.

Cap. LXXXVII. [*De suillo et ursino adipe.*] Adeps autem suillus et ursinus tali modo curantur: Sumito re-

καταπίμελον, οἷόν ἐστι τὸ νεφριαῖον, εἰς ὕδωρ δαψιλὲς ὄμβριον ὡς ὅτι ψυχρότατον ἐξυμένισον, καὶ τρίβε ταῖς χερσὶν ἐπιμελῶς ἀνατρίβων αὐτὸ καὶ οἱονεὶ ἀναψήχων[91]· εἶτα ἑτέρῳ ὕδατι πολλάκις ἀποκλύσας, δὸς εἰς χύτραν κεραμέαν τὸ διπλάσιον χωροῦσαν· ἐπιχέας τὲ ὕδωρ, ὡς ὑπερέχειν τοῦ στέατος, θὲς ἐπὶ κούφης ἀνθρακιᾶς καὶ κίνει σπάθῃ· ὅταν δὲ τακῇ, διηθήσας αὐτὸ δι᾽ ἠθμοῦ εἰς ὕδωρ καὶ ἐάσας ψυγῆναι, πάλιν ἐστραγγισμένον ἐπιμελῶς ἀπόδος εἰς τὴν χύτραν προπεπλυμένην, ἐπιχέας τὲ ὕδωρ τῆξον πρᾴως, καὶ καθελὼν μικρόν τε ἐάσας τὴν τρύγα ὑποστῆναι, κατάχεε εἰς θυΐαν νενοτισμένην σπόγγῳ· ὅταν δὲ παγῇ, ἀνελόμενος, καὶ τὴν ἐν τῷ πυθμένι[92] ἀκαθαρσίαν ἀφελὼν, τῆξον ἐκ τρίτου χωρὶς ὕδατος καὶ κατεράσας εἰς θυΐαν, καθαρίσας τε ἔμβαλε εἰς κεραμεοῦν ἀγγεῖον καὶ πωμάσας ἀπόθου εἰς κατάψυχρον τόπον.

Κεφ. πη΄. [*Περὶ στέατος τραγείου καὶ προβατείου καὶ ἐλαφείου.*] *Τράγειον δὲ καὶ προβάτειον, ἔτι δὲ καὶ ἐλάφειον,*

91) Coniectura Saraceni pro vulg. *ἀναψύχων*. Lacuna invenit *ἀνατήκων*; cod. C. *ἀποψύχων*.

92) Omnes codd. et editt. habent *πρὸς* interpositum, quod cum Sambuco et Saraceno delendum esse censeo.

centem ac praepinguem, qualis est, qui iuxta renes est, et in largiorem aquam pluviam quam frigidissimam, exemtis pelliculis, immittito manibusque terito, ipsum diligenter fricans et quasi distringens. Dein, ubi nova aqua saepius ablueris, in ollam fictilem duplae capacitatis indito, atque affusa aqua, quae adipem superet, supra leves prunas ponito et spatha misceto. Postquam vero eliquatus fuerit, ipsum colo in aquam transfudito sinitoque refrigescere, tum sedulo et guttatim expressum in ollam aliam prius elotam rursum demittito infusaque aqua sensim eliquato. Inde detractum, ubi faecem paullisper subsidere permiseris, in pilam spongia madefactam coniicito. Ac ubi concreverit, sublatis, quae in fundo haeserint, sordibus, tertio tandem citra aquam eliquato et translatum postea in pilam, repurgatumque in fictile vas immittito, et operculo clausum loco perquam frigido reponito.

Cap. LXXXVIII. [*De sebo hircino, ovillo et cervino.*] Hircinum, ovinum insuperque cervinum sebum

Κεφ. ρϛϛ΄. [Περὶ Δρακοντίας μικρᾶς[40].] Δρακοντία ἑτέρα[41] ἔχει φύλλα κισσοειδῆ, μεγάλα, σπίλους ἔχοντα λευκοὺς, καυλὸν δὲ ὀρθὸν, δίπηχυν, ποικίλον, ὀφιοειδῆ, διαπόρφυρον τοῖς σπίλοις, βακτηρίας τὸ πάχος· καρπὸς δὲ ἐπ᾽ ἄκρου βοτρυώδης, χρώματι τὸ μὲν πρῶτον χλοώδης, πεπανθεὶς δὲ κροκίζων, ἐπιδάκνων τὴν γεῦσιν· ῥίζα ποσῶς στρογγύλη, βολβοειδὴς, ὁμοία ἄρῳ, φλοιὸν ἔχουσα λεπτόν· φύεται ἐν συσκίοις περιφραγμοῖς καὶ αἱμασιαῖς[42]. Δύναμιν δὲ ἔχει ὁ καρπὸς χυλισθεὶς, καὶ ἐγχυματισθεὶς μετ᾽ ἐλαίου εἰς τὸ οὖς, ὠταλγίαν παύειν· εἰς δὲ τὰς ῥῖνας προςτιθέμενος ἐν ἐρίῳ, πολύπουν δαπανᾷν· καταχριόμενος δὲ στέλλειν καρκινώματα· ποθέντες δὲ ὅσον λ΄ κόκκοι μετὰ ὀξυκράτου ἐξαμβλώσκουσι· καὶ τὴν ὀσμὴν δέ φασι μετὰ τὸν μαρασμὸν τῆς ἀνθήσεως τῶν ἄρτι συνειλημμένων ἐμβρύων φθαρτικὸν εἶναι· ἡ δὲ ῥίζα

40) Sic inscribitur in Ald., Oribas. et Serap. *Δρακοντίου* apud Asulan., Marcell. et sequ.

41) *Δρακόντιον* Asul., Marc. et sequ.

42) Sic Oribas., Ald., Marcell., Asulan.; *περὶ φραγμοὺς καὶ αἱμασίας* Cornar., Goupyl., Sarac.

confricuerint, aut radicem ipsam gestent, neutiquam a vipera morderi.

Cap. CXCVI. [*De Dracontia minore.*] Dracontia altera habet folia hederacea, magna, albis notata maculis, caulem vero rectum, bicubitalem, anguium more variegatum, maculis sparsum purpureis, baculi crassitudine. Fructus est in summo racemosus, colore primum quidem herbaceo, sed cum ematuruit, in croceum vergente, sapore mordax. Radix quadantenus rotunda, bulbosa, aro similis, tenui vestita cortice. Expressus e semine succus cum oleo in aurem infusus aurium dolores tollit. Naribus etiam ex vellere inditus polypum absumit. Sed et carcinomata illita sistit. Eius autem grana triginta si in posca bibuntur, abortum inferunt. Quin et odorem aiunt, postquam marcuerint flores, recens conceptos fetus enecare. Radix vero calefaciens humores in pectore haerentes ex-

θερμαντικὴ οὖσα[43] τὰ ἐν θώρακι ὑγρὰ εὐανάγωγα[44] ποιεῖ, ἑφθή τε καὶ ὀπτὴ μετὰ μέλιτος βιβρωσκομένη[45]. Τυρός τε ἐνειλούμενος τοῖς φύλλοις, ἄσηπτος διαμένει. Λαχανεύεται δὲ ἡ ῥίζα καὶ πρὸς τὴν ἐν ὑγείᾳ χρῆσιν, ἑφθή τε καὶ ὠμὴ ἐσθιομένη· οἱ δὲ ἐν ταῖς Γυμνήτισι νήσοις, καλουμέναις δὲ Βαλεαρίσιν[46], ἑφθὴν τὴν ῥίζαν μιγνύντες μέλιτι πολλῷ ἐν τοῖς συνδείπνοις ἀντὶ πλακούντων παρατιθέασιν[47].

Κεφ. ρϛζ′. [Περὶ Ἄρου.] Ἄρον, τὸ καλούμενον παρὰ Σύροις λούφα, [οἱ μὲν ἄλιμον, οἱ δὲ θύμον, οἱ δὲ δρακοντίαν[48], ὃ οἱ Κύπριοι καὶ κολοκάσσιον καλοῦσι·] φύλλα ἀνίησιν ὅμοια τοῖς τοῦ δρακοντίου, μικρότερα[49] δὲ καὶ ἀσπιλότερα[50], καυλὸν σπιθαμιαῖον, ὑποπόρφυρον[51], ὑπεροειδῆ·

43) Vulgo hic repetuntur de usu *δρακοντίας μεγάλης πρὸς ὀρθοπνοϊκούς κ. τ. λ.*

44) Sic Ald.; *ἀνάγωγα* Asulan., Marcell.

45) Iterum repetuntur e priori capite: *ποθεῖσα — χίμετλα ἔχουσα.*

46) Vulgo *Καλλαρίσιν*, facili commutatione cum *Καλάρει* s. *Καράλει τῆς Σάρδονος.* Strabo lib. 5, p. 137. Serap. *Insulae, quae dicitur Amenidas.* Legit enim عمنتى loco غمنتى.

47) Hic denique paullo mutatis repetuntur, quae de radicis effossione et praeparatione in cap. priori tradebantur. Serapion ordine prioris capitis interpretatur.

48) *Δρακοντίας μικρᾶς* nomine descripsisse id Cratevam, Anguillara testatur, et iisdem fere verbis, quibus Dioscorides.

49) Sic Oribas., Serap., Sarac.; *μακρότερα* Ald., Asul., Cornar., Marcell., Goupyl.

50) C. *ἀσπίλωτα.*

51) Oribas. et C. *ὑπόπυῤῥον.*

screatu faciles reddit, si cocta aut assa cum melle comeditur. Ceterum caseus foliis involutus a putredine servatur immunis. Oleris vice et radix recipitur cruda vel cocta ad usum in secunda valetudine. Incolae Gymnasiarum insularum, quas et Baleares vocant, coctam radicem cum multo melle placentarum loco in conviviis apponunt.

Cap. CXCVII. [*De Aro.*] Arum, apud Syros Lufa dictum [alii alimon, alii thymon vocant aut dracontiam, Cyprii etiam colocassium] folia emittit dracunculi, sed minora et minus maculosa: caulem spithameum, subpurpureum ac pistilli forma, in cuius summo fructus est in

ἐφ' οὗ ὁ καρπὸς κροκίζων [52]· ῥίζα λευκὴ πρὸς τὴν τοῦ δρακοντίου [53], ἥτις καὶ ἐσθίεται ἑψομένη, ἧττον οὖσα δριμεῖα· ταριχεύεται δὲ τὰ φύλλα εἰς βρῶσιν, καὶ καθ' ἑαυτὰ [54] ξηρανθέντα ἑψόμενα ἐσθίεται. Δύναμιν δ' ἔχει ἡ ῥίζα καὶ τὸ σπέρμα καὶ τὰ φύλλα τὴν αὐτὴν τῷ δρακοντίῳ· ποιεῖ δὲ ἡ ῥίζα καταπλασσομένη σὺν βολβίτῳ ἐπὶ ποδαγρικῶν· ἀποτίθεται δὲ ὡς ἡ τοῦ δρακοντίου· καὶ καθόλου ἐστὶ διὰ τὸ μὴ λίαν δριμὺ, ἐδώδιμος.

Κεφ. ρϛη'. [Περὶ Ἀρισάρου.] Ἀρίσαρον ἐστὶ μικρὸν βοτάνιον, ῥίζαν ἔχον ὡς ἐλαίας· ἐστι δὲ δριμυτέρα [55] τοῦ ἄρου, ὅθεν νομὰς ἵστησι καταπλασσομένη· κολλύριά τε πρὸς σύριγγας ἐνεργῆ [56] ἐξ αὐτῆς γίνεται· φθείρει δὲ καὶ αἰδοῖον παντὸς ζώου ἐντεθεῖσα [57].

Κεφ. ρϛθ'. [Περὶ Ἀσφοδέλου.] Ἀσφόδελος [οἱ δὲ ναρθήκιον, Ῥωμαῖοι ἀλβούκιουμ [58]] φυτὸν τοῖς πλείστοις [59]

52) In marg. cod. C. ὡς ἐλαίας καρπὸς τὸ μέγεθος.

53) C. ἢ κρομμύου λευκοῦ.

54) Sic Oribas., Serap., Ald. C. et N. καθ' ἑαυτὰ omittunt.

55) Sic Cornar., Goupyl. et Sarac.; δριμύτερον Ald., Asulan. et Marcell.

56) Sic Cornar., Goupyl. et Sarac.; ἐναργῆ Ald., Asulan. et Marcell.

57) Sic Asulan. et qui sequuntur; καταπλασθεῖσα ἡ ῥίζα Ald.

58) C. Ἀφροὶ κῦρα addit.

59) C. πλείοσιν.

croceum colorem inclinans. Radix alba, ad dracunculi radicem accedens, quae itidem cocta estur, cum minus acris sit. Folia vero ad esum condiuntur, et arida per se decocta manduntur. Vim habent radix, semina ac folia eamdem, quam dracontia. Radix cum fimo bubulo cataplasmatis vice imposita podagricis prodest. Ceterum eodem, quo dracontiae radix, modo reconditur, ac in summa ob mitiorem, qua praedita est, acrimoniam, esui aptior est.

Cap. CXCVIII. [*De Arisaro.*] Arisarum plantula exilis est, cuius radix olivam refert. Est autem aro acrior, unde illita ulcera depascentia sistit. Ex eadem collyria concinnantur ad fistulas efficacia. Ceterum indita cuiusvis animalis genitale corrumpit.

Cap. CXCIX. [*De Asphodelo.*] Asphodelus, [quam alii narthecium, Romani albucum vocant] planta est ple-

γνώριμον, φύλλα ἔχων πράσῳ μεγάλῳ ὅμοια, καυλὸν δὲ λεῖον, ἔχοντα ἐπ᾽ ἄκρου ἄνθος, καλούμενον ἀνθέρικόν· ῥίζαι δὲ ὕπεισιν ἐπιμήκεις, στρογγύλαι[60], βαλάνοις ὅμοιαι, δριμεῖαι κατὰ τὴν γεῦσιν, καὶ τὴν δύναμιν θερμαντικαί· κινοῦσι δὲ καὶ οὔρησιν, καὶ ἔμμηνα ποθεῖσαι· ἰῶνται[61] καὶ πλευρᾶς ἀλγήματα καὶ βῆχας καὶ σπάσματα καὶ ῥήγματα < α΄ πλῆθος τῆς ῥίζης ἐν οἴνῳ πινομένης· ποιεῖ δὲ καὶ εὐεμεστέρους ὅσον ἀστράγαλος βρωθεῖσα[62], καὶ ἑρπετοδήκτοις δίδοται ὠφελίμως, ὅσον < γ΄ τὸ πλῆθος· καταπλάττειν δὲ δεῖ τὰ δήγματα τοῖς τε φύλλοις καὶ τῇ ῥίζῃ καὶ τοῖς ἄνθεσι σὺν οἴνῳ· καὶ τὰ ῥυπαρὰ καὶ νεμόμενα ἕλκη, καὶ μαστῶν καὶ διδύμων φλεγμονὰς, καὶ φύματα καὶ δοθιῆνας, συγκαθεψομένης τρυγὸς οἴνου τῇ ῥίζῃ· πρὸς δὲ τὰς προςφάτους φλεγμονὰς μετ᾽ ἀλφίτου· ὁ δὲ χυλὸς τῆς ῥίζης προςλαβὼν οἴνου παλαιοῦ γλυκέος καὶ σμύρνης καὶ κρόκου, συνεψηθέντων[63] ἐπὶ τὸ αὐτὸ, ἔγχριστον[64] γίνεται ὀφθαλμοῖς φάρμακον· καὶ

60) C. ὑπομήκεις, ὑποστρογγύλαι.

61) Sic Ald., Asulan., Marc.; ἶᾶται Cornar., Goupyl., Sarac. Deest in C.

62) Sic Ald., Asulan., Marcell.; βρωθεὶς Cornar., Goupyl., Sarac.

63) Sic Cornar., Goupyl. et Sarac.; συνεψηθέντα Ald., Asulan., Marcell.

64) C. ἐνάρετον.

risque nota, foliis porri maiori similibus, caule vero laevi, qui in summo florem gerit, antherici nomine. Radices subsunt oblongae, teretes, glandibus similes, gustu acres et vi calefaciente praeditae. Epotae menstrua urinasque pellunt. Medentur et lateris doloribus, tussibus, convulsis ac ruptis, drachmae pondere in vino potae. Vomitiones asphodelus adiuvat, tali lusorii mole in cibo sumtus. Utiliter etiam tribus drachmis datur a serpente demorsis: sed vulneribus ex morsu folia, radicem floresque ex vino illini oportet. Item sordidis ac depascentibus ulceribus, mammarum testiumque inflammationibus, tuberculis furunculisque una cum vini faece decocta, recentibus autem inflammationibus ex polenta auxiliatur. At ex radicis succo, additis vetere vino dulci, myrrha et croco, ita ut simul omnia decoquantur, illinendis oculis fit medicamen-

πρὸς ὦτα πυοῤῥοοῦντα καθ' ἑαυτὸν καὶ σὺν λιβανωτῷ καὶ μέλιτι καὶ οἴνῳ καὶ σμύρνῃ χλιανθεὶς[65] ἁρμόζει· ὀδονταλγίας τε καθ' ἑαυτὸν ἐγχυθεὶς ὁ χυλὸς τῷ ἀντικειμένῳ ὠτίῳ, πραΰνει· καεῖσα δὲ ἡ ῥίζα, τῆς τέφρας ἐπιπλασσομένης, ἀλωπεκίας δασύνει· ἑψηθὲν δ' ἔλαιον ἐν κεκοιλωμέναις[66] ταῖς ῥίζαις ἐπὶ πυρὸς, εἱλκωμένας χιμέτλας καὶ πυρίκαυστα ἐπαλειφόμενον ὠφελεῖ, καὶ ὠταλγιῶσι[67] βοηθεῖ, ἐγχεόμενον εἰς τὸ οὖς· ἀλφόν τε λευκὸν[68] προανατριφέντα ὀθονίῳ ἐν ἡλίῳ, καταχρισθεῖσα ἡ ῥίζα σμήχει· ὁ δὲ καρπὸς καὶ τὰ ἄνθη κατ' ἐξοχὴν σκολοπένδρων καὶ σκορπίων ἀντιφάρμακόν ἐστιν, ἐν οἴνῳ ποθέντα· ταράττει[69] δὲ καὶ τὴν κοιλίαν.

[Ἐν ἄλλῳ[70]. Ἀνθεῖ δὲ ἐν πυραμητῷ· χρὴ δὲ τὸν λευκὸν ἀσφόδελον τέμνεσθαι κατὰ τὴν ἰσημερίαν ἐν ἔαρι, πρὸ τοῦ τὸν καρπὸν αὐξηθῆναι· τὴν δὲ ῥίζαν πινομένην, ἀνορέκτους φασὶ ποιεῖν πρὸς ἀφροδίσια· καὶ Κρατεύας δὲ ὁ ῥι-

65) Sic Serap., Asul. et rell.; λεανθεὶς Ald. et C.

66) Ald. et C. συνεψηθὲν δ' ἔλαιον ἐκτιλλομέναις ταῖς ῥίζαις. Nobiscum Serapion legit.

67) Asulan. et posteriores ὠταλγιώσει. Congruit Serap. Κωφώσει Ald. et C.

68) C. addit πυκνῶς.

69) Sic Lacuna, qui cum Plinio et Serap. congruit; καταῤῥήττει vulgo.

70) Sic Ald.

tum. Idem ad puris effluvia ex auribus per se et cum ture, melle, vino ac myrrha tepefactus prodest: dentium vero dolores mitigat, oppositae auri per se instillatus. Cinis e cremata radice calvitiem illitu hirsutam facit. Oleum in excavatis radicibus super igne coctum ulceratis pernionibus et ambustis delibatum confert, et aurium dolori infusum auri opitulatur. Vitiliginem albam, ad solem linteolo ante perfrictam, illita radix emaculat. Ceterum semen et flores, si in vino bibantur, prae ceteris egregie scolopendrae et scorpionum ictibus adversantur. Sed et alvum perturbant.

[Ex alio codice. Floret messis tempore. Oportet autem asphodelus albus post aequinoctium vernum demetiatur, priusquam fructus augescat. Radicem potam rerum venerearum cupidini resistere dicunt. Id ipsum Crate-

ζοτομικὸς τὰ αὐτὰ εἶπε[71], καὶ ὅτι θεραπεύει ἡ ῥίζα πινομένη μετ' οἴνου δραχμῇ μιᾷ ποδάγρας ἀλγήματα.]

Κεφ. σʹ. [Περὶ Βολβοῦ ἐδωδίμου.] Βολβὸς ἐδώδιμος, γνώριμος πᾶσιν, ὃν ἐσθίομεν, εὐστόμαχος, εὐκοίλιος πυῤῥὸς καὶ ἀπὸ Λιβύης[72] κομιζόμενος· ὁ δὲ πικρὸς καὶ σκιλλώδης εὐστομαχώτερος, πεπτικός[73]· πάντες δὲ δριμεῖς καὶ θερμαντικοί· καὶ πρὸς συνουσίαν παρορμῶντες, τραχύνοντες γλῶσσαν καὶ παρίσθμια, πολύτροφοι, σαρκῶν γεννητικοὶ, ἐμπνευματοῦντες· ποιοῦσι δὲ καταπλασσόμενοι πρὸς στρέμματα[74], θλάσματα, σκόλοπας, καὶ πρὸς τὰς τῶν ἄρθρων ὀδύνας, γαγγραίνας τε καὶ ποδάγρας σὺν μέλιτι καὶ καθ' ἑαυτοὺς· καὶ τὰ ἐπὶ τῶν ὑδρωπικῶν οἰδήματα καὶ κυνόδηκτα· ὁμοίως σὺν μέλιτι καὶ πεπέρει λείῳ καταπλασθέντες στομάχου ὀδύνας παύουσι[75]· καὶ πίτυρα καὶ ἀχῶρας ἀποσμήχουσι σὺν ὀπτῷ νίτρῳ· καθαίρουσι δὲ καὶ ὑπώπια καὶ ἰόνθους,

71) C. e Crateva pleraque repetit, quae supra legimus, praeterea capitulum e Galeno de asphodelo.

72) C. γῆς.

73) Suspicor, plura esse inserta spuria. Sic enim Serapion legisse videtur: Ὁ δὲ πυῤῥός ἐστιν εὐστόμαχος καὶ πικρὸς, κρείττων γλυκέος, ὅτι πεπτικός.

74) C. πάλματα.

75) Sic Serap.; Ald. interponit: καταπλ. ἐπέχουσιν ὀδύνας καὶ στομάχων. Asulan. cum rell. ἐπέχουσιν ὑδρώτας; Sarac. ἱδρώτας.

vas herbarius asseverat, praetereaque sanare podagrae dolores, si drachmae pondere cum vino bibatur.]

Cap. CC. [*De Bulbo esculento.*] Bulbus esculentus, quo vescimur, vulgo cognitus est. Stomacho et alvo utilis rufus, quique ex Africa defertur. Amarus et scillae similis stomacho aptior est, et concoctionem adiuvat. Bulbi autem omnes acres sunt et calefaciunt. Venerem stimulant, linguam et tonsillas exasperant, plus alimenti subministrant, et carnem generant et flatus. Illiti vero efficaces sunt ad contorta, contusa, infixa spicula et articulorum dolores, itemque ad gangraenas et podagras cum melle ac per se. Valent et ad hydropicorum oedemata et canum morsus; cum melle ac pipere trito similiter impositi stomachi dolores compescunt. Quin et furfures et achores cum nitro tosto abstergunt. Sub oculis sugillata varosque

καθ' ἑαυτοὺς ἢ σὺν ὠοῦ λεκύθῳ καὶ φακοὺς σὺν μέλιτι ἢ ὄξει· πρὸς δὲ ὤτων θλάσματα σὺν ἀλφίτῳ, καὶ πρὸς θλάσεις ὀνύχων· ἀφαιροῦσι δὲ καὶ σῦκας ὀπτηθέντες ἐν θερμοσποδιᾷ, καὶ μετὰ μαινάδων κεφαλῶν κεκαυμένων ἐπιτεθέντες· καέντες δὲ καὶ μιγέντες ἁλκυονίῳ ἔφηλιν καὶ οὐλὰς μελαίνας ἀποκαθαίρουσιν, ἐν ἡλίῳ καταχριόμενοι· σὺν ὄξει δὲ ἑφθοὶ βιβρωσκόμενοι ποιοῦσι πρὸς ῥήγματα· φυλάσσεσθαι δὲ αὐτῶν τὸ πλῆθος ἐν τῇ βρώσει δεῖ διὰ τὸ ἅπτεσθαι τοῦ νευρώδους· [ἑφθὸς δὲ σὺν ἀλφίτῳ καὶ στέατι χοιρείῳ προστεθεὶς οἰδήματα καὶ φύματα συντόμως ἐκπυΐσκει καὶ διαῤῥήσσει.]

Κεφ. σα'. [Περὶ Βολβοῦ ἐμετικοῦ.] Βολβὸς ὁ καλούμενος ἐμετικὸς ἔχει τὰ φύλλα ἱμαντωδέστερα καὶ πολλῷ μακρότερα τοῦ ἐδωδίμου, ῥίζαν ἐοικυῖαν βολβῷ, περὶ ὃν φλοιὸς μέλας[76]· αὕτη ἐσθιομένη καθ' αὑτὴν καὶ τὸ ἀφέψημα αὐτῆς πινόμενον τὰ περὶ κύστιν ἴᾶται[77] καὶ ἔμετον κινεῖ.

Κεφ. σβ'. [Περὶ Σκίλλης.] Σκίλλα δύναμιν ἔχει δριμεῖαν καὶ πυρωτικήν· πολύχρηστος δὲ γίνεται ὀπτηθεῖσα·

76) Sic Oribas., Serap., Asulan., Marcell. et rell.; *μέγας* C. et Ald.
77) Haec *τὰ — ἴᾶται* desunt in Serap. et C.

per se aut ex ovi vitello, itemque lentigines cum melle et aceto emendant. Auribus unguibusque contusis ex polenta medentur. Ficos iidem tollunt in calidis cineribus torrefacti et cum ustis maenarum capitibus impositi. Cremati vero et cum alcyonia permixti contractas a sole maculas et cicatrices nigras in sole illiti emaculant. Faciunt et ad rupta, si cum aceto elixi edantur. Ceterum ab eorum usu largiore cavendum, quoniam nervosas partes tentant. [Coctus cum polenta bulbus et cum adipe suillo appositus tumores ac tubercula expeditius ad suppurationem perducit ac rumpit.]

Cap. CCI. [*De Bulbo vomitorio.*] Bulbus, quem vomitorium vocant, folia habet magis lora referentia et longiora vesco, radicem bulbo similem, cortice nigro cinctam. Ea per se comesta, itemque ipsius decoctum potum vesicae vitiis medentur, ac vomitiones movent.

Cap. CCII. [*De Scilla.*] Scilla vim habet acrem et urentem. Assata vero ad plurimos usus accommodata

σταιτὶ[78] *δὲ ἢ πηλῷ περιπλάσσεται καὶ δίδοται εἰς κλίβανον, ἢ ἄνθραξιν*[79] *μέχρις ἂν ὀπτηθῇ ἱκανῶς τὸ περικείμενον σταῖς. οὗ περιαιρεθέντος, εἰ μὴ τακερὰ*[80] *γέγονεν, ἕτερον σταῖς ἢ πηλὸν περιπλάσαντες τὰ αὐτὰ ποιήσομεν· ἡ γὰρ μὴ οὕτως ὀπτηθεῖσα, βλαβερὰ τὴν δόσιν, πρὸς τὰ ἐντόσθια μάλιστα προσφερομένη· ὀπτᾶται δὲ καὶ ἐν χύτρᾳ πεπωμασμένῃ καὶ καθιεμένῃ εἰς κλίβανον· λαμβάνεται δὲ αὐτῆς τὸ μεσαίτατον τῶν ἔξωθεν περιαιρουμένων. Καὶ ἕψεται δὲ ἐντμηθεῖσα, ἀποχεομένου τοῦ πρώτου ὕδατος, ἑτέρου τε ἐπιχεομένου, ἄχρις ἂν μὴ πικρὸν ἢ δριμὺ γένηται τὸ ὕδωρ· καὶ*[81] *ξηραίνεται δὲ ἐν σκιᾷ τμηθεῖσα καὶ διαιρεθεῖσα λιναρίῳ*[82]*, ὡς μὴ ἅπτεσθαι ἀλλήλων τοὺς τόμους· τῇ μὲν οὖν τμητῇ εἰς ἔλαιον καὶ οἶνον καὶ ὄξος σκιλλητικὸν χρώμεθα· πρὸς δὲ ῥαγάδας τὰς ἐν ποσὶ τὸ ἔνδον τῆς ὠμῆς σὺν ἐλαίῳ ζεσθὲν ἢ σὺν τῇ ῥητίνῃ τηχθὲν ἐπιτίθεται· ἐχιοδήκτοις δὲ κατάπλασμα, ἑψηθεῖσα σὺν ὄξει· τῆς δὲ ὀπτῆς πρὸς ἓν μέρος τῆς σκίλλης, συνεκ-*

78) C. *σταλτική· στέατι δὲ περιπλάσσεται.*
79) C. *εἰς κάμινον καὶ εἰς ἀνθρακιὰν ἐγκρ.*
80) Sic cod. N.; *τακηρά* rell.
81) C. N. *πρῶτον* loco *καί.*
82) C. *διαβληθεῖσα λίνῳ.*

est. Farina subacta lutove oblinitur et in clibanum coniicitur, aut prunis obruitur, donec ambiens crusta satis tosta fuerit. Hac detracta, nisi scilla prorsus tenera evaserit, iterum nova farina subacta aut luto obducitur, et eadem, quae prius, fiunt. Quae enim non sic assata fuerit, noxia fit, si intus sumatur. Torretur et in olla operculata et in furnum demissa. Ex ea vero recipitur, quod intimum est, direptis exterioribus tunicis. Sed et concisa elixatur, mutata saepius aqua, tantisper, dum in ipsa aqua neque amaritudo ulla, neque acrimonia percipiatur. Denique et in umbra siccatur frustatim consecta linoque traiecta, (provisis tamen interstitiis) ne semet taleolae contingant. Et his quidem segmentis ad oleum, vinum et acetum scilliticum utimur. At vero ad pedum rimas interna pars crudae scillae in oleo fervefacta cum resina liquata imponitur. A vipera demorsis in aceto decocta cataplasmatis vice adhibetur. Ad singulas tostae scillae

λεάναντες[83] ἁλῶν ὀπτῶν μέρη ὀκτὼ, δίδωμεν κοχλιάριον ἓν ἢ δύο νήστεσι πρὸς μάλαξιν κοιλίας· εἰς ποτήματά τε καὶ ἀρωματικὰς[84] δυνάμεις, καὶ ἐφ᾽ ὧν οὔρησιν κινῆσαι θέλομεν, καὶ ἐπὶ ὑδρωπικῶν καὶ στομαχικῶν, οἷς ἐπιπολάζει τὰ σιτία, καὶ ἐπὶ ἰκτέρου, στροφουμένων, βηττόντων χρονίως, ἀσθματικῶν, ἀναφορικῶν· αὐτάρκης δὲ ὁλκὴ τριωβόλου σὺν μέλιτι ἐκλειχθεῖσα[85]· καὶ συγκαθέψεται δὲ τῷ μέλιτι, καὶ βιβρώσκεται πρὸς τὰ αὐτὰ, μάλιστα πέψει συνεργοῦσα· ἄγει δὲ γλοιῶδες κατὰ κοιλίαν· ἑφθὴ δὲ πρὸς τὰ αὐτὰ ποιεῖ, ὁμοίως λαμβανομένη· φυλάττεσθαι δὲ καὶ αὐτῆς τὴν δόσιν δεῖ, ἐφ᾽ ὧν ἑλκωσίς τίς ἐστιν ἐντός· ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς ἀκροχορδόνας καὶ χίμετλα ἐγχρισθεῖσα ὀπτή· τὸ δὲ σπέρμα αὐτῆς λεῖον ἀναληφθὲν ἐν ἰσχάδι ἢ μέλιτι καὶ βρωθὲν, μαλάσσει κοιλίαν. Ἔστι δὲ καὶ ἀλεξιφάρμακον ὅλη πρὸ τῶν θυρῶν[86] κρεμαμένη.

83) C. προςεκλεάναντες.

84) Marcellus coniecit ἀραιωτικάς: sed et Serap. et codd. omnes in nostra lect. congruunt.

85) C. ἐκθλιβεῖσα.

86) C. πυλῶν.

partes, adiectis octonis triti tostique salis, cochlear unum aut alterum ieiunis exhibemus, emolliendae alvi gratia. In potiones quoque et aromaticas compositiones addita iis prodest, quibus urinam ciere cupimus, itemque hydropicis et ventriculo (ita) laborantibus, ut cibus (citra digestionem) innatet, regio etiam morbo vexatis et torminosis, tussi vetere infestatis, anhelantibus et sanguinem exscreantibus. Pondus vero ternum obolorum ex melle delingi sat est. Coquitur et in melle esturve in eosdem usus, concoctionem plurimum adiuvans. Viscida excrementa per alvum ducit. Sed et elixa simili modo sumta eosdem praebet effectus. Verum tamen cavendus est ipsius usus, si quae interna ulcerata sunt. Quin et tosta ad pensiles verrucas et perniones efficaciter illinitur. Ipsius vero semen tritum, carica aut melle exceptum ac devoratum, alvum emollit. Est et tota pro foribus suspensa alexipharmacon.

Κεφ. σγ'. [*Περὶ Παγκρατίου.*] [87] *Παγκράτιον*, οἱ δὲ καὶ τοῦτο σκίλλαν ὀνομάζουσι, ῥίζα ἐστὶ βολβῷ μεγάλῳ [88] ὅμοια, ὑπόπυῤῥος [89] ἢ ὑποπόρφυρος, πικρὰ καὶ πυρώδης τὴν γεῦσιν, φύλλα κρίνῳ ὅμοια, μακρότερα δέ· ἔχει δὲ δύναμιν τὴν αὐτὴν ἡ ῥίζα [90] τῇ σκίλλῃ καὶ σκευασίαν καὶ δόσιν, ποιοῦσαν ἐπὶ τῶν αὐτῶν παθῶν· ἐπιεικεστέρα μέντοι τῆς σκίλλης ἡ ταύτης δύναμις· ὅθεν καὶ χυλιζομένη ἡ ῥίζα ταύτης, μιγνυμένη τε ὀροβίνῳ ἀλεύρῳ καὶ ἀναπλασσομένη εἰς ἀρτίσκους δίδοται σὺν ὑδρομέλιτι σπληνικοῖς καὶ ὑδρωπικοῖς ὠφελίμως.

Κεφ. σδ'. [*Περὶ Καππάρεως.*] *Κάππαρις* [οἱ δὲ κυνόσβατος, οἱ δὲ καπρία, οἱ δὲ κόρακος μῆλον, οἱ δὲ ὀφιόσκορδον, οἱ δὲ φυλλοστάφυλον, οἱ δὲ θαλλίαν, οἱ δὲ πετραίαν, οἱ δὲ ὁλόφυτον, οἱ δὲ ἰωνίτην, οἱ δὲ ὀλιγόχλωρον, οἱ δὲ ἀκόνιτον [91], οἱ δὲ ἱππομανὲς, οἱ δὲ τριχομανὲς, προφῆται πότερα, οἱ δὲ πεύτερον, οἱ δὲ καρδία λύκου, οἱ δὲ ἁλοσκόροδον [92], οἱ δὲ κρίνον, οἱ δὲ θλάσπιν, Ῥωμαῖοι

87) C. anteponit *Ἡράκλιον ἢ*.
88) C. N. *μεγάλῳ* carent.
89) *ὑποπύῤῥῳ* carent codd. C. N. Oribas. non habet *ὑποπόρφυρος*.
90) Sic C. N.; alii omittunt *ἡ ῥίζα*.
91) Sic cod. N. et Cornar.; *ἀκόντων* Ald., Asul., Marcell.
92) Sic Sarac.; *ἀλλόσκορδον* Ald. et Marcell.; *ἀλόσκορδον* Asulan., Cornar., Goupyl.

Cap. CCIII. [*De Pancratio.*] Pancratium, quod nonnulli etiam scillam appellant, radice est magno bulbo simili, subrufa aut subpurpurea, amaro fervidoque gustu, foliis lilii, sed longioribus. Scillae vires et praeparationem eamdem habet, ac adversus eosdem valet affectus. Mitior tamen huic, quam scillae, facultas inest: quo fit, ut et huius radicis succus expressus ad ervi farinam admixtus in pastillos digeratur, qui quidem utiliter ex hydromelite spleneticis hydropicisque exhibentur.

Cap. CCIV. [*De Cappari.*] Capparis [quam nonnulli cynosbaton, vel capriam, vel corvi malum, ophioscorodon etiam et phyllostaphylon, thallian, petraeam, holophyton, ionitem, aut oligochloron, aconitum, hippomanes ac trichomanes, prophetae poteram aut peuteron, nonnulli cor lupi, vel haloscorodon, crinon, aut thlaspin,

σίναπι πέρσικουμ, οἱ δὲ ἰντοῦρις, Ἀφροὶ ἐρβιαιάθουμ] θάμνος ἐστὶν ἀκανθώδης, ἐπὶ γῆς γυροειδῶς ἐστρωμένος, ἀκάνθας ἀγκιστροειδεῖς ἔχων, ὡς βάτος· φύλλα στρογγύλα, μηλέᾳ κυδωνίᾳ ὅμοια, καρπὸν δὲ οἷον ἐλαίας, ὃς ἀνοιχθεὶς λευκὸν προΐεται ἄνθος· οὗ πεσόντος, εὑρίσκεταί τι οἷον βάλανος ἐπιμήκης, ὅπερ ἀνοιχθὲν ἔχει κόκκους, ὥσπερ ῥοιᾶς, μικροὺς, ἐρυθρούς· ῥίζας ξυλώδεις καὶ μεγάλας, πλείστας· φύεται τοὐπίπαν ἐν τραχέσι καὶ λεπτογείοις τόποις καὶ νήσοις καὶ οἰκοπέδοις· ταριχεύεται δὲ ὁ καυλὸς αὐτῆς καὶ ὁ καρπὸς εἰς βρῶσιν· ταράττει δὲ κοιλίαν, κακοστόμαχός τέ ἐστι καὶ διψώδης· βρωθεῖσα δὲ ἑφθὴ εὐστομαχωτέρα τῆς ὠμῆς· ὁ μὲν οὖν καρπὸς αὐτῆς σπλῆνα τήκει, ὁλκῇ δυοῖν < μετ᾽ οἴνου πινόμενος ἐπὶ ἡμέρας μ΄· ἄγει δὲ οὖρον καὶ διαχώρημα αἱματῶδες· ἰσχιάδι τε καὶ παραλύσει βοηθεῖ πινόμενος ὁ καρπὸς, καὶ πρὸς ῥήγματα καὶ σπάσματα· ἔμμηνά τε ἄγει καὶ ἀποφλεγματίζει· καὶ ὀδόντων πόνον παύει ὁ καρπὸς σὺν ὄξει ἑψόμενος καὶ διακλυζόμενος· τῆς δὲ ῥίζης ὁ φλοιὸς ξηρὸς

Romani sinapi persicum, alii inturis, Afri herbiaeathum appellant] est fruticulus aculeatus, per terram in orbem stratus. Spinas ut rubus habet in hami modum aduncas, folia subrotunda, mali cydoniae similia, fructum vero olivae instar, qui, dum dehiscens panditur, florem promit candidum. Hoc vero dilapso nonnihil glandis oblongae figura invenitur, quod apertum grana tanquam punici mali, exigua ac rubentia intra se ostendit. Radices lignosae sunt, grandes ac numerosae. Asperis plerumque locis tenuique solo, in insulis domuumque areis nascitur. Caulis ipsius ac fructus cibi gratia sale condiuntur. Alvum autem turbat, stomacho adversatur, sitimque gignit. Cocta tamen si edatur, stomacho, quam cruda, utilior. Fructus drachmarum duarum pondere ex vino per quadraginta dies potus lienem liquat, cum urinam ducat, cruentumque alvi excrementum egerat. Epotus itidem coxendicis malo et nervorum resolutioni succurrit, itemque ruptis ac convulsis, menses quoque ciet, ac pituitam deducit. Quin et dentium dolorem sedat ex aceto decoctus, colluto inde ore.

πρός τε τὰ προειρημένα ἁρμόζει, καὶ ἀνακαθαίρει πᾶν χρόνιον καὶ ῥυπαρὸν καὶ τετυλωμένον ἕλκος· καταπλάσσεται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν σπληνικῶν σὺν ὠμῇ λύσει· δακνομένη τε τῷ πονοῦντι ὀδόντι βοηθεῖ· ἀλφούς τε λευκοὺς ἀποσμήχει σὺν ὄξει λεία· τὰ δὲ φύλλα καὶ ἡ ῥίζα λεανθέντα σκληρίας καὶ χοιράδας διαφορεῖ· σκώληκάς τε τοὺς ἐν ὠσὶν ὁ χυλὸς ἐγχυματισθεὶς κτείνει. Ἡ μέντοι λιβυκὴ κάππαρις, γεννωμένη δὲ κατὰ τοὺς Μαρμαρίδας[95] λεγομένους, ἐμπνευματοῖ ἰσχυρῶς· ἐμετικὴ δὲ τυγχάνει ἡ ἐν Ἀπουλίᾳ· ἡ δὲ ἐκ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης καὶ Λιβύης[94] δριμυτάτη, φλυκταίνουσα τὸ στόμα, καὶ κατεσθίουσα τὰ οὖλα ἄχρι γυμνώσεως, ὅθεν πρὸς βρῶσίν ἐστιν ἀνεπιτήδειος.

Κεφ. σε΄. [Περὶ Λεπιδίου.] Λεπίδιον, ὃ ἔνιοι γιγγίδιον καλοῦσι, γνώριμον βοτάνιον, ταριχευόμενον εἰς ἁλμαίας μετὰ γάλακτος. Δύναμις δέ ἐστι τῶν φύλλων δριμεῖα, ἑλκωτική· ὅθεν ἰσχιαδικόν ἐστιν ἐπίπλασμα ἀμυντικώτατον, λεῖον

93) Sic coniecerunt e Plinio (5, 5.) et Strabone (lib. 17. p. 699.) Marcellus et Ruellius. *Μαργαρίτας* vulgo. Serapion idem legisse videtur, sed interpres latino-barbarus, commutato مرمريت cum بربريت. *gentes* habet, *quae dicuntur barbari.*

94) Sic codd. omnes et Serap.; *Ἀραβίας* legisse videtur Plinius.

Radicis autem cortex aridus, tum ad ante dicta idoneus, tum etiam quodvis vetus, sordidum callosumque ulcus expurgat. Lienosis quoque cum farina cruda imponitur. Sed et mordaciter mansa radix dentium doloribus auxilio est: et cum aceto trita vitiligines albas exterit. Radix etiam foliaque trita duritias strumasque discutiunt: aurium denique vermiculos infusus succus enecat. Capparis quidem afra, quae nascitur apud Marmaridas dictos, vehementer inflat. Apula vomitum facit: quae autem e rubro mari et Africa defertur, acerrima, siquidem in ore pustulas excitat et gingivas ad nuda usque (ossa) exest: quapropter est cibis inepta.

Cap. CCV. [*De Lepidio.*] Lepidium, quod aliqui gingidium vocant, herbula est vulgo nota, quae muria cum lacte conditur. Vis foliorum acris et exulcerans, quapropter expeditissimum est remedium externe appli-

σὺν ἑλενίου ῥίζῃ, ἐπιτιθέμενον πρὸς τέταρτον ὥρας[95]. Καὶ ἐπὶ σπληνικῶν ὁμοίως· ἀφίστησι δὲ καὶ λέπρας· ἡ δὲ ῥίζα δοκεῖ ὀδόντων ἀλγήματα παραιτεῖσθαι, περιαπτομένη τῷ τραχήλῳ.

[Περὶ Ἰβηρίδος[96].] Ἴβηρις, ἤτοι καρδαμαντικὴ[97], ἔχει τὰ φύλλα παρόμοια καρδάμῳ, ἐν ἔαρι εὐθαλέστερα· μῆκος δὲ καυλοῦ, ὅσον πηχυαῖον, πλέον ἢ ἔλαττον[98]· φύεται δὲ ἐν ἀγεωργήτοις τόποις[99]. Θέρους δὲ γαλακτινὸν ἄνθος προβάλλει, καὶ τότε ἐστὶ δραστικώτερον· ἔχει δὲ δύο ῥίζας παρομοίας καρδάμῳ, θερμαντικὰς καὶ καυστικάς· αὗται γὰρ αἱ ῥίζαι ἀγαθαὶ πρὸς ἰσχιαδικούς, σὺν λίπους ὑείου τεταριχευμένου, ὡς ἐμπλαστρῶδες γενέσθαι κατάπλασμα μέχρις

95) Πρὸς μίαν ὥραν legit Serap., πρὸς τέτταρας ὥρας Cornar. coniecit.

96) Caput hoc, a Dioscoride alienum, e Servilii Damocratis versibus apud Galen. de comp. medic. sec. loca, lib. 10. p. 350. ed. Kühn. concinnavit librarius quidam serior. Deest in codd. vetustis Vindob. In Aldina ad calcem libri 1. ponitur, ubi et sequentes collocant. Marcellus, Cornarus et Salmas. (proleg. ad hyl. iatr. p. 7.) spurium esse perspexerunt.

97) Καρδαμίνη Cornar. ex Aët. libr. 3. serm. 4. c. 2. Ceterum et ἀγριοκάρδαμον et λεπίδιον dici ex Archigene refert Galenus l. c. p. 353. Unde factum est, ut et Marcellus et Matthiolus (praesertim epist. ad Marant. lib. 4. p. 170.) et alii eamdem esse herbam, Lepidii nomine a Diosc. et Iberidis a Damocrate descriptam, statuerent. Sed diversas esse plantas docuerunt et Anguillara p. 120. et Dodonaeus p. 715. 716.

98) Sic Cornar. emend.; vulgo μῆκος δὲ ὅσον πηχυαῖον ἢ ἔλαττον.

99) Damocr. παρὰ ταῖς ὁδοῖσι, παρὰ αἷς γεωργὸς τὰ λήϊ' οὔποτ' ἤροσεν.

candum, si trita cum helenii radice per quadrantem horae imponatur. Lienosis simili modo prodest, et lepras etiam tollit. Radix autem collo alligata dentium dolores compescere creditur.

[*De Iberide.*] Iberis, sive cardamantica, folia habet nasturtii similia, vere virentiora. Caulis longitudo plus minusve cubitalis: locis incultis crescit. Aestate lacteum florem promit, ac tum quoque efficacior est. Radices binas habet nasturtio similes, calefaciendi et adurendi vi praeditas. Ipsae enim ischiadicis utiles, si cum axungia suilla salsa emplastri modo quaternis horis imponantur,

ὡρῶν τεττάρων· ἔπειτα ἐν βαλανείῳ ἐμβιβαζέσθω καὶ ἐλαίῳ μετ' οἴνου[100] *τοῖς τόποις ἐπιχριέσθω.*]

Κεφ. σϛ'. [*Περὶ Βατραχίου.*] *Βατράχιον, οἱ δὲ σέλινον ἄγριον καλοῦσι· τούτου πλείονα μέν ἐστιν εἴδη, δύναμις δὲ μία, δριμεῖα καὶ ἄγαν ἑλκωτική· ἔχει δὲ τὸ μὲν αὐτῶν φύλλα ὅμοια κορίῳ, πλατύτερα δὲ καὶ ὑπόλευκα καὶ λιπαρά· ἄνθος μήλινον, ἐνίοτε πορφυροῦν, καυλὸν δὲ οὐ παχὺν, ὕψος δὲ ὅσον πήχεως, ῥίζαν μικρὰν, λευκὴν, πικρὰν, ἔχουσαν ἀποφύσεις ὡς ἐλλεβόρου· φύεται δὲ παρὰ ῥείθροις. Ἔστι δὲ καὶ ἕτερον εἶδος χνοωδέστερον*[1], *μακροκαυλότερον, ἐντομὰς ἔχον πλείους τῶν φύλλων, πλεῖστον ἐν Σαρδωνίᾳ γεννώμενον, δριμύτατον, ὃ δὴ καὶ σέλινον ἄγριον καλοῦσι· καὶ τρίτον σφόδρα μικρὸν καὶ δύςοσμον*[2], *τὸ ἄνθος*[3] *χρυσῷ ὅμοιον· καὶ τέταρτον ἐοικὸς τούτῳ, ἄνθος γαλακτίζον*[4]. *Δύναμιν δὲ ἔχει τὰ φύλλα καὶ τὰ ἄνθη*[5] *καὶ οἱ καυλοὶ*

100) Sic Sarac. loco *ἐρίου*. Damocrat. *Μίξας δ' ἐλαίῳ δαψιλεῖ βραχὺν πάνυ οἶνον.*

1) Oribas. *γονατωδέστερον*. Plin. *foliosius*.

2) Sic et Oribas.; *εὔοσμον* legebat Dodon. p. 429.

3) Asulan. inepte interponit *τὸ εἶδος*, quod ab Aldina alienum.

4) Cod. Cantacuz. apud Matthiol. *χλοωδέστερον*.

5) *καὶ τὰ ἄνθη* in Ald. Ad notha ablegat Asulan., sequentibus rell.

dein vero in balneum descendatur, denique oleo et vino locus affectus perungatur.]

Cap. CCVI. [*De Ranunculo.*] Ranunculi, quem aliqui apium agreste vocant, plures sunt species: at vis omnibus una, acris scilicet ac vehementer exulcerans. Prima species folia coriandro similia habet, latiora tamen, subalbida et nitida, florem luteum, interdum purpureum. Caulis haud ita crassus, cubitum altus: radix exigua, alba, amara, habens propagines (s. fibras), ut helleborus: nascitur autem iuxta fluenta. Altera species est magis hirsuta, cauleque longiori, pluribus foliorum incisuris, copiosa per Sardiniam: acerrima est, quam quoque apium sylvestre vocant. Tertia species est valde parva, et odore gravi, flore vero aureo. Quarta, huic similis, flore lacteo gaudet. Folia, flores caulesque tenelli, si illinantur, ex-

ἁπαλοὶ καταπλασσόμενοι ἑλκωτικὴν καὶ ἐσχαρωτικὴν μετὰ πόνου· ὅθεν ὄνυχας λεπροὺς καὶ ψώρας ἀφίστησι καὶ στίγματα ἐξαίρει, καὶ μυρμηκίας καὶ ἀκροχορδόνας καὶ ἀλωπεκίας πρὸς ὀλίγον [6] καταπλασθέντα· ἑψόμενα δὲ κατάντλημα χιμετλιώντων ἐστὶ χλιαρόν· ἡ δὲ ῥίζα πταρμὸν κινεῖ, ξηρὰ λεία προςφερομένη τοῖς μυκτῆρσι, καὶ ὀδονταλγίας κουφίζει προςαπτομένη, θρύπτει μέντοι αὐτούς.

Κεφ. σζ΄. [Περὶ Ἀνεμώνης.] Ἀνεμώνη [οἱ δὲ ἀγρίαν, οἱ δὲ μέλαιναν καλοῦσι, καὶ ἀνεμώνην φοινικὴν [7], οἱ δὲ ἠνέμιον, οἱ δὲ μηκώνιον, οἱ δὲ τραγόκερως, οἱ δὲ γῆς παρίνη, οἱ δὲ βαρβύλη, Ὀσθάνης βηρύλιος, ὁμοίως ὄρνιος κεράνιος, Πυθαγόρας ἀτρακτυλὶς, προφῆται κνίκος ἀγρία, Ῥωμαῖοι ὄρκι τούνικαμ, Ἀφροὶ χούφφοις·] δισσὴ, ἡ μὲν ἀγρία, ἡ δὲ ἥμερος· καὶ τῆς ἡμέρου ἡ μέν τις φοινικᾶ φέρει τὰ ἄνθη, ἡ δὲ ὑπόλευκα, ἢ γαλακτίζοντα, ἢ πορφυρᾶ· φύλλα δὲ κοριοειδῆ [8], λεπτοσχιδέστερα πρὸς τῇ γῇ· καυλία χνοώδη [9], λεπτὰ,

6) C. addit χλωρά.
7) ἀνεμώνη ἡ φοινικὴ vulgo, ἀνεμώνην φοινικίδα coniecit Marcell.
8) Ald. κηριοειδῆ sphalma.
9) Oribas. ἰνώδη. Serapion videtur χλοώδη legisse.

ulcerant et cum dolore crustas producunt. Quare scabros ungues auferunt, psoras removent, stigmata delent: itemque verrucas formicarum nomine et pensiles et calvitiem, ad breve tempus imposita, tollunt. Quin et tepente eorum decocto perniones foventur. Radix vero sicca tritaque sternutamenta ciet, naribus admota: dentium quoque dolores appensa levat, ipsos vero rumpit.

Cap. CCVII. [*De Anemone.*] Anemone [alii sylvestrem, alii nigram vocant: nonnulli puniceam, aut enemion, alii meconium aut tragocerota, vel ges parinem, alii barbylen, Osthanes berylium pariter ac ornion ceranion appellat, Pythagoras atractylida, prophetae cnicum agrestem, Romani orci tunicam, Afri chuffis] duplex est, altera sylvestris, sativa altera. In huius vero genere est, quae puniceos flores, altera quae candicantes aut lacteos fert, aut purpureos. Folia coriandro similia, sed prope a terra tenuius scissa. Cauliculi lanuginosi, tenues, in

ὑπὲρ ὧν τὰ ἄνθη, ὥςπερ μήκωνος, καὶ μέσα κεφάλια μέλανα ἢ κυανίζοντα· ῥίζα κατὰ μέγεθος ἐλαίας ἢ μείζων, οἱονεὶ γόνασι διειλημμένη. Ἡ δὲ ἀγρία κατὰ πάντα μείζων τῆς ἡμέρου, καὶ τοῖς φύλλοις πλατυτέρα καὶ σκληροτέρα· τήν τε κεφαλὴν ἐπιμηκεστέραν ἔχει· ἄνθος φοινικοῦν, ῥιζία λεπτὰ καὶ πλείω· ἡ δέ τις φύλλα ἔχει μέλανα, δριμυτέρα οὖσα. Δύναμιν δὲ ἔχουσι δριμεῖαν ἀμφότεραι. ὅθεν ὁ χυλὸς τῆς ῥίζης αὐτῆς ῥινὶ ἐγχυθεὶς πρὸς κεφαλῆς κάθαρσιν ἁρμόζει· μασσηθεῖσα δὲ ἡ ῥίζα φλέγμα ἄγει· ἑψηθεῖσα δὲ ἐν γλυκεῖ καὶ καταπλασσομένη ὀφθαλμῶν φλεγμονὰς ἰᾶται· καὶ τὰς ἐν ὀφθαλμοῖς οὐλὰς καὶ ἀμβλυωπίας ἀποσμήχει, ἀνακαθαίρει δὲ τὰ ῥυπαρὰ τῶν ἑλκῶν· τὰ δὲ φύλλα καὶ οἱ καυλοὶ συνεψηθέντα[10] πτισάνῃ καὶ ἐσθιόμενα, γάλα κατασπᾷ· ἐν προσθέτῳ δὲ ἔμμηνα ἄγει· καταπλασθέντα δὲ λέπρας ἀφίστησιν. Ἔνιοι δὲ, μὴ δυνάμενοι διορίζειν ἀπὸ τῆς ἀγρίας ἀνεμώνης τὴν λεγομένην ἀργεμώνην καὶ τὴν ῥοιάδα μήκωνα, περὶ ἧς ἐν ταῖς μήκωσιν ἱστορήσομεν, διὰ τὸ τῶν

10) Sic propter sequentia emendat Saracenus; vulgo *συνεψηθέντες*.

quibus flores, velut papaveris, et in medio capitula nigra aut coerulea. Radix olivae magnitudine, aut etiam maior, velut geniculis distincta. At sylvestris generatim maior est, quam sativa, foliisque latioribus et durioribus: capite magis oblongo, flore puniceo, radiculis tenuibus et pluribus. Est et quaedam foliis nigris, quae acrior est. Vis utriusque acris, qua de caussa ipsius radicis succus naribus infusus valet ad caput purgandum. Manducata vero radix pituitam trahit. Decocta in passo et imposita medetur oculorum inflammationibus, sed et cicatrices eorum et hebetudines emendat, sordida quoque ulcera expurgat. Folia et caules, si cum ptisana coquantur ac in cibo sumantur, lac detrahunt: subdita autem in pesso, menstrua cient. Illita lepras eximunt. Nonnulli, nescientes ab anemone sylvestri distinguere argemonen dictam et papaver rhoeas, de quo inter papavera praecipiemus, propter florum in puniceo colore convenientiam, falluntur, cum argemonem et eupatorium vocant. Etenim et argemones

ἀνθῶν ὁμόχρουν, φοινικοῦν ὑπάρχον, πλανῶνται, τὴν ἀργεμώνην εὐπατώριον ὀνομάζοντες· πλὴν τῆς ἀργεμώνης ἧττον βαθὺ τὸ φοινικοῦν ἐστι καὶ τῆς ῥοιάδος· ὀψιαίτερον δὲ αὕτη καὶ ἡ ἀργεμώνη ἀνθοῦσι· καὶ ἡ μὲν ἀργεμώνη ὀπὸν ἀνίησι κροκίζοντα καὶ δριμὺν πρὸς τὴν γεῦσιν ἰσχυρῶς· ἡ δὲ ῥοιὰς λευκότερον καὶ δριμύν· ἀμφότεραι δὲ μεταξὺ κεφάλια μήκωνι ἀγρίᾳ παραπλήσια ἔχουσι, πλὴν τὸ μὲν τῆς ἀργεμώνης[11] *ἄνωθεν ὑπόπλατυ*[12], *τὸ δὲ τῆς ῥοιάδος ὑπόστενον· αἱ δὲ ἀνεμῶναι οὔτε ὀπὸν ἀνιᾶσιν, οὔτε κωδίαν ἔχουσιν, ἀλλ' οἱονεὶ ἀσπαράγου ἄκρον· ἐν ἀρούραις τε τὸ πλεῖον ἐκεῖναι φύονται.*

Κεφ. ση'. [Περὶ Ἀργεμώνης.] Ἀργεμώνη [οἱ δὲ οἰνώνη, οἱ δὲ ἄνθεμις, οἱ δὲ ὁμόνοια, οἱ δὲ ἄνθος πεδινόν, Ῥωμαῖοι λιβορνία, οἱ δὲ κογκορδιάλις, οἱ δὲ περγαλία, Γάλλοι κόρνα] ὅλον μέν ἐστιν[13] *ὅμοιον ἀγρίᾳ μήκωνι· τὸ δὲ φύλλον ἔχει ἀνεμώνῃ ὅμοιον*[14], *ἐσχισμένον, ἄνθος φοινικοῦν*[15],

11) Ald., Asul., Cornar., Matthiol., Marcell., Goupyl. *ἀνεμώνης*. Sed iam Goupyl. legit, quod et Oribas. et Serap. habent, *ἀργεμώνης*.

12) Sic ex Oribas. et Serap. Saracenus; *ὑπόπαχυ* vulgo.

13) Ald. et C. *παρέοικεν ἀγρίᾳ μήκωνι*.

14) Ald. male interponit *ἄνθος*.

15) Ald. *καυλὸν ἐν ἄνθει φοινικ.* Nostra lectio ex Oribas. recepta iam a Marcello. In cod. C. repetuntur autem, quae in cap. sup. de discrimine Argemones legebantur.

et rhoeados colore puniceo non tam saturo gaudent: utraque etiam serius floret. Quin argemone liquorem croceum gustuque admodum acrem fundit, rhoeas vero candidiorem, utique acrem. Insuper utrique intermedia sunt capitula papaveris sylvestris similia, nisi quod argemones capitulum superne latiusculum est, rhoeados autem aliquanto angustius. At anemones neque liquorem reddunt peculiarem, neque capitula habent, sed velut cacumen asparagi. Denique et in arvis plerumque illae nascuntur.

Cap. CCVIII. [*De Argemone.*] Argemone [quam alii oenonen aut anthemida, alii homonoeam aut florem campestrem, Romani liburniam aut concordialem et pergaliam, Galli cornam nominant] tota quidem sylvestri papaveri similis est, sed folium habet, quale anemone, multifidum, florem puniceum, caput, quale papaver rhoeas,

κεφαλὴν δὲ ἐοικυῖαν μήκωνι ῥοιάδι, ἐπιμηκεστέραν δὲ καὶ πλατεῖαν κατὰ τὰ ἄνωθεν μέρη, ῥίζαν στρογγύλην· ὀπὸν δὲ ἀνίησι κροκίζοντα, δριμύν· καθαίρει δὲ ἄργεμα καὶ νεφέλια· καὶ φλεγμονὰς παρηγορεῖ τὰ φύλλα καταπλασσόμενα.

[[16] *Κρατεύας ὁ ῥιζοτομικὸς εἰς τὸ αὐτό· αὕτη ἡ βοτάνη κοπεῖσα μετ᾽ ἀξογγίας*[17] *χοιράδας διαλύει· ποιεῖ καὶ πρὸς ἀλφούς*[18]*, μετὰ νίτρου καὶ θείου ἀπύρου ξηρὰ κοπεῖσα καὶ σησθεῖσα· ἐν βαλανείῳ δὲ τοὺς χρωμένους θεραπεύει προξηροτριβηθέντας· ποιεῖ καὶ πρὸς ψώραν.*]

[[19] *Περὶ ἑτέρας Ἀργεμώνης.*] *Ἀργεμώνη ἑτέρα, οἱ δὲ ἀρτεμώνη, οἱ δὲ ἄρσελαν, οἱ δὲ σαρκοκόλλα, Ῥωμαῖοι ἀρτεμώνιαμ· καὶ αὕτη παρέοικε μὲν ἀγρίᾳ μήκωνι τοῖς φύλλοις. Δύναμιν δὲ ἔχει αὕτη χλωρὰ τριβομένη λεία καὶ ἐπιτιθεμένη διακοπὰς θεραπεύειν καὶ ὀφθαλμῶν φλεγμονὰς παύειν· ἁρμόζει καὶ δυσεντερικοῖς σὺν ὕδατι πινομένη· κολλητικὴ δὲ τραυμάτων καὶ φλεγμονῶν ἐστιν εὔθετος· ὡσαύτως*

16) Quae sequuntur, in Ald. et in cod. C., paucis tamen voculis mutatis, leguntur.

17) Sic C.; *ὀξυγγίου* Ald.   18) C. addit *μέλανας*.

19) Quae sequuntur, nec in Ald., nec in codd. Vindob. adsunt. Primi Asulanus et Marcellus, nothis tamen adnumerata, addiderunt.

sed magis oblongum et superne latum, radicem teretem; liquorem vero reddit croceum, acrem. Illita folia albugines et nubeculas expurgant, inflammationesque compescunt.

[Cratevas herbarius de eadem. Haec herba contusa cum axungia strumas discutit. Facit et ad vitiligines cum nitro et sulfure ignis experte, sicca, tusa et cribrata. Sed iis, qui ea utuntur, prius in balneo siccam frictionem administrari oportet. Est et contra scabiem efficax.]

[*De altera Argemone.*] Alteram argemonen quidam artemonen, alii arselam aut sarcocollam, Romani artemoniam vocant. Et ea quidem foliis sylvestri papaveri similis est. Vim habet haec viridis ad laevorem trita et imposita, quae scissa sunt, sanandi, et oculorum inflammationes mitigandi: dysentericis quoque pota cum aqua auxiliatur. Sed et vulnera conglutinat, et inflammationibus est utilis. Similiter imposita convulsionibus et vellicationibus

ἐπιτιθεμένη σπασμάτων καὶ τιλμάτων ἐστὶ θεραπευτική· ἁρμόζει καὶ θηριοδήκτοις σὺν οἴνῳ πινομένη.]

Κεφ. σθʹ. [Περὶ Ἀναγαλλίδος.] Τῆς ἀναγαλλίδος διττὸν εἶδός ἐστι, διαφέρον ἄνθει· ἡ μὲν γὰρ κυάνεον ἔχουσα τὸ ἄνθος, θήλεια λέγεται· [οἱ δὲ κόρχορον, οἱ δὲ ἁλικάκαβον[20], οἱ δὲ ζηλίαυρος, προφῆται νυκτερίτις[21], Αἰγύπτιοι μικιεῖ, Ῥωμαῖοι μεκίατο[22], Ἀφροὶ ἀσιῤῥισοί] ἡ δὲ τὸ φοινικοῦν, ἄῤῥην· [οἱ δὲ ἀερίτις, οἱ δὲ αἰγίτις, οἱ δὲ σαυρῖτις[23], προφῆται αἷμα ὀφθαλμοῦ, οἱ δὲ χελιδόνιον, Ῥωμαῖοι μακία[24], Θοῦσκοι μασιτίπως[25], Γάλλοι σαπάνα, Δακοὶ κερκεραφρών[26]]. Θαμνία δέ ἐστι κεχυμένα ἐπὶ γῆς, φύλλα ἔχοντα ἐπὶ τετραγώνων καυλίων μικρὰ, ὑποστρόγγυλα, πρὸς τὰ τῆς ἑλξίνης, καρπὸν περιφερῆ. Εἰσὶ δὲ ἀμφότεραι πραϋντικαὶ, ἀφλέγμαντοι, σκολόπων ἐπισπαστικαὶ[27], νομᾶν ἐφεκτικαί· ὁ δὲ χυλὸς αὐτῶν ἀναγαργαριζόμενος ἀποφλεγματί-

20) C, interponit ἁλίουρον καὶ ἁλιουρόφθαλμον.

21) C. addit οἱ δὲ πελαγίτις, Ὀσθάνης χελιδώνιον κάλι.

22) C. μεκιάτουρα καὶ ἄντουρα, Θοῦσκοι τάντουμ.

23) Sic codd. C. N. et Ald., Asul., Cornar., Marcell.; σπυρῖτις Goupyl. et Sarac.

24) C. N. οἱ δὲ τοῦρα, οἱ δὲ τοῦρα δουπάτω.

25) C. μασύτυπος, N. μασύτειπος.

26) C. Γάλλοι κέρκερ, Δακοὶ τοῦρα.

27) C. N. ῥινεγχυτικαί.

medetur. Idonea denique est ex vino pota ad virulentarum bestiarum morsus.]

Cap. CCIX. [*De Anagallide.*] Anagallis duplex est species, flore discrepans. Altera enim coeruleo flore femina dicitur: [aliis corchorus, halicacabus, aliis zeliavros, prophetis nycteritis, Aegyptiis mikii, Romanis meciatum, Afris asirrisoi.] altera punicea mas vocatur: [aliis aëritis, aliis aegitis, aliis savritis, prophetis oculi sanguis, aliis chelidonium, Romanis macia, Hetruscis masitipos, Gallis sapana, Dacis kerkeraphron.] Fruticuli sunt humi diffusi, quorum folia in cauliculis quadrangulis exigua, subrotunda, ad folia helxines accedentia, fructus rotundus. Utraque vim habet mitigantem, inflammationi resistentem, aculeos extrahentem et ulcera depascentia cohibentem. Succus earum capitis pituitam gargarizatu de-

ζει κεφαλήν· καὶ ῥισὶν ἐγχεόμενος ὀδόντων πόνον παύει, ἐὰν εἰς τὸν ἀντικείμενον μυξωτῆρα τῷ ἀλγοῦντι ἐμβληθῇ· καθαίρει καὶ ἄργεμα μετὰ μέλιτος ἀττικοῦ, καὶ ἀμβλυωπίαις βοηθεῖ· ὠφελεῖ καὶ ἐχιοδήκτους μετ' οἴνου πινόμενος καὶ νεφριτικοὺς καὶ ἡπατικούς[28]*· φασὶ δ' ἔνιοι, τὴν μὲν ἔχουσαν τὸ κυάνεον ἄνθος προπτώσεις δακτυλίου στέλλειν, τὴν δὲ τὸ φοινικοῦν ἐρεθίζειν καταπλασθεῖσαν.*

Κεφ. σι'. [Περὶ Κισσοῦ.] Κισσὸς [οἱ δὲ κίθαρον, οἱ δὲ κίσσαρον, οἱ δὲ χρυσόκαρπος, οἱ δὲ ποιητικὴ, οἱ δὲ κορυμβήθρα, ἰδιῶται νύσιον[29]*, οἱ δὲ Διονύσιον, οἱ δὲ ἰθυθήριον, οἱ δὲ περσὶς, οἱ δὲ κῆμος, οἱ δὲ ἄσπληνος, Ῥωμαῖοι σίλβα μάτερ, οἱ δὲ ἕδερα, Γάλλοι σουβίτης] πολλὰς ἔχει διαφορὰς τὰς κατ' εἶδος, τὰς δὲ γενικωτάτας τρεῖς· λέγεται γὰρ ὁ μέν τις λευκὸς, ὁ δὲ μέλας, ὁ δὲ ἕλιξ· ὁ μὲν οὖν λευκὸς φέρει τὸν καρπὸν λευκὸν, ὁ δὲ μέλας μέλανα ἢ κροκίζοντα, ὃν δὴ καὶ ἰδιῶται Διονύσιον καλοῦσιν· ὁ δὲ ἕλιξ ἄκαρπός τέ ἐστι, καὶ λεπτὰ*[30] *ἔχει τὰ κλήματα, καὶ τὰ φύλλα*

28) Lacuna e vet. cod. *καὶ ὑδρωπικούς.*

29) Sic cod. N.; *οἱ δὲ κύσσιον* vulgo; *κίσσιον* vult Marcell.

30) Sic Oribas., Ald., cod. C. et Serap.; *λευκὰ* Asul. et rell.

trahit, et naribus infusus dentium dolores lenit, si in narem dolenti denti oppositam immissus fuerit. Emendat et albugines cum melle attico, et oculorum hebetudini opitulatur. Et morsis vipera prodest, ex vino potus, itemque nephriticis ac hepaticis. Eam, quae coeruleum habet florem, sedis procidentiam coërcere nonnulli ferunt, quae vero puniceum, si illinatur, irritare.

Cap. CCX. [*De Hedera.*] Hedera [quam alii citharon, alii cissaron, chrysocarpon, poëticam, corymbethram, vulgus Nysium aut Dionysium, nonnulli ithytherion, persis, cemos, asplenos, Romani sylvam matrem, Galli subitem vocant] multa habet formae discrimina, summa autem genere tria: quippe candida quaedam est, altera nigra, tertia helix. Prima fructum fert candidum, nigra, quam vulgus etiam Dionysiam vocat, nigrum aut subcroceum. Helix autem sterilis est, tenues habet viticulas, folia par-

μικρὰ[31], *γωνιώδη καὶ ἐρυθρά*[32]. *Πᾶς δὲ κισσὸς δριμύς ἐστι, στυπτικὸς, τοῦ νευρώδους ἁπτικός· ποιεῖ δὲ αὐτοῦ τὰ μὲν ἄνθη τοῖς τρισὶ δακτύλοις ληφθέντα καὶ ποθέντα ἐν οἴνῳ πρὸς δυςεντερικούς· δὶς δὲ τῆς ἡμέρας δεῖ πίνειν· καὶ πρὸς πυρίκαυστα δὲ ἁρμόζει σὺν κηρωτῇ λεανθέντα· τὰ δὲ ἁπαλὰ τῶν φύλλων σὺν ὄξει ἑψόμενα ἢ ὠμὰ ἄρτῳ συνεκλειαινόμενα*[33], *σπλῆνα ἰῶνται· ῥινεγχυτοῦται δὲ ὁ χυλὸς τῶν φύλλων καὶ τῶν κορύμβων σὺν ἰρίνῳ καὶ μύρῳ*[34], *ἢ μέλιτι, ἢ νίτρῳ· καὶ πρὸς τὰ χρόνια τῆς κεφαλῆς ἀλγήματα ἁρμόζει καὶ ἐπιβρέχεται σὺν ὄξει καὶ ῥοδίνῳ· ὠταλγίας δὲ καὶ πυοῤῥοοῦντα ὦτα σὺν ἐλαίῳ ἰᾶται· τοῦ δὲ μέλανος*[35] *ὁ χυλὸς καὶ οἱ κόρυμβοι ποθέντες ἀτονίαν*[36] *ποιοῦσι καὶ ταράσσουσι*[37] *τὴν διάνοιαν πλεονασθέντες· λεῖα δὲ σφαιρία πέντε τῶν κορύμβων θερμανθέντα σὺν ῥοδίνῳ ἐν σιδίῳ, καὶ ἐνσταχθέντα εἰς τὸ ἀντικείμενον οὖς ἐπὶ ὀδονταλγίας τὸ ἄλγημα πραΰνει· μελαίνουσι δὲ καὶ τὰς*

31) Sic C. et Ald.; *λεπτὰ* Asul. et rell.

32) Sic Oribas. et omnes codd.; *amara et grossa* Serap., *εὐθυμότερα* Marcell., *εὔρυθμα* Scaliger.

33) Sic Ald. et cod. C.; *συνλειαινόμενα* Asulan., Cornar., Marcell., Goupyl. et Sarac.

34) Sic Ald. Alii *καὶ μύρῳ* non habent.

35) C. interponit *κορύμβου*. Lacuna legit *μελανοκάρπου*.

36) C. et N. *ἀγωνίαν*, sine dubio *ἀγονίαν*.

37) Cod. X. *ἀγονίαν καὶ ταράττεσθαι ποιοῦσι*.

va, angulosa et rubra. Omnis vero hedera est acris, astringens, nervosumque genus tentat. Flores, ternis digitis capti et in vino poti, prosunt in intestinorum difficultate; sed bis die potari oportet. Iidem cum cerato triti ambustis idonei sunt. Tenera autem folia ex aceto decocta, aut cruda cum pane detrita lienem sanant. Succus etiam foliorum et corymborum cum irino et balsamo, aut melle et nitro, contra veteres capitis dolores utiliter per nares infunditur. Perfunditur et eo caput cum aceto et rosaceo. Dolentibus vero et pure scatentibus auribus cum oleo medetur. Nigrae autem hederae succus et corymbi epoti infirmitatem producunt mentemque perturbant largius sumti. Globuli corymborum quini triti calefactique cum rosaceo in punici cortice, et in dolore dentium adversae auri instillati, dolorem mitigant. Denigrant et capillos corymbi

τρίχας οἱ κόρυμβοι καταπλασσόμενοι [38]. *Τὰ δὲ φύλλα πρὸς πᾶν ἕλκος ποιεῖ ἑψηθέντα σὺν οἴνῳ καὶ καταπλασσόμενα· κατακαύματα δὲ κακοήθη καὶ ἐφηλίδας θεραπεύει, ὡς προείρηται, ἑφθά· κινοῦσι δὲ καὶ καταμήνια ὑποτεθέντες οἱ κόρυμβοι λεῖοι, καὶ ποθέντες μετὰ τὴν κάθαρσιν* < *πλῆθος, ἀτόκιόν ἐστι· καὶ ὁ μόσχος δὲ τῶν φύλλων* [39] *μέλιτι δευθεὶς καὶ προστεθεὶς τῇ μήτρᾳ, ἔμμηνα ἄγει καὶ ἔμβρυα· ὁ δὲ χυλὸς ἐνσταζόμενος* [40] *τὰς ἐν τοῖς ῥώθωσι δυσωδίας καὶ σηπεδόνας ἐκκαθαίρει· τὸ δὲ δάκρυον αὐτοῦ ψιλοῖ τρίχας, καὶ κτείνει φθεῖρας ἐναλειφόμενον· ὁ δὲ τῶν ῥιζῶν χυλὸς σὺν ὄξει* [41] *ποθεὶς φαλαγγιοδήκτοις βοηθεῖ.*

Κεφ. σιά. [*Περὶ Χελιδονίου τοῦ μεγάλου.*] *Χελιδόνιον μέγα* [*οἱ δὲ παιωνία, οἱ δὲ κραταιὰ, οἱ δὲ ἀούβιος, οἱ δὲ γλαύκιος, οἱ δὲ Πάνδιος ῥίζα, οἱ δὲ φιλομήδειον, οἱ δὲ ὀθόνιον, Ῥωμαῖοι φάβιουμ, Γάλλοι θῶνα, Αἰγύπτιοι μοθὸθ, Δακοὶ κρουστάνη*] *καυλὸν ἀνίησι πηχυαῖον, ἢ καὶ μεί-*

58) Sic C. N. et Ald.; *καταπλάσσεται δὲ τὰ φύλλα* Asulan. et qui sequuntur.

39) Et cod. C. et N. habent; negante licet Saraceno: sed deest in cod. X.

40) C. *ἐγκλυζόμενος*, N. *ἐπαλειφόμενος.*

41) Lacuna addit e cod. *ἑψηθεὶς καὶ.*

illiti. Folia in vino cocta et illita faciunt ad omne ulcus. Ambusta quoque maligna et maculas a sole contractas sanant, ut ante dictum est, decocta. Movent et menses corymbi triti ac subditi. Iidem post purgationes (feminarum) drachmae pondere poti, spem conceptionis adimunt. Sed et petioli foliorum melle irrigati et vulvae inditi menses et partus promovent. Succus instillatus narium foetorem earumque putrida ulcera expurgat. Hederae lacrima pilos deterit ac pediculos necat illita. Radicum denique succus in aceto potus morsis a phalangio succurrit.

Cap. CCXI. [*De Chelidonio maiori.*] Chelidonium maius [quod quidam poeoniam, alii crataeam (potentem) aut aubion et glaucium, vel Pandios radicem, philomedion etiam et othonion, Romani fabium, Galli thona, Aegyptii mothoth, Daci crustanen vocant] caulem profert cu-

ζονα, ἰσχνὸν, ἔχοντα παραφυάδας φύλλων μεστάς· φύλλα ὅμοια βατραχίῳ, τρυφερώτερα μέντοι τὰ τοῦ χελιδονίου[42] καὶ ὑπόγλαυκα τὴν χρόαν, καὶ παρ' ἕκαστον φύλλον ἄνθος ὥςπερ τὸ λευκόϊον[43]· χυλὸς δὲ κροκώδης, δριμὺς, δηκτικὸς, ποσῶς ὑπόπικρος καὶ δυςώδης· ῥίζα ἄνωθεν μέν ἐστι μία, κάτωθεν δὲ πλείονες[44]· καρπὸς δὲ ὥςπερ τῆς κερατίτιδος μήκωνος, λεπτὸς, μακρὸς ὡς κῶνος, ἐν ᾧ σπερμάτια μείζονα μήκωνος· ταύτης ὁ χυλὸς μιγεὶς μέλιτι καὶ ἑψηθεὶς ἐν χαλκῷ ἐπ' ἀνθράκων, ἁρμόζει πρὸς ὀξυδορκίαν[45]· χυλίζεται δὲ τὰ φύλλα καὶ ἡ ῥίζα καὶ ὁ καυλὸς καὶ ὁ καρπὸς[46], ἀρχομένου θέρους, καὶ ξηραίνεται ἐν σκιᾷ καὶ ἀναπλάσσεται· ἡ δὲ ῥίζα πινομένη σὺν ἀνίσῳ καὶ οἴνῳ λευκῷ ἰκτερικοὺς θεραπεύει, καὶ ἕρπητας[47] καταπλασσομένη σὺν οἴνῳ· ὀδονταλγίας τε παύει διαμασσωμένη. Δοκεῖ δὲ ὠνόμασθαι χελιδόνιον, ἐπειδὴ ἅμα ταῖς χελιδόσι φαινομέναις ἀναφύεται, ληγούσαις δὲ συμπαρα-

42) τ. τ. χ. redundant et absunt a C.

43) C. τοῦ λευκοῦ λίνου.

44) Ald. κροκοειδεῖς, Sarac. κροκοειδεῖς τὴν χρόαν, nulla auctoritate. Nec enim Oribas. aut Serap., vel codd. Vindob. quicquam habent.

45) C. ὀξυωπίαν.

46) Sic Serap. Oribas. omittit καυλὸν, quem solum cum ῥίζα habet cod. N. Cod. C. ῥίζαν καὶ χυλὸν inepte.

47) Sic e Serap. Sarac. emend. Nam vulgo hic καὶ interponitur, κ. ἑ. tractis ad antecedentia.

bitalem aut altiorem, gracilem, qui adnatos habet ramulos foliis plenos. Sunt ea ranunculi foliis similia, at molliora et colore glaucescentia: ad singula folia flores prodeunt levcoii similes. Succus croceus est, acris, mordax, aliquantum subamarus et graveolens. Radix superne quidem una, inferne plures. Fructus ceu corniculati papaveris, tenuis, longus, metae ad instar, in quo exigua semina, papaveris maiora. Succus melli admixtus et coctus in aeneo vase super prunis, oculorum aciem adiuvat. E foliis vero, radice, caule et fructu ineunte aestate succus exprimitur, qui quidem siccatus in umbra digeritur in pastillos. Radix cum aniso ex vino albo pota regio morbo medetur: herpetibus imponitur cataplasmatis vice cum vino: dentium dolores manducata sedat. Creditur chelidonii nomen adeptum esse, quod primo statim hirun-

κμάζει· τινὲς δὲ ἱστόρησαν, ὡς ἐάν τις τυφλωθῇ τῶν τῆς χελιδόνος νεοσσῶν[48], *αἱ μητέρες, προσφέρουσαι τὴν πόαν, ἰῶνται τὴν πήρωσιν αὐτοῦ.*

Κεφ. σιβ'. [*Περὶ Χελιδονίου τοῦ μικροῦ.*] *Χελιδόνιον τὸ μικρὸν, οἱ δὲ πυρὸν*[49] *ἄγριον ἐκάλεσαν, βοτάνιον ἐστὶν ἐκ μόσχων ἀνηρτημένον*[50], *ἄκαυλον, φύλλοις κισσοειδέσι, περιφερεστέροις δὲ μᾶλλον καὶ μικροτέροις καὶ τρυφερωτέροις*[51] *καὶ ὑπολιπάροις περιεχόμενον· ῥίζας δὲ ἔχει ἐκ τοῦ αὐτοῦ μικρὰς, πολλὰς, ὥσπερ πυροὺς σεσωρευμένας· τρεῖς δέ εἰσιν ἢ τέσσαρες αὐτῶν μακραὶ πεφυκυῖαι· φύεται δὲ παρ' ὕδασι καὶ τέλμασιν· ἔχει δὲ τὴν δύναμιν δριμεῖαν, παραπλησίαν ἀνεμώνῃ*[52a], *ἑλκοῦσαν*[52b] *τὴν ἐπιφάνειαν· ψώρας τε καὶ ὄνυχας λεπροὺς ἀφίστησιν· αἱ δὲ ῥίζαι χυλωθεῖσαι χρήσιμοι εἰς ῥινεγχυσίαν μετὰ μέλιτος πρὸς κάθαρσιν κεφαλῆς·* [*ὁμοίως καὶ τὸ ταύτης ἀφέψημα σὺν μέλιτι ἀναγαργαριζόμενον κεφαλὴν καθαίρει γενναίως καὶ πάντα τὰ ἐκ θώρακος.*]

48) Cod. C. et Lacuna *ὅτι ἐὰν τυφλώσῃ τις τοὺς τῆς χελιδόνος νεοσσούς.* Insulse profecto!
49) C. *πύριον.* Ald. et Asul. *τύρινον.*
50) Sic Oribas., cod. C. et Marcell.; *ἀπηρτισμένον* Ald. et rell., quae lectio defendi etiam potest.
51) Sic C. N.; *τρυφεροῖς* vulgo.
52a) C. N. *λειμωνίῳ.* 52b) C. N. *ἔχουσαν.*

dinum adventu erumpat, discessuque earum marcescat. Nonnulli tradiderunt, si quis ex hirundinum pullis excoecatus fuerit, matres admota herba eam coecitatem sanare.

Cap. CCXII. [*De Chelidonio minori.*] Chelidonium minus, quod triticum sylvestre nonnulli vocant, herbula est ex petiolis pendula (s. distributa) sine caule, foliis hederaceis, sed potius rotundioribus, minoribus, mollioribus et nitidis circumdata. Radices habet ex eodem puncto plures, parvas et granorum tritici instar acervatas, quarum tres aut quatuor in longitudinem protenduntur. Crescit iuxta aquas et paludes. Vim acrem habet, anemones similem, quae exulcerat summam cutem, psoras item et scabros eximit ungues. Succus vero radicibus expressus, addito melle, ad purgandum caput naribus utiliter infunditur. [Similiter et huius decoctum cum melle gargarizatum strenue caput cunctaque pectoris vitia purgat.]

Κεφ. σιγ'. [*Περὶ Ὀθόννης.*] *Ὀθόννα·* [*οἱ μέν φασι τοῦ μεγάλου χελιδονίου χυλὸν εἶναι, οἱ δὲ γλαυκίου, οἱ δὲ τῆς κερατίτιδος μήκωνος τῶν ἀνθέων χυλόν· ἔνιοι δὲ μίγμα ἀναγαλλίδος τῆς κυανέας καὶ ὑοσκυάμου καὶ μήκωνος χυλῶν, οἱ δὲ βοτάνης τρωγλοδυτικῆς τινος, ἥ τις ὀθόννα καλεῖται, εἶναι χυλόν·*] *γεννᾶται ἐν τῇ κατ' Αἴγυπτον Ἀραβίᾳ* [53 a]*· ἔχει δὲ τὰ φύλλα εὐζώμῳ ἐμφερῆ, πολύτρητα, ὥσπερ σητόκοπα, ψαφαρὰ* [53 b]*· ἄνθος δὲ φέρει κρόκινον, πλατύφυλλον, ὅθεν ἔδοξαν ἀνεμώνης αὐτό τινες εἶδος εἶναι* [54]*· χυλίζεται δε καὶ εἰς τὰ ὀφθαλμικὰ, ὅπου δεῖ ἀποκαθαίρειν, δάκνουσα, καὶ πάντα τὰ ἐπισκοτοῦντα ταῖς κόραις ἀποσμήχουσα· φασὶ δέ τινα ὑγρασίαν ἀποῤῥεῖν τῆς βοτάνης, ἣν πλύναντες καὶ χωρίσαντες τῶν λίθων, ἀναπλάσσουσι τροχίσκους πρὸς τὰ αὐτά· ἔνιοι δέ φασιν αὐτὴν λίθον εἶναι αἰγύπτιον* [55] *ἐν τῇ Θη-*

53 a) Cum uncinis inclusa manifesto spuria sint, quorum *ἀντιβαλλομένων* ne vestigium quidem vel in Plinio, vel in Paullo, vel in codd. Vindob. adest, hoc vulgo cum prioribus infinitivo, *γεννᾶσθαι*, nexum ita posui, Paullo confisus.

53 b) *Ὀλιγόφυλλα*, quod interponunt, nec huius loci, nec *ὀλιγόχυλα* Cantac. melius.

54) Cf. Plin. 27, 85.

55) Cf. Paull. Aegin. lib. 7. p. 249.

dum e terra eruitur, colorem habet herbaceum, dein vero semet contrahit. Nascitur in collibus. Folia, semen et flos, si ex vino bibuntur, contra scorpionum ictus phalangiorumque morsus prosunt: tormina quoque discutiunt.

Cap. CXIII. (CXXIII.) [*De Trifolio.*] Trifolium, quod nonnulli oxyphyllum, alii menyanthes, aut asphaltion et cnicion vocant, Romani autem trifolium acutum odoratum, frutex est cubito altior, virgas habens tenues, nigras, cum surculis iunceis, in quibus folia loti arboris similia, terna e quovis germine. Odor eorum, ubi recens nata sunt, rutam, adultorum vero bitumen referens. Florem edit purpureum, semen latiusculum et subhirsutum, ab altera extremitate velut corniculum gerens. Radix vero tenuis, longa ac firma. Semen et folia in aqua pota pleuriticis, urinae difficultate laborantibus, comitialibus, hydropicis incipientibus et hystericis opitulantur:

καταμήνια. Δεῖ δὲ διδόναι τοῦ μὲν σπέρματος < γ', τῶν δὲ φύλλων < δ'· ἀρήγει δὲ καὶ θηριοδήκτοις τὰ φύλλα λεῖα σὺν ὀξυμέλιτι πινόμενα· Ἱστοροῦσι δὲ ἔνιοι, ὅτι τὸ ἀφέψημα ὅλου τοῦ θάμνου, καὶ τῆς ῥίζης καὶ τῶν φύλλων, καταντλούμενον ἐπὶ τῶν ἑρπετοδήκτων παραιτεῖται τοὺς πόνους. Ὡσὰν δὲ θεραπευθῇ ἕτερον ἕλκος ἔχων, τὰ αὐτὰ πάσχει καταντληθεὶς τοῖς δηχθεῖσι[80]· ποτίζουσι δέ τινες ἐπὶ μὲν τριταίου τρία φύλλα ἢ τρία σπέρματα σὺν οἴνῳ, ἐπὶ δὲ τεταρταίου δ', ὡς λύοντα τὰς περιόδους· μίγνυται δὲ αὐτὴ[81] ἡ ῥίζα καὶ ἀντιδότοις.

Κεφ. ριδ'. (ρκδ'.) [Περὶ Πολίου.] Πόλιον [οἱ δὲ τεύθριον, οἱ δὲ φευξασπίδιον, οἱ δὲ ἀχαιμενὶς, οἱ δὲ ἐβενῖτις, οἱ δὲ μήλοσμον, οἱ δὲ βέλιον, οἱ δὲ λεοντόχαρον] τὸ μέν ἐστιν ὀρεινὸν, ὃ καὶ τεύθριον καλεῖται, οὗ καὶ ἡ χρῆσις. Θαμνίον δέ ἐστι λεπτὸν[82], λευκὸν, σπιθαμιαῖον, καρποῦ πλῆρες, ἔχον κεφάλιον ἐπ' ἄκρου κορυμβοειδὲς, μικρὸν,

79) Sic Sarac. ex interpretibus emendavit; vulgo *ὅλον*.

80) Totam hanc periodum ad fidem codd. Vindobonensium sic faciliorem reddidi. Vulgo: *ᾧ δ' ἂν θεραπευθῇ τις ὕδατι, ἂν ἕτερος ἕλκος ἔχων καταντληθῇ, τὰ αὐτὰ πάσχει τοῖς δηχθεῖσι.*

81) Sarac. sic emendat; vulgo *αὐτῆς*.

82) Oribas. *λεπτόφυλλον*.

menses quoque cient. Seminis autem ternae drachmae, foliorum quaternae exhiberi debent. Succurrunt et venenatorum morsibus folia trita, ex aceto mulso pota. Tradunt vero nonnulli, totius fruticis, radicis scilicet et foliorum, decoctum fotu dolores eorum mitigare, quos serpentes momorderint. Sicubi curatur aliquis alieno ulcere laborans, eadem patitur ex hoc fotu, ac morsi. Propinant autem quidam terna folia aut totidem semina cum vino in tertianis, in quartanis quaterna, ceu, quae febrium circuitus solvant. Radix denique et antidotis admiscetur.

Cap. CXIV. (CXXIV.) [*De Polio.*] Polium [quod alii teuthrion, alii pheuxaspidion, nonnulli achaemenin, alii ebenitin aut melosmon, belion etiam et leontocharon vocant]. Eius species montana, et teuthrion dicta, usitata est. Exiguus frutex, albus, dodrantalis, semine refertus: capitulum parvum habet in cacumine, corymbii spe-

ως πολιὰν τρίχα[83], βαρύοσμον μετὰ ποσῆς εὐωδίας[84]. Τὸ δὲ ἕτερον θαμνωδέστερον, οὐχ οὕτως εὔτονον τῇ ὀσμῇ καὶ ἀδρανέστερον κατὰ τὴν δύναμιν[85]. Δύναται δὲ αὐτῶν τὸ ἀπόζεμα πινόμενον θηριοδήκτοις ἀρήγειν, ὑδρωπικοῖς, ἰκτεριώδεσι· σπληνικοῖς δὲ σὺν ὄξει· ἔστι δὲ καὶ κεφαλαλγὲς καὶ κακοστόμαχον· ἄγει δὲ καὶ κοιλίαν καὶ ἔμμηνα· ὑποστρωννύμενον δὲ καὶ θυμιώμενον θηρία διώκει· καταπλασσόμενον δὲ τραύματα κολλᾷ.

Κεφ. ριε΄. (ρκε΄.) [Περὶ Σκορδίου.] Σκόρδιον [οἱ δὲ σκόρβιον, οἱ δὲ πλευρῖτις, οἱ δὲ δύςοσμον, οἱ δὲ καλαμίνθη ἀγρία, οἱ δὲ χαμαίδρυς, οἱ δὲ μιθριδάνιος, προφῆται αἷμα Πόδοτος, Αἰγύπτιοι ἀφώ, Ῥωμαῖοι φριξάγω παλούστρις] φύεται ἐν (ὀρεινοῖς τόποις)[86] καὶ ἑλώδεσι, φύλλα ἔχον ἐοικότα χαμαίδρυϊ, μείζονα δὲ καὶ οὐχ οὕτως ἐντετμημένα τὴν περιφέρειαν, ποσῶς δὲ τῇ ὀσμῇ σκορδίζοντα, στυπτικὰ δὲ

83) Serap. legit ὡς κεφάλιον λευκακάνθης.

84) Lacuna maluit δυςωδίας, sed repugnant codd. et interpretes prisci.

85) Cod. N. φύλλα ὑσσώπῳ ἐμφερῆ.

86) Expungere haec non ausim, licet falsa, quoniam, cod. X. unico excepto, qui omittit, reliqui omnes habent. Plin. 25, 6. in campis pinguibus humidisque nasci tradit.

ciem prae se ferens, canis capillis (colore) simile, graveolens cum quadam suavitate. Altera species magis fruticulosa, non ita forti odore praedita, ac viribus imbecillior est. Earum decoctum epotum succurrit venenatorum morsibus, hydropicis et ictericis: spleneticis autem ex aceto propinatur. Capitis porro dolores producit, stomachumque male habet. Alvum etiam ducit et menses. Ceterum substratum suffitumve venenatas bestias abigit: impositum vero vulnera conglutinat.

Cap. CXV. (CXXV.) [*De Scordio.*] Scordium [quidam scorbium nominant, alii pleuritin, alii dysosmon, alii calamintham sylvestrem, alii chamaedryn, alii Mithridanion, prophetae sanguinem Podotis, Aegyptii apho, Romani trixaginem palustrem] nascitur in (montosis et) palustribus locis. Folia habet chamaedryi similia, sed maiora, neque in ambitu ita incisa, allium vero aliquan-

καὶ ἔμπικρα κατὰ τὴν γεῦσιν· καυλία δὲ τετράγωνα, ἐφ' ὧν ἄνθος ὑπέρυθρον[87]. *Δύναμιν δὲ ἔχει ἡ πόα θερμαντικὴν, διουρητικὴν, ποτιζομένη χλωρὰ, λεία καὶ ξηρὰ ἀφεψομένη σὺν οἴνῳ πρὸς ἑρπετῶν δήγματα καὶ θανάσιμα*[88]· *πρός τε δηγμὸν στομάχου καὶ δυσεντερίαν καὶ δυσουρίαν* < *β' σὺν ὑδρομέλιτι· καθαίρει καὶ πάχος πυῶδες ἐκ θώρακος· ποιεῖ καὶ πρὸς παλαιὰν βῆχα καὶ ῥήγματα καὶ σπάσματα, σὺν καρδάμῳ καὶ μέλιτι καὶ ῥητίνῃ μιγεῖσα ξηρὰ ἐν ἐκλεικτῷ· καὶ ὑποχόνδριον χρονίως φλεγμαῖνον, ἀναληφθεῖσα κηρωτῇ, παρηγορεῖ· ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς ποδάγραν, μετ' ὄξους δριμέος περιχριομένη, ἢ μεθ' ὕδατος καταπλασσομένη· προςτεθεῖσα δὲ ἔμμηνα κινεῖ· καὶ τραύματα κολλᾷ· ἕλκη παλαιὰ ἀνακαθαίρει καὶ ἀπουλοῖ σὺν μέλιτι· ξηρὰ δὲ ὑπερσαρκώματα στέλλει· πίνεται δὲ καὶ τὸ ἐξ αὐτῆς χύλισμα πρὸς τὰ εἰρημένα πάθη· ἐνεργέστατον*[90] *δέ ἐστι τὸ ποντικὸν*[91] *καὶ τὸ κρητικόν.*

87) Cod. C. in cap. peculiari *σίνηπι ἄγριον* una cum *σκορδίῳ* tractans, varias notas addit, quae ad Erysimum Alliariam potius quadrant.

88) Cod. C. omisso *καὶ* habet *θανασίμων*. 89) C. *καρδαμώμῳ*.

90) Sic Sarac. emendavit; vulgo *ἐναργέστατον*.

91) Lacuna legit: *τὸ λυδικὸν, εἶτα τὸ ποντικόν.*

tum redolentia, astringentia gustuque amara, cauliculos quadrangulos, in quibus flos rubicundus. Vim habet herba calefacientem, urinasque ciet. Recens trita itemque arida, decocta in vino, adversus serpentium morsus venenaque propinatur. Ad stomachi vero rosiones, dysenteriam et urinae difficultatem binis drachmis ex hydromelite. Sed et pus crassius e pectore expellit. Facit et arida ad veterem tussim, rupta convulsaque, si cum nasturtio, melle ac resina in eclegmate misceatur: diuturnam quoque hypochondrii inflammationem cerato excepta lenit: valet et ad podagram ex aceto acri oblita, vel ex aqua imposita: subdita vero menses movet. Quin et vulnera conglutinat, vetera ulcera repurgat, et cum melle ad cicatrices perducit. Sicca vero carnis luxuriem coërcet. Sed et expressus ex ea succus ad eadem bibitur vitia. Efficacissimum autem est ponticum creticumque.

Κεφ. ρις'. (ρκς'.) [*Περὶ Βηχίου.*] *Βήχιον* [*οἱ δὲ ῥίχιον, οἱ δὲ πετρίνη, οἱ δὲ πήγανον, οἱ δὲ πίθιον, οἱ δὲ παγόνατον, οἱ δὲ χαμαιλεύκη, οἱ δὲ πρόχετον, οἱ δὲ ἀρκόφυτον*[92], *οἱ δὲ χαμαίγειρον, Αἰγύπτιοι σααρθά*[93], *Ῥωμαῖοι τουσιλάγω, οἱ δὲ φαρφάριαμ, οἱ δὲ πουστουλάγω, Βέσσοι ἀσᾶ·*] *φύλλα ἔχει ὅμοια κισσῷ, μείζονα δὲ, ϛ' ἢ ζ, ἐκ μὲν τῶν πρὸς τὰ ἄνω χλωρὰ, ἐκ δὲ τῶν πρὸς τὰ κάτω λευκὰ*[94], *γωνίας πλείους ἔχοντα, καυλὸν σπιθαμιαῖον· ἄνθος ὠχρὸν κατὰ τὸ ἔαρ· ὀξέως δὲ ἀποβάλλει τό τε ἄνθος καὶ τὸν καυλὸν, ὅθεν τινὲς ὑπέλαβον, ἄκαυλον καὶ ἀνανθῆ ὑπάρχειν τὴν πόαν· ῥίζα λεπτή*[95]*· φύεται περὶ λιβάδας καὶ ἐνύδρους τόπους. Ταύτης τὰ φύλλα λεῖα σὺν μέλιτι καταπλασσόμενα, ἐρυσιπέλατα καὶ πᾶσαν φλεγμονὴν ἰᾶται· ὑποθυμιώμενα δὲ ξηρὰ εἰς ἀποκαπνισμὸν, τοὺς ὑπὸ ξηρᾶς βηχὸς καὶ ὀρθοπνοίας ὀχλουμένους θεραπεύει, ὅταν χανόντες τὸν καπνὸν τῷ στόματι δέξωνται καὶ καταπίωσι· ῥήσσει δὲ καὶ τὰ ἐν*

92) C. *ἀρκόφυλλον.*

93) C. *σααρδρά.*

94) Vera haec lectio apud solum Marcell. et cod. N. Ceteri omnes inversam, quae naturae est adversaria, lectionem habent.

95) Quod cum Ald. editt. omnes habent *ἄχρηστος*, deest in cod. C., nec legit id Oribas. Reiecerunt iam id additament. Manardus, Fuchsius, Matthiolus.

Cap. CXVI. (CXXVI.) [*De Tussilagine.*] Tussilago [nonnullis rhichion, aliis petrine, aut ruta, pithion etiam et pagonaton, aliis chamaeleuca aut procheton, nonnullis arcophyton, aliis chamaegiron, Aegyptiis saartha, Romanis tussilago, aut farfara, aut pustulago dicitur, Bessis asa] folia habet hederae similia, maiora vero, sena aut septena, supra virentia, subtus vero albida, angulis multis praedita, caulem dodrantalem, florem pallidum verno tempore. Brevi vero tempore abiicit et florem et caulem, unde nonnulli opinati sunt, herbam et caule et flore carere. Radix est tenuis. Nascitur in locis ex aqua pluvia inundatis et udis. Folia trita, ex melle imposita, erysipelatis omnique medentur inflammationi: suffita vero arida, ita ut fumus hianti ore excipiatur voreturque, eos sanant, qui sicca tusse ac orthopnoea infestantur: pecto-

θώρακι ἀποστήματα· τὸ δ' αὐτὸ ποιεῖ καὶ ἡ ῥίζα ὑποθυμιωμένη· ἔμβρυόν τε τεθνηκὸς ἐκβάλλει ἐν ὑδρομέλιτι ἑφθὴ πινομένη.

Κεφ. ριζ'. (ρκζ'.) [Περὶ Ἀρτεμισίας.] Ἀρτεμισία, ἡ μὲν πολύκλωνος, ἡ δὲ μονόκλωνος [οἱ δὲ τοξητησία[96], οἱ δὲ ἐφεσία[97], οἱ δὲ ἀνακτόριος, οἱ δὲ σώζουσα, οἱ δὲ λεία, οἱ δὲ λυκόφρυς[98], προφῆται αἷμα ἀνθρώπου, οἱ δὲ χρυσάνθεμον, Ῥωμαῖοι οὐαλέντια, οἱ δὲ σερπύλλουμ, οἱ δὲ ἕρβα ῥέγια, οἱ δὲ ῥαπίουμ, οἱ δὲ τερτανάγετα, Γάλλοι πονὲμ, Δακοὶ ζουόστη.] Ἡ μὲν πολύκλωνος φύεται ὡς τὸ πολὺ ἐν παραθαλασσίοις τόποις, πόα θαμνοειδής, παρόμοιος ἀψινθίῳ, μείζων[99] δὲ καὶ λιπαρώτερα τὰ φύλλα ἔχουσα· καὶ ἡ μέν τις αὐτῆς ἐστιν εὐερνής, πλατύτερα ἔχουσα τὰ φύλλα καὶ τὰς ῥάβδους[100]· ἡ δὲ λεπτότερα, ἄνθη μικρὰ, λεπτὰ, λευκὰ, βαρύοσμα[1]· θέρους δὲ ἀνθεῖ[2]. Ἔνιοι δὲ τὸ ἐν μεσογείοις λεπτόκαρφον[3], ἁπλοῦν τῷ καυλῷ, σφόδρα μι-

96) Sarac. anguratur, τοκῶτις vel τοκίτης legendum esse.
97) C. interponit παρθένικὸν, ὑπόλυσσον.
98) Vulgo λυκόφρυξ.
99) Sic cod. C.; μείζω edit.
100) Καὶ ἡ μέν τις — ῥάβδους deest in Ald.
1) Asul. βαρύοσμος. 2) Sarac. ἄνθει.
3) C. λεπτοκαρφότερον.

ris etiamnum vomicas rumpunt. Eumdem effectum praestat suffita radix, sed et decocta in hydromelite et epota partus mortuos eiicit.

Cap. CXVII. (CXXVII.) [*De Artemisia.*] Artemisia alia ramosa, alia simplex [nonnullis toxetesia, ephesia, anactorios, aliis salvans herba, aliis lia, aut lycophrys, prophetis sanguis humanus, aut chrysanthemon, Romanis valentia, serpyllum, herba regia, rapium, tertanageta, Gallis ponem, Dacis zuoste dicta]. Ramosa crescit plerumque in maritimis locis: herba est fruticosa, absinthii similis, nisi quod maiora habeat et nitidiora folia. Est autem quaedam vegetior, latioribus foliis virgisque: altera habet tenuiora: flores gerit parvos, tenues, candidos, graveolentes. Floret vero aestate. Sunt, qui in mediterraneis herbulam gracili surculo et simplici caule, valde exilem,

κρὸν, ἄνθους περίπλεων κηροειδοῦς[4] *τῇ χροιᾷ, λεπτοῦ*[5] *καλοῦσιν ἀρτεμισίαν μονόκλωνον· ἔστι δὲ εὐωδεστέρα τῆς πρὸ αὐτῆς. Ἀμφότεραι δὲ θερμαίνουσι καὶ λεπτύνουσιν*[6]*· ἀποζεννύμεναι δὲ ἁρμόζουσιν εἰς γυναικεῖα ἐγκαθίσματα πρὸς ἀγωγὴν ἐμμήνων καὶ δευτέρων καὶ ἐμβρύων, μύσιν τε καὶ φλεγμονὴν τῆς ὑστέρας καὶ θρύψιν λίθων καὶ ἐποχὴν οὔρων· ἡ δὲ πόα κατὰ τοῦ ἤτρου καταπλασθεῖσα πόλλὴ, ἔμμηνα κινεῖ· ὁ δὲ ἐξ αὐτῆς χυλὸς, λεανθεὶς σὺν*[7] *σμύρνῃ καὶ προςτεθεὶς, ἄγει ἀπὸ μήτρας, ὅσα καὶ τὸ ἐγκάθισμα· καὶ ποτίζεται δὲ ἡ κόμη πρὸς ἀγωγὴν τῶν αὐτῶν, πλῆθος* < *γ.*

[*Κεφ. ριη'. (ρκη'.)* [*Περὶ Ἀρτεμισίας λεπτοφύλλου.*[8]] *Ἀρτεμισία λεπτόφυλλος, ἥτις γεννᾶται περὶ ὀχετοὺς καὶ φραγμοὺς καὶ εἰς χώρας σπορίμους· τὸ ἄνθος οὖν αὐτῆς καὶ τὰ φύλλα τριβόμενα ὀσμὴν ἀποδίδωσι σαμψύχου· εἰ οὖν τις πονεῖ τὸν στόμαχον, καὶ κόψει τὴν βοτάνην ταύτης μετὰ ἀμυγδαλίνου ἐλαίου καλῶς, καὶ ποιήσει ὡς μάλαγμα,*

4) Sic cod. C., Oribas. et Hermol.; *κιῤῥοειδὲς* Ald. et sequ.

5) Ald. et sequ. *λεπτὸν*, *ὅ*. 6) *Καὶ λεπτ.* deest in cod. C.

7) Sic cod. C. Rel. omittunt *σύν*.

8) Omne hoc caput, ipsa dictione alienum, deest in optimis codd., ut et in Oribas. Reiicitur iam a Marcell.

floribus refertam tenuibus, colore cereis, artemisiam monoclonon (simplicem) appellent. Haec, quam praecedens, gratior est odore. Utraque calefacit et attenuat. Fervefactae insidentibus feminis prosunt ad extrahendos menses, partus secundasque, itemque ad matricis praeclusionem inflammationemque, dein ad comminuendos calculos et ad cohibitam urinam (evocandam). Quin etiam herba ipsa copiosior iliis imposita menses ciet. Succus ex eadem expressus cum myrrha subactus ac vulvae subditus eadem ex utero, quae et insessus, trahit. Sed et coma, eorumdem educendorum gratia, ternis drachmis propinatur.

[Cap. CXVIII. (CXXVIII.) [*De Artemisia tenuifolia.*] Est et artemisia tenuifolia, quae circa rivulos et sepes et in agris frumentariis nascitur. Huius flores et folia si contriveris, sampsuchi odorem spirant. Si quis igitur herbam eam tusam et cum oleo amygdalino bene subactam, more malagmatis, dolenti stomacho imposuerit,

καὶ θήσει ἐπὶ τὸν στόμαχον, θεραπευθήσεται· εἰ δὲ καὶ τὰ νεῦρά τις πονεῖ, τὸν χυλὸν ταύτης μετὰ ῥοδίνου ἐλαίου μίξας χρίει, θεραπευθήσεται.]

Κεφ. ριθ'. (ρκθ'.) [Περὶ Ἀμβροσίας.] Ἀμβροσία· οἱ δὲ βότρυς, οἱ δὲ βότρυς ἀρτεμισία, [Ῥωμαῖοι κάπρουμ σιλβάτικουμ, οἱ δὲ ἄπιουμ ῥούστικουμ, Αἰγύπτιοι μερσεώ·] θαμνίσκος ἐστὶ τρισπίθαμος τὸ ὕψος, πολύκλαδος· φύλλα ἔχων περὶ τὴν ἐκβολὴν[9] τοῦ καυλοῦ μικρά, ὡς πηγάνου· τὰ δὲ καυλία περίπλεα σπερματίων, ἐοικότων βοτρυδίοις μηδέποτε ἀνθοῦσι· τῇ ὀσμῇ οἰνώδης[10]· ἡ δὲ ῥίζα λεπτή, δισπίθαμος. Καταπλέκεται δὲ ἐν Καππαδοκίᾳ τοῖς στεφάνοις. Δύναμιν δὲ ἔχει σταλτικὴν τῶν ἐπιφερομένων καὶ ἀποκρουστικήν, καταπλασσομένη[11] στύφουσαν.

Κεφ. ρκ'. (ρλ'.) [Περὶ Βότρυος.] Βότρυς πόα ἐστὶν ὅλη μηλίνη, θαμνοειδής, διακεχυμένη, πολλὰς ἔχουσα μασχάλας· τὸ δὲ σπέρμα ὅλοις τοῖς κλωνίοις περιπέφυκε· φύλλα κιχωρίῳ ἐμφερῆ[12], καὶ τὸ σύμπαν εὐῶδες ἱκανῶς· διὸ καὶ

9) Cod. X. ἐμβολήν.
10) Ald. sola μηκωνώδης, quae cum aliis editt. addit ἡδεῖα, nec cum θαμνίσκῳ congruum, nec in codd. Vindob. reperiundum.
11) Sic Sarac. emendavit; vulgo καταπλασσομένην.
12) Lacuna et cod. X. πολλὰ addunt, quod Sarac. inseruit.

sanabitur. Si quem etiam nervorum dolor male habet, eius contritae succo expresso et mixto cum oleo rosaceo si eum perunxeris, curabitur.]

Cap. CXIX. (CXXIX.) [*De Ambrosia.*] Ambrosia, quam alii botryn aut botryn artemisiam, [Romani caprum sylvaticum, vel apium rusticum, Aegyptii merseo vocant], fruticulus est tres spithamas altus, ramosus: folia habet, qua caulis germinat, parva, rutacea, cauliculos vero minutis seminibus, quasi racemulis nunquam florentibus refertos. Est is odore vinoso. Radix tenuis, duas spithamas aequans. Nectitur in coronas apud Cappadoces. Vis eius, reprimere, repellere et illitu astringere humores, qui in aliquam partem irruunt.

Cap. CXX. (CXXX.) [*De Botry.*] Botrys herba est flava tota, fruticosa, diffusa, et axillis pluribus instructa. Semen circumnascitur ramulos totos: folia cichorio similia. Herba tota admodum suaviter olet, quamob-

ἱματίοις συντίθεται. Φύεται δὲ μάλιστα περὶ χαράδρας καὶ χειμάῤῥους. Δύναμιν δὲ ἔχει σὺν οἴνῳ πινομένη ὀρθοπνοίας παρηγορεῖν· καὶ ταύτην ἀμβροσίαν Καππαδόκαι καλοῦσι, τινὲς δὲ ἀρτεμισίαν.

Κεφ. ρκα΄. (ρλα΄.) [Περὶ Γερανίου.] Γεράνιον [οἱ δὲ πελωνιτὶς[13]*, οἱ δὲ τρίκα, οἱ δὲ γερανογέρων, Ῥωμαῖοι ἐχινάστρουμ*[14]*, Ἀφροὶ ἰέσκε] τὸ μὲν φύλλον ἔχει ὅμοιον ἀνεμώνῃ, ἐσχισμένον, μακρότερον, ῥίζαν δὲ ὑποστρόγγυλον, γλυκεῖαν, ἐσθιομένην, ἥτις ποθεῖσα ἐν οἴνῳ ἄχρι < πλῆθος ὑστέρας ἐμπνευματώσεις λύει.*

Καλεῖται ὑπ' ἐνίων καὶ ἕτερον γεράνιον [οἱ δὲ ὀξύφυλλον, οἱ δὲ μερτρὺξ, οἱ δὲ μυῤῥὶς, οἱ δὲ καρδάμωμον, οἱ δὲ ὀρίγανον, προφῆται ἱεροβρύγκας, Ῥωμαῖοι πουλμενία, οἱ δὲ κικοτρία, οἱ δὲ γρουΐνα, Ἀφροὶ ἰὲγκ[15]*] ἔχον καυλία λεπτὰ, χνοώδη, δισπίθαμα, φύλλα μαλάχῃ ἐμφερῆ, καὶ ἐπ' ἄκρων τῶν μασχαλῶν ἐξοχάς τινας ἀνανενευκυίας, ὡς γεράνων κε-*

13) Sarac. auguratur: *πελαργῖτις*. Posset quispiam *πελανῖτις* legere, quod inter *πέλανον* (*σῖτον*) crescat.

14) Sic cod. C.; *οὐχιγάστρουμ* vulgo.

15) Sic cod. C. et Ald. Alii *ἰὲσκ*.

rem vestibus etiam interponitur. Invenitur autem potissimum ad torrentium et rivulorum ripas. Pota ex vino efficax est ad mulcendam orthopnoeam. Et hanc Cappadoces ambrosiam vocant, alii artemisiam.

Cap. CXXI. (CXXXI.) [*De Geranio.*] Geranium [quod et pelonitidem, alii tricam aut geranogeronta, Romani echinastrum, Afri ieske vocant] folium habet anemones simile, incisum, sed longius, radicem subrotundam, dulcem et esui aptam. Haec drachmae pondere in vino pota matricis inflationes solvit.

Vocatur a nonnullis et alterum geranium [quod et oxyphyllum, mertryca, myrrhida, cardamomum, origanum etiam, prophetae hierobryncas, Romani pulmoniam, cicutariam, gruinam, Afri ienk vocant]. Habet id cauliculos tenues, lanuginosos, duarum spithamarum altitudine, folia vero malvae similia, et in summis axillis eminentias

φαλὰς σὺν τοῖς ῥάμφεσιν ἢ κυνῶν ὀδόντας· χρῆσις δὲ αὐτοῦ ἐν ἰατρικῇ οὐδεμία.

Κεφ. ρκβ'. (ρλβ'.) [Περὶ Γναφαλίου.] Γναφάλιον [οἱ δὲ ἱρὲς, οἱ δὲ ἀμπέτοκος[16], οἱ δὲ ἀνάξητον, οἱ δὲ ἀναφαλὶς, Αἰγύπτιοι σεμεὼν, Γάλλοι γελασονὲν, Ῥωμαῖοι κεντούγκλουμ[17], οἱ δὲ τουκούλαρις, οἱ δὲ ἀλβίνους.] Τούτου τοῖς φύλλοις τινὲς ἀντὶ γναφάλου χρῶνται, λευκοῖς[18] οὖσι καὶ μαλακοῖς· ποιεῖ δὲ σὺν οἴνῳ αὐστηρῷ ποτιζόμενα τὰ φύλλα πρὸς δυςεντερίαν.

Κεφ. ρκγ'. (ρλγ'.) [Περὶ Τύφης.] Τύφη φύλλον ἀνίησι κυπερίδι ὅμοιον, καυλὸν λεῖον[19], ὁμαλὸν, ἐπ' ἄκρῳ περικείμενον ἄνθος πυκνὸν καὶ ἐκπαππούμενον, ὃ καλοῦσιν ἔνιοι ἀνθήλην· ταύτης τὸ ἄνθος, ἀναληφθὲν στέατι παλαιῷ[20] ὑείῳ πεπλυμένῳ, κατακαύματα θεραπεύει· φύεται δὲ ἐν ἕλεσι καὶ ὑδροστασίμοις τόποις.

Κεφ. ρκδ'. (ρλδ'.) [Περὶ Κιρκαίας.] Κιρκαία, οἱ δὲ διρκαίαν καλοῦσι· τὰ μὲν φύλλα ἔχει στρύχνῳ ὅμοια κηπαίῳ,

16) C. ἀμπέτογγος.
17) Sic cod. C.; κέντουλουμ vulgo.
18) Ald. λεπτοῖς.
19) Ald. λευκόν.
20) C. πολλῷ.

quasdam sursum versas, velut gruum capita cum rostris, aut dentes caninos. Usus eius autem in medicina nullus.

Cap. CXX. (CXXXII.) [*De Gnaphalio.*] Gnaphalium [id nonnulli hires, alii ampetocon aut anaxeton aut anaphalis, Aegyptii semeon, Galli gelasonen, Romani centunculum aut tucularin, albinum etiam vocant]. Huius foliis albis mollibusque tomenti vice utuntur. Faciunt autem cum vino austero propinata adversus dysenteriam.

Cap. CXXIII. (CXXXIII.) [*De Typha.*] Typha folium profert cyperidis aemulum, caulem laevem et aequabilem, quem in cacumine flos ambit densus, qui in pappos solvitur, quem aliqui anthelen dicunt. Huius flos, adipe suillo vetere loto exceptus, ambustis medetur. Habitat autem in paludibus aquisque stagnantibus.

Cap. CXXIV. (CXXXIV.) [*De Circaea.*] Circaea, quam et dircaeam appellant, folia gerit solani hortensis,

παραφυάδας δὲ πολλὰς, ἄνθη μέλανα, μικρὰ, πολλά, καρπὸν δὲ κεγχροειδῆ ἔν τισιν οἱονεὶ κερατίοις, ῥίζας σπιθαμιαίας, γ′ ἢ δ′ λευκὰς, εὐώδεις [21], θερμαντικάς· μάλιστα δὲ ἔν τισι πετρώδεσι φύεται τόποις, εὐπνοίοις καὶ εὐηλίοις. Ταύτης ἡ ῥίζα, ὅσον οὐγγίαι [22] δ′, θλασθεῖσα καὶ βραχεῖσα ἡμέραν καὶ νύκτα ἐν οἴνου γλυκέως κοτύλαις ς′, καὶ ποθεῖσα ἡμέρας γ′, ὑστέραν ἀποκαθαίρει· ὁ δὲ καρπὸς γάλα κατασπᾷ ἐν ῥοφήμασι λαμβανόμενος.

Κεφ. ρκέ. (ρλέ.) [Περὶ Οἰνάνθης.] Οἰνάνθη, οἱ δὲ κερασκόμιον, οἱ δὲ λεύκανθον καλοῦσι, τὰ μὲν φύλλα ἔχει ὥσπερ σταφυλῖνος, ἄνθη δὲ λευκὰ, καὶ καυλὸν παχὺν, σπιθαμιαῖον, καρπὸν δὲ ὥσπερ ἀτραφάξιος, ῥίζαν μεγάλην, κεφαλὰς ἔχουσαν πλείονας, στρογγύλας· φύεται ἐν πέτραις. Ταύτης ὁ καρπὸς καὶ ὁ καυλὸς καὶ τὰ φύλλα ποτίζεται πρὸς δευτέρων ἐκβολὴν σὺν οἰνομέλιτι· ἡ δὲ ῥίζα σὺν οἴνῳ πρὸς στραγγουρίας ἁρμόζει καὶ ἴκτερον.

Κεφ. ρκς′. (ρλς′.) [Περὶ Κονύζης.] Κόνυζα [μεγάλη,

21) *Εὐώδεις* deest in cod. C.

22) Vulgare *μναῖ* non quadrat ad *κοτύλας ς′*, cum *μνᾶ* circiter centum drachmas aequaret. (Plin. 21, 109. Galen. de comp. sec. gen. lib. 5. p. 789. ed. Lips.)

ac propagines crebras: flores nigros, pusillos, numerosos: semen milii forma in quibusdam velut corniculis: radices dodrantales, ternas quaternasve, albas, odoratas, calefacientes. Nascitur maxime in locis rupestribus, perflabilibus et apricis. Radix unciarum quatuor pondere tusa et in vini dulcis heminis sex diem noctemque macerata triduoque bibita, matricem expurgat. At semen in sorbitionibus assumtum lactis ubertatem praestat.

Cap. CXXV. (CXXXV.) [*De Oenanthe.*] Oenanthe, quam et cerascomion et leucanthon vocant, folia habet dauci, flores candidos, caulem crassum, dodrantalem; semen atriplicis; radicem denique magnam, capitula habentem plura, rotunda. Nascitur in petris. Huius et fructus et caulis et folia ad secundas pellendas cum vino mulso propinantur. Ipsa quoque radix e vino ad stranguriam regiumque morbum valet.

Cap. CXXVI. (CXXXVI.) [*De Conyza.*] Conyza

οἱ δὲ κυνοζεματῖτις, οἱ δὲ δαναῒς, οἱ δὲ τανάχιον, οἱ δὲ φῦκος, οἱ δὲ ἰσχὺς, οἱ δὲ δεινοσμὸς, προφῆται βρεφυκτόνος, οἱ δὲ ἀνουβίας, οἱ δὲ ἡδεμίας, Αἰγύπτιοι κέτι, Ῥωμαῖοι ἴντυβουμ, οἱ δὲ μιλιτάρις μίνα, οἱ δὲ δελλιάριον, οἱ δὲ φεβριφοῦγα, οἱ δὲ φραγμοσὰ, οἱ δὲ μουστεροὶ, οἱ δὲ πισσάν.] Ἡ μέν τις μικρὰ καλεῖται, εὐωδεστέρα οὖσα· ἡ δὲ μείζων, ὑπερέχουσα τῷ θάμνῳ καὶ τοῖς φύλλοις πλατυτέρα καὶ βαρύοσμος· ἀμφότεροι δέ προςεοίκασι τοῖς φύλλοις ἐλαίᾳ· ἔστι δὲ δασέα ταῦτα καὶ λιπαρά· ὕψος δὲ τοῦ καυλοῦ, ἡ μὲν μείζων δύο πήχεων ἔχει, ἡ δὲ ἐλάττων ποδός· ἄνθος ψαφαρὸν [23], μήλινον, ὑπόκιῤῥον [24], ἐκπαππούμενον, ῥίζαι δὲ ἄχρηστοι. Δύναται δὲ ὁ θάμνος ὑποστρωννύμενος [25] σὺν τοῖς φύλλοις καὶ θυμιώμενος θηρία διώκειν καὶ κώνωπας ἀπελαύνειν· κτείνει δὲ καὶ ψύλλας· καταπλάσσεται δὲ τὰ φύλλα ὠφελίμως ἐπὶ ἑρπετοδήκτων καὶ φυμάτων καὶ τραυμάτων· καὶ πίνεται σὺν οἴνῳ τὸ ἄνθος καὶ τὰ φύλλα [26]

23) Cod. C. *ψαθαρόν*.
24) Sic Ald.; *ὑποπικρὸν* Asulan. et sequ., *μικρὸν* cod. C.
25) Cod. C. *ἐμπατούμενος*.
26) Lacuna addidit e cod. *καὶ τὸ σπέρμα*.

[grandis, quam alii cynozematitidem, alii danain, alii tanachion, alii fucum, alii ischyn aut graveolentem, prophetae infantum necem, alii anubiam aut hedemian dicunt: ab Aegyptiis vocatur keti, a Romanis intybum, aut militaris mina, aut delliarium et febrifuga. Sunt et qui phragmosa, musteri et pissan appellent]. Quaedam parva vocatur, odore praestantior: maior altera, quae frutice altior est et graveolens, foliisque latioribus. Utriusque folia oleae similia, hirsuta sunt et pinguia. Maioris quidem conyzae caulis binûm cubitorum altitudinem habet, minoris vero pedem aequat. Flos squalidus est, luteus, aut subfulvus, ac in pappos abit. Radices nullius usus. Frutex cum foliis substratu suffituque venenatas bestias fugat, culices abigit, ac pulices quoque necat. Folia utiliter imponuntur serpentium morsibus, tuberculis ac vulneribus. Flores etiam ac folia ad menses partusque pellendos in vino bibuntur: itemque contra

πρὸς καταμηνίων ἀγωγὴν καὶ ἐμβρύων ἐκβολὴν, καὶ στραγγουρίαν, καὶ στρόφους, καὶ ἴκτερον· μετ' ὄξους δὲ ἐπιληπτικοὺς πινόμενα ὠφελεῖ· καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ αὐτῶν τὰ ἐν μήτρᾳ ἀποκαθαίρει [27]· ὁ δὲ χυλὸς προςτεθεὶς ἐκτρωσμοὺς ποιεῖ [28]· ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς ῥίγη συγχριομένη ἡ πόα μετ' ἐλαίου.

Ἡ δὲ λεπτὴ [οἱ δὲ κόνυζα μικρὰ, οἱ δὲ πάνιος, οἱ δὲ λιβανωτὶς, προφῆται Κρόνος] καὶ κεφαλαλγίας καταπλασσομένη ἰᾶται.

Γίνεται δὲ τρίτον εἶδος κονύζης· ἔστι δὲ καυλῷ παχυτέρα καὶ μαλακωτέρα, τοῖς δὲ φύλλοις μείζων τῆς λεπτῆς, ἐλάσσων δὲ τῆς μείζονος, οὐ λιπαρὰ, βαρυοσμοτέρα δὲ πολλῷ καὶ ἀηδεστέρα καὶ ἀπρακτοτέρα· φύεται δὲ ἐν ἐφύδροις [29].

Κεφ. ρκζ'. (ρλζ'.) [Περὶ Ἡμεροκαλλίδος.] Ἡμεροκαλλὶς [οἱ δὲ ἡμεροκατάλλακτος, οἱ δὲ κρίνον ἄγριον, οἱ δὲ κρινάνθεμον, οἱ δὲ πορφυρανθὲς, οἱ δὲ βολβὸς ὁ αἱματικὸς, οἱ δὲ ἀντικάνθαρον, Αἰγύπτιοι ἰοκροὶ, Ῥωμαῖοι βούλβουμ,

27) Sic codd. C. N. X.; θεραπεύει Ald. et rell. Lacuna add. καὶ ἔμμηνα ἀποκαθαίρει.

28) Cod. C. τρόμους παύει.

29) Ald. ἀνύδροις.

stranguriam, tormina morbumque regium. Eadem ex aceto pota comitiales adiuvant. Quin et decoctum insessu matricem expurgat. Subditus autem succus abortum infert. Sed et herba ex oleo peruncta contra rigores est efficax.

Tenuis vero [quam et conyzam parvam, alii panion aut libanotida, prophetae Saturnum vocant] capitis etiam dolores imposita sanat.

Est et tertium genus conyzae, caule crassiori molliorique, foliis mediae inter maiorem et minorem amplitudinis. Minime autem pinguis ea est, at odore longe gravior, suavitate inferior et minus efficax. Locis aquosis provenit.

Cap. CXXVII. (CXXXVII.) [*De Hemerocallide.*] Hemerocallis [nonnulli hemerocatallacton, alii lilium sylvestre, crinanthemon, porphyranthes, alii bulbum sanguineum, alii anticantharon, Aegyptii iocri, Romani bulbum

οἱ δὲ ἔλιουμ ἀγρέστεμ, οἱ δὲ ἔλιουμ μαρίνουμ, Ἀφροὶ ἀβιβλαβόν] φύλλα ἔχει καὶ καυλὸν ὅμοια κρίνῳ, χλωρὰ δὲ, ὥςπερ πράσα· ἄνθη δὲ ἐν αὐτῷ καθ' ἑκάστην ἀπόφυσιν γ' ἢ δ', τὴν σχίσιν[30] τῷ κρίνῳ ἐοικότα, ὅταν ἄρξηται χαίνειν[31], τὴν δὲ χρόαν ἰσχυρῶς ὠχράν[32a]· ῥίζαν ὁμοίαν βολβῷ εὐμεγέθει· ἥτις λεία ποθεῖσα καὶ σὺν μέλιτι ἐν ἐρίῳ προςτεθεῖσα πεσσός ἐστιν ὑδραγωγὸς καὶ αἱμαγωγός· τὰ δὲ φύλλα λεῖα καταπλασσόμενα φλεγμονὰς μαστῶν τὰς ἐκ τοκετῶν καὶ ὀφθαλμῶν πραΰνει· καὶ καταπλάσσεται δὲ ἡ ῥίζα καὶ τὰ φύλλα ὠφελίμως ἐπὶ τῶν πυρικαύστων.

Κεφ. ρκη'. (ρλη'.) [Περὶ Λευκοΐου.] Λευκόϊον [οἱ δὲ βασίλειον, Ῥωμαῖοι ὄπουλα ἄλβα, οἱ δὲ βίολα ἄλβα, οἱ δὲ αὐγουστία, οἱ δὲ βίολαμ ματρονάλεμ[32b], οἱ δὲ πασσαρίνα, οἱ δὲ πολύφουρα] γνώριμόν ἐστιν· ἔστι δὲ αὐτῆς διαφορὰ ἐν τῷ ἄνθει· ἢ γὰρ λευκόν ἐστιν, ἢ μήλινον, ἢ κυανοῦν[33], ἢ πορφυροῦν εὑρίσκεται. Ἔστι δὲ αὐτῶν εὔχρηστον πρὸς τὴν ἰατρικὴν χρῆσιν τὸ μήλινον· οὗ τὰ ἄνθη ξηρὰ ἀποζεσθέντα

30) C. N. *σχέσιν.* 31) C. *χάσκειν.*
32a) C. *εὐανθῆ.*
32b) Sic cod. N.; *ἀντρονάλεμ* vulgo.
33) *Ἢ κυανοῦν,* quamquam in omnibus legatur exemplaribus, deest tamen in Oribas. et Serap.

aut lilium agreste seu marinum, Afri abiblabon vocant] folia caulemque habet lilio similia, sed porri modo virentia. Flores in singulis ramis terni aut quaterni, lilii divisura, cum dehiscere coeperint, colore perquam luteo. Radix praegrandi bulbo similis est, quae quidem trita potaque, aut cum melle ac lana subdita in passo, aquam et sanguinem educit. Folia vero trita ac illita mammarum a partu oculorumque inflammationes mitigant. Ceterum et radix et folia ambustis utiliter imponuntur.

Cap. CXXVIII. (CXXXVIII.) [*De Levcoïo.*] Levcoïon [alii regium, Romani opulam albam, seu violam albam, augustiam etiam et violam matronalem, aut passerinam et polyphuram vocant] notum est: sed est in floribus differentia. Inveniuntur enim vel albi, vel lutei, coerulei etiam atque purpurei. Est autem luteum praecipui in medicina usus: cuius flores aridi fervefacti in-

εἰς ἐγκαθίσματα ποιεῖ πρὸς τὰς περὶ ὑστέραν φλεγμονὰς καὶ ἀγωγὰς ἐμμήνων· ἀναληφθέντα δὲ κηρωτῇ ῥαγάδας τὰς ἐν δακτυλίῳ[34] θεραπεύει, σὺν δὲ μέλιτι ἄφθας· ὁ δὲ καρπὸς αὐτοῦ σὺν οἴνῳ ποθεὶς δραχμῶν δυοῖν πλῆθος, ἢ προςτεθεὶς σὺν μέλιτι, ἔμμηνα καὶ δεύτερα καὶ ἔμβρυα ἄγει· αἱ δὲ ῥίζαι, καταπλασθεῖσαι σὺν ὄξει, στέλλουσι σπλῆνα, καὶ ποδαγρικοὺς ὠφελοῦσι[35].

Κεφ. ρκθ΄. (ρλθ΄.) [Περὶ Κραταιογόνου.] Κραταιόγονον, οἱ δὲ κραταίονον, φύλλα ἔχει ὅμοια τοῖς τοῦ μελαμπύρου· πλείους δὲ ἀπὸ μιᾶς ῥίζης φύονται βλαστοὶ γονατώδεις· καρπὸν δὲ ὅμοιον κέγχρῳ· φύεται ἐν συσκίοις καὶ φρυγανώδεσι[36] ὡς ἐπιτοπολὺ τόποις· ἰσχυρῶς δὲ δριμύ. Ἱστορεῖται δὲ ὑπό τινων ἡ πόσις τοῦ καρποῦ γυναῖκα ἀῤῥενοτόκον ποιεῖν, ἐάν τις μετὰ τὴν κάθαρσιν τῶν καταμηνίων πρὸ τοῦ πλησιάσαι πίνῃ νῆστις τρὶς τῆς ἡμέρας ὁλκὴν τριωβόλου μεθ᾽ ὕδατος κυάθων β΄ ἐπὶ ἡμέρας μ΄· ὡςαύτως δὲ καὶ ὁ ἀνὴρ πινέτω τὰς ἴσας ἡμέρας καὶ πλησιαζέτω.

34) Vulgo *δακτύλῳ.*
35) Matthioli cod. Cantacuz. addit: *Λευκόϊον θαλάσσιον, οἱ δὲ ἴον θαλάσσιον, Ῥωμαίοις βίολα μαρίνα, δύναμιν ἔχει καὶ αὐτὸ τὴν αὐτὴν τῷ πρὸ αὐτοῦ λευκοΐῳ.*
36) Lacuna legit *φρυγμώδεσι* (*ἅπαξ λεγόμενον.*)

sessu valent contra matricis inflammationes, et menstrua pellunt. Cerato vero excepti rimas sedis, cum melle aphthas sanant. At semen duûm drachmarum pondere ex vino potum, aut cum melle subditum, menses, secundas partusque extrahit. Radices denique ex aceto illitae lienem reprimunt, ac podagricos iuvant.

Cap. CXXIX. (CXXXIX.) [*De Crataeogono.*] Crataeogonon, sive crataeonon, folia habet melampyri, (plures autem ab una radice emicant surculi geniculati,) semen milio simile. Nascitur ut plurimum in umbrosis locis et inter virgulta. Est autem vehementer acre. Traditur a quibusdam, seminis potum efficere, ut mulier virilis sexus fetum pariat, siquidem post menses purgatos, antequam cum viro congrediatur, ieiuna ter per diem seminis ternos obolos in aquae cyathis duobus ad dies quadraginta bibat: bibat et ipsum vir similiter ac totidem diebus, dein vero cum illa coëat.

Κεφ. ρλ'. (ρμ'.) [Περὶ Φύλλου.] Φύλλον, οἱ δὲ ἐλαιόφυλλον, οἱ δὲ βρυωνίαν καλοῦσι· φύεται ἐν πέτραις· τὸ μὲν θηλυγόνον λεγόμενον, ὡςπερεὶ βρύον, ἔχον[37] χλωρότερον ἐλαίας τὸ φύλλον, καυλὸν λεπτὸν, βραχὺν[38], ῥίζαν λεπτὴν, ἄνθος λευκὸν, καρπὸν μείζονα, ὥςπερ μήκωνος. Τὸ δὲ ἀῤῥενογόνον τὰ μὲν ἄλλα ὅμοιον τῷ προειρημένῳ, καρπῷ δὲ διαφέρει· ἔχει γὰρ ὅμοιόν τι τῷ ἄρτι ἐξηνθηκυίας ἐλαίας βοτρυῶδες[39]· λέγεται δὲ τὸ ἀῤῥενογόνον ποθὲν ἀῤῥενοτοκεῖν, τὸ δὲ θηλυγόνον θηλυτοκεῖν. Ἱστορεῖ περὶ τούτων Κρατεύας· ἐμοὶ δὲ δοκεῖ τὰ τοιαῦτα μέχρι τῆς περὶ αὐτῶν ἱστορίας προάγειν.

Κεφ. ρλα'. (ρμα'.) [Περὶ Ὄρχεως.] Ὄρχις, οἱ δὲ κυνὸς ὄρχιν καλοῦσι, φύλλα ἔχει κατὰ γῆς ἐστρωμένα περὶ τὸν καυλὸν καὶ τὸν πυθμένα, ἐλαίᾳ[40] μαλακῇ ὅμοια, στενώτερα δὲ καὶ λεῖα, μακρότερα· καυλὸν σπιθαμῆς τὸ μῆκος, ἐφ' οὗ

37) Integrum textum esse, e comparato Theophr. 9, 18. apparet.

38) Lacuna καρπὸν λεπτὸν, μικρόν.

39) Codd. C. N. sic scribunt, etiamsi cod. C. interponat μηλέα, quod huc non pertinet. Ald. ὅμοιον ἄνθει ἐξ. ἐλ. βοτρυῶδες. Sic et Asulan.; Cornar. et Goupyl. βοτρυώδεα. Sarac. ita corrigit: ὅμοιόν τι τῷ ἐξ. ἐλ. βοτρυώδει.

40) Codd. omnes et interpretes prisci in hac lectione congruunt. Malunt σκίλλῃ legere, qui Theophr. 9, 18. congruum reddere student.

Cap. CXXX. (CXL.) [*De Phyllo.*] Phyllon, alii elaeophyllon, bryoniam alii nominant: nascitur in petris. Ac illud quidem, quod thelygonon dicitur, velut floris gemmam (gerit), folium vero oleagineo magis virens, caulem tenuem, brevem, radicem gracilem, florem album, fructum maiorem, velut papaveris (semen). Arrhenogonon autem, cetera priori simile, fructu tamen differt. Habet enim simile aliquid (fructui) olivae, recens e flore emergenti, racemosum. Perhibetur autem, arrhenogoni potu mares generari, thelygoni vero feminas. Haec memoriae prodidit Cratevas: mihi autem videtur talia ad traditionem (solam) prosequi.

Cap. CXXXI. (CXLI.) [*De Orchi.*] Orchis, quem alii canis testiculum vocant, folia habet circa caulis imam partem in terra strata, mollis oleae similia, angustiora tamen, laevia ac longiora; caulem dodrantalem, in quo

ἄνθη πορφυροειδῆ· ῥίζαν βολβοειδῆ, ἐπιμήκη, διπλῆν, στενὴν, ὡς ἐλαίας, τὴν μὲν ἄνω, τὴν δὲ κατωτέρω· καὶ τὴν μὲν πλήρη[41], τὴν δὲ μαλακὴν καὶ ῥυσσήν· ἐσθίεται δὲ ἡ ῥίζα, ὡς βολβὸς ἑψηθεῖσα. Καὶ περὶ ταύτης δὲ ἱστορεῖται, τὴν μὲν μείζονα ῥίζαν, ὑπὸ ἀνδρῶν ἐσθιομένην, ἀῤῥενογόνον εἶναι, τὴν δὲ ἐλάττονα ὑπὸ γυναικῶν, θηλυγόνον. Προςιστορεῖται[42] δὲ καὶ τὰς ἐν Θετταλίᾳ[43] γυναῖκας τὸν μὲν ἁπαλὸν μετὰ αἰγείου γάλακτος ποτίζειν, ὡς παριστᾶν τὰ ἀφροδίσια· τὸν δὲ ξηρὸν πρὸς ἐπίσχεσιν καὶ ἔκλυσιν τῶν ἀφροδισίων· ἀναλύεσθαί τε τὸν ἕτερον ὑπὸ τοῦ ἑτέρου πινόμενον. Φύεται δὲ ἐν λιθώδεσι καὶ ἀμμώδεσι τόποις.

Κεφ. ρλβ'. (ρμβ'.) [Περὶ Ὄρχεως ἑτέρου.] Ὄρχις ἕτερος, ὃν καὶ σεραπιάδα ἕτερον καλοῦσιν, ὡς καὶ Ἀνδρέας, διὰ τὸ πολύχρηστον[44] τῆς ῥίζης· φύλλα ἔχει ἐοικότα πράσῳ[45], ἐπιμήκη, πλατύτερα δὲ καὶ λιπαρὰ[46], ἐπικαμπῆ ἐν ταῖς μασχάλαις· καυλία σπιθαμιαῖα, ἄνθη δὲ ὑποπόρφυρα· ῥίζα δὲ

41) Lacuna legit *σκληράν.*
42) Sic cod. N.; *προςιστόρηται* vulgo.
43) Serap. legit *Ἰταλίᾳ.*
44) Lobel. stirp. adv. p. 63. maluit *πολύσχιστον.*
45) Sic cod. C., Oribas., Serap.; *πρασίῳ* Ald., Asulan., Cornar.
46) Oribas. *παχέα*, C. *μαλακά.*

flores purpurascentes; radicem bulbosam, oblongam, geminam, angustam, olivarum ad instar; quarum altera superior est, inferior altera; haec quidem plenior, illa mollis et rugosa. Radix cocta ut bulbus comeditur. Et de hac traditur, si maiorem edant viri, mares generari, si minorem feminae, alterum sexum. Insuper autem proditum est, in Thessalia mulieres teneram e lacte caprino propinare ad excitandam libidinem, aridam vero ad eamdem inhibendam, atque ab unius potu alterius vires exsolvi. Nascitur in saxosis locis et sabuletis.

Cap. CXXXII. (CXLII.) [*De Orchi altero.*] Orchis alter, quem alii, velut Andreas et serapiada, propter multiplicem radicis usum, vocant, folia habet porro similia, oblonga, at latiora et pinguia, ex alarum sinu inflexa; cauliculos spithamaeos, flores purpurascentes. Ra-

ὕπεστιν ὀρχιδίοις[47] ὁμοία, ἥτις δύναμιν ἔχει καταπλαττομένη οἰδημάτων σκεδαστικὴν, καὶ ἑλκῶν ἀνακαθαρτικὴν, καὶ ἕρπητος ἐφεκτικήν· ἀνασκευάζει δὲ καὶ σύριγγας, καὶ τὰ φλεγμαίνοντα παρηγορεῖ καταπλασσομένη· ξηρὰ δὲ[48] νομὰς ἵστησι καὶ τὴν σηπεδόνα[49]· καὶ τὰ ἐν στόματι κακοήθη ἰᾶται· ἵστησι δὲ καὶ κοιλίαν σὺν οἴνῳ ποθεῖσα· ἱστορεῖται δὲ καὶ περὶ ταύτης, ὅσα καὶ περὶ τοῦ κυνὸς ὄρχεως.

Κεφ. ρλγ′. (ρμγ′.) [Περὶ Σατυρίου.] Σατύριον, οἱ δὲ τρίφυλλον καλοῦσιν, ἐπειδὴ ὡς ἐπιτοπολὺ φύλλα τρία φέρει ἐπὶ γῆς κεκλασμένα[50], λαπάθῳ ἢ κρίνῳ ὅμοια, ἐλάττονα μέντοι καὶ ἐνερευθῆ, καυλὸν δὲ ψιλὸν, μακρὸν, ὡς πήχεως· ἄνθος κρινοειδὲς[51], λευκόν· ῥίζαν βολβοειδῆ, ὅσον μῆλον, πυῤῥὰν, τὰ δὲ ἐντὸς λευκὴν, ὥςπερ ᾠὸν, γευομένῳ γλυκεῖαν καὶ εὔστομον· ταύτην δεῖ πίνειν ἐν οἴνῳ μέλανι αὐστηρῷ πρὸς ὀπισθότονον· καὶ εἰ βούλει γυναικὶ συνουσιάσαι, χρῆσαι· φασὶ γὰρ αὐτὴν καὶ ὁρμὴν κινεῖν τὴν ἐπὶ συνουσίᾳ.

47) Sic Oribas., Serap. et Ald.; ῥαβδίοις cod. C.
48) Lacuna addit ἐπιπασσομένη.
49) Sic e Serap. correxi; vulgo τὰ ἐν σηπεδόνι. C. σηπεδονῶδες.
50) Sic Oribas., Serap., Lacuna; ἐπειδὴ ὡς ἐπὶ τὴν γῆν φύλλα τρία φέρει κεκλασμένα Ald. et sequ.
51) Sic Oribas., Serap. et Sarac.; κριθοειδὲς Ald. et rell.

dix autem subest testiculis similis. Haec vim habet imposita oedemata dissipandi, ulcera repurgandi, herpetem cohibendi. Fistulas quoque abolet, et illita partes inflammatas demulcet. Arida eadem nomas coërcet et putredinem: maligna etiam vitia in ore sanat. Sistit et alvum, e vino pota. Sed et de hac radice eadem, quae de testiculo canino, narrantur.

Cap. CXXXIII. (CXLIII.) [*De Satyrio.*] Satyrium, quod et alii trifolium vocant, quoniam utplurimum terna folia ad terram refracta, rumici aut lilio similia, sed minora ac rubescentia profert, caulem gerit nudum, cubitalem, florem liliaceum, candidum, radicem bulbosam, mali mole, rufam, intus vero albam, ovi ad instar, sapore dulcem orique gratam. Hanc in vino nigro austero bibere oportet contra opisthotonon. Ipsa quoque utere, si rem cum muliere habere volueris. Eam enim etiam ad complexus venereos excitare aiunt.

Κεφ. ρλδ΄. (ρμδ΄.) [*Περὶ Σατυρίου ἐρυθρονίου.*] Σατύριον τὸ ἐρυθρόνιον, οἱ δὲ σατύριον ἐρυθραϊκὸν, οἱ δὲ μήλιον τὸ ἐν ὕδασιν, οἱ δὲ ἐντατικὸν[52], οἱ δὲ πριαπίσκον ἢ μόριον[53] [οἱ δὲ σατυρίσκος, οἱ δὲ ὄρχις Σατύρου, Ῥωμαῖοι μολορτίκουλουμ βένερις[54]] ἔχει σπέρμα λινοσπέρμῳ ἐμφερὲς, μεῖζον δὲ καὶ ῥωμαλέον, καὶ στίλβον καὶ λεῖον, ὅπερ ἱστορεῖται καὶ αὐτὸ συνουσίας ἐγείρειν, ὥςπερ καὶ ὁ σκίγκος· ἔστι δὲ τῆς ῥίζης αὐτοῦ ὁ μὲν φλοιὸς ὑπισχνὸς καὶ πυῤῥός· τὸ δὲ ἔνδοθεν λευκὸν, γευομένῳ εὔστομον καὶ γλυκύ. Φύεται ἐν εὐηλίοις[55] καὶ ὀρεινοῖς τόποις. Ἱστορεῖται δὲ, ὅτι καὶ εἰς τὴν χεῖρα ληφθεῖσα ἡ ῥίζα ἐρεθίζει πρὸς ἀφροδίσια· σὺν οἴνῳ δὲ ποθεῖσα, μᾶλλον.

Κεφ. ρλε΄. (ρμε΄.) [*Περὶ Ὁρμίνου.*] Ὅρμινον ἥμερον [Ῥωμαῖοι γεμινάλις, Δακοὶ ὅρμια] πόα ἐστὶν ἐμφερὴς πρασίῳ τοῖς φύλλοις· καυλὸς δὲ τετράγωνος, ἡμιπηχυαῖος· περὶ ὃν ἐξοχαὶ ὅμοιαι λοβοῖς, ὡς ἐπὶ τὴν ῥίζαν νενευκυῖαι, ἐν αἷς σπέρμα διάφορον· ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ ἀγρίου στρογγύλον εὐ-

52) N. add. *οἱ δὲ ἱερόν.*
53) Sic cod. N.; *πριαπικὸν* vulgo.
54) N. *αἰερίαν σατυρίου.*
55) Serap. *ἀνηλίοις* legisse videtur.

Cap. CXXXIV. (CXLIV.) [*De Satyrio erythronio.*] Satyrium erythronium, quod aliis erythraicum dicitur, aliis melium aquaticum, aliis entaticum aut priapiscus et morion [nonnullis satyriscus, aut testis Satyri, Romanis molorticulum veneris] semen habet linum simulans, at maius, firmum, splendens ac laeve, quod fertur etiam, non secus ac scincus, libidinem excitare. Est vero cortex radicis subgracilis ac rufus, interna autem pars alba, sapore dulci orique grata. In apricis et montosis locis nascitur. Proditur et radix, si manu teneatur, venerem stimulare, eoque magis, si bibatur in vino.

Cap. CXXXV. (CXLV.) [*De Hormino.*] Horminum sativum [quod Romanis geminalis, Dacis hormia appellatur] herba est foliis marrubio similis; caule quadrangulo, semicubitali, circa quem eminentiae siliquis similes radicem versus spectant, in quibus semen est di-

ρίσκεται φαιὸν, ἐπὶ δὲ τοῦ ἑτέρου ἐπίμηκες καὶ μέλαν, οὗπερ ἡ χρῆσις. Δοκεῖ δὲ καὶ τοῦτο σὺν οἴνῳ πινόμενον συνουσίαν παρορμᾷν· ἀποκαθαίρει δὲ σὺν μέλιτι ἄργεμα, λευκώματα· καταπλασθὲν δὲ μεθ᾽ ὕδατος, καὶ οἰδήματα διαφορεῖ, καὶ σκόλοπας ἐπισπᾶται· καὶ ἡ πόα δὲ καταπλασθεῖσα τὰ αὐτὰ ποιεῖ· τὸ δὲ ἄγριον ἰσχυροτέραν ἔχει τὴν δύναμιν· ὅθεν μίγνυται καὶ συγχρίσμασι, μάλιστα δὲ τῷ γλευκίνῳ[56].

Κεφ. ρλς´. (ρμς´.) [Περὶ Ἡδυσάρου.] Ἡδύσαρον, τὸ ὑπὸ τῶν μυρεψῶν καλούμενον πελεκῖνος, θάμνος ἐστὶ φυλλάρια ἔχων ἐρεβίνθῳ ὅμοια, λοβοὺς δὲ κερατίοις ἐοικότας· ἐν οἷς τὸ σπέρμα πυῤῥὸν, ὅμοιον πελέκει ἀμφιστόμῳ, ὅθεν ὠνόμασται· πικρὸν γευσαμένῳ, εὐστόμαχον ποθέν· μίγνυται δὲ καὶ ἀντιδότοις· σὺν μέλιτι δὲ προςτεθὲν πρὸ τῆς μίξεως, ἀτόκιον εἶναι δοκεῖ. Φύεται δὲ ἐν κριθαῖς καὶ πυροῖς.

Κεφ. ρλζ´. (ρμζ´.) [Περὶ Ὀνόσματος.] Ὄνοσμα, οἱ δὲ ὀσμάδα, οἱ δὲ φλονῖτιν, οἱ δὲ ὄνωνιν καλοῦσι, τὰ μὲν φύλλα ἔχει ὅμοια τοῖς τῆς ἀγχούσης, προμήκη, μαλακὰ, ὡς τετραδάκτυλα

56) C. *γλαυκίῳ.*

versum. Namque in sylvestri rotundum fuscumque reperitur, at in altero oblongum et nigrum, cuius et usus est. Creditur enim in vino bibitum etiam venerem stimulare. Purgat vero cum melle albugines et leucomata: illitumque ex aqua etiam oedemata discutit et infixos aculeos extrahit. Sed et imposita herba eadem praestat. Sylvestre autem magis viribus pollet: quamobrem etiam unguentis, praesertim gleucino, immiscetur.

Cap. CXXXVI. (CXLVI.) [*De Hedysaro.*] Hedysarum, quod unguentarii securigeram vocant, frutex est minutis foliis, ciceri similibus, siliquis vero cornicula referentibus, in quibus semen fulvum, quod ancipitem securim aemulatur, gustu amarum, stomachoque in potu utile. Additur et in antidota. Cum melle vero subditum ante coïtum spem partus adimere creditur. Nascitur inter hordea triticumque.

Cap. CXXXVII. (CXLVII.) [*De Onosmate.*] Onosma, quod alii osmada aut phlonitin, alii ononin vocant, folia habet anchusae similia, oblonga, mollia, quatuor

τὸ μῆκος, τὸ δὲ πλάτος δακτύλου, ἐπὶ γῆς κατεστρωμένα· ἐμφερέστατα τοῖς τῆς ἀγχούσης, καὶ ὁ καυλὸς, καὶ ὁ καρπὸς, καὶ τὰ ἄνθη[57]· ῥιζίον δὲ ὕπεστιν ὑπόμηκες, ἀσθενὲς, λεπτὸν, ἐνερευθὲς ἡσυχῇ. Φύεται δὲ ἐν τραχέσι τόποις. Τούτου τὰ φύλλα ἐν οἴνῳ ποθέντα ἔμβρυα ἄγει· φασὶ δὲ, ὅτι κἂν ἔγκυος ὑπερβῇ τὴν πόαν[58], ἐκτιτρώσκει.

Κεφ. ρλη΄. (ρμη΄.) [Περὶ Νυμφαίας.] Νυμφαία φύεται ἐν ἕλεσι καὶ ὕδασι στασίμοις· φύλλα δ' ἔχει ὅμοια κιβωρίῳ, σμικρότερα δὲ καὶ ἐπιμηκέστερα, ποσῶς ὑπερέχοντα τοῦ ὕδατος, τὰ δὲ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ ὕδατι, πλείονα ἐκ τῆς αὐτῆς ῥίζης· ἄνθος δὲ λευκὸν, ὅμοιον κρίνῳ, ἔχον κροκῶδες τὸ μέσον· ὅταν δὲ ἀπανθήσῃ, στρογγύλον, μήλῳ παραπλήσιον τῇ περιφερείᾳ γίνεται ἢ μήκωνος κεφαλῇ, μέλαν, ἐν ᾧ καρπὸς μέλας, πλατὺς, πυκνὸς[59], γευομένῳ γλισχρός· ὁ δὲ καυλὸς[60] λεῖος, οὐ παχὺς, μέλας, ὅμοιος τῷ τοῦ κιβωρίου·

57) Sic codd. C. N. *Ἔστι δὲ ἄκαυλος, ἄκαρπος, ἀνανθής* vulg. lectio manifesto falsa, etiam ob adversarium *τὸ ὄνομα.*

58) Lacuna legit *ῥίζαν.*

59) Sic Oribas. et vulg.; Serap. loco *πυκνός* legit *πικρός.* Cod. N. *οὐ παχὺς, μέγας.*

60) Oribas. legit *οὐ λεῖος*, sed Serap. et codd. congruunt.

digitos longa, digitum lata, humi diffusa. Simillimi anchusae et caulis et fructus et flos. Radicula subest longiuscula, infirma, tenuis ac modice rutila. Nascitur in asperis locis. Folia huius in vino pota partus extrahunt. Sed et praegnans si herbam eam supergrediatur, abortire dicitur.

Cap. CXXXVIII. (CXLVIII.) [*De Nymphaea.*] Nymphaea nascitur in paludibus stagnantibusque aquis. Folia habet ciborio similia, sed minora oblongioraque, plura ex eadem radice prodeuntia, quorum alia super aquam quodammodo exstant, alia in eadem demerguntur. Flos est albus, lilio similis, in quo medium est croceum. At cum defloruerit, adest aliquid rotundum, figura pomum aut papaveris caput referens, nigrum: quod semen nigrum, latum, densum, gustanti glutinosum continet. Caulis vero laevis, non crassus, niger, ciborii cauli simi-

ῥίζα μέλαινα, τραχεῖα[61], ῥοπαλοειδὴς, ἥτις τέμνεται φθινοπώρῳ. Ξηρὰ οὖν σὺν οἴνῳ ποθεῖσα κοιλιακοὺς ὠφελεῖ, δυςεντερικοὺς, καὶ σπλῆνα τήκει· καταπλάσσεται δὲ πρὸς στομάχου καὶ κύστεως ἀλγήματα ἡ ῥίζα, καὶ ἀλφοὺς σμήχει σὺν ὕδατι· ἀλωπεκίας τε σὺν πίσσῃ ἐπιτεθεῖσα ἰᾶται· πίνεται δὲ[62] καὶ πρὸς ὀνειρωγμοὺς, παραιτεῖται γὰρ τούτους· ἀτονίαν[63] τε ἐργάζεται τοῦ αἰδοίου πρὸς ὀλίγας ἡμέρας, εἴ τις ἐνδελεχῶς πίνοι· τὸ αὐτὸ δὲ ποιεῖ καὶ τὸ σπέρμα ποθέν. Δοκεῖ δὲ ὠνομάσθαι νυμφαία διὰ τὸ ἔνυδρον φιλεῖν τόπον[64]. Εὑρίσκεται δὲ πολλὴ ἐν Ἥλιδι[65] ἐπὶ τοῦ Ἀνίγρου[66] ποταμοῦ καὶ τῆς Βοιωτίας ἐν Ἁλιαρτίᾳ[67].

Κεφ. ρλθ΄. (ρμθ΄.) [Περὶ Νυμφαίας ἄλλης.] Γίνεται καὶ ἄλλη νυμφαία, [οἱ δὲ νυμφῶνα καλοῦσι, ἧς τὸ ἄνθος νοῦφαρ λέγεται][68] φύλλα ἔχουσα ὅμοια τῇ προειρημένῃ· ῥί-

61) Oribas. παχεῖα, sed Serap. et codd., ut nos.
62) Vulgo ἡ ῥίζα repetitur, omissum in cod. C.
63) N. ἀγωνίαν.
64) Lacuna ἔνυδρα χωρία.
65) Oribas. Κιλικίᾳ.
66) Vulgo Ἀνύγρου. Cf. Strabo lib. 8. p. 87.
67) Vulgo ἐν Ἀλιάρτῳ. Cf. Strabo lib. 9. p. 428.
68) Codd. Vindob. non habent uncinis inclusa. Matthioli vero exemplar textum nostrum habuit. Ald. et sequentes, praeter Marcellum, loco νούφαρ βλέφαρα ponunt.

lis. Radix nigra, aspera, clavae similis, quae autumno secatur. Ea sicca, cum vino pota, coeliacis ac dysentericis auxiliatur, lienemque consumit. Stomachi quoque ac vesicae doloribus sedandis ipsa radix imponitur, et vitiligines ex aqua emendat: calvitiei etiamnum cum pice imposita medetur. Eadem contra veneris insomnia bibitur, quae adimit: quin et aliquot diebus continuo pota, genitale flaccidum et enerve reddit. Idem et seminis poti effectus est. Ceterum nymphaea dici fertur, quod aquosa loca amet. Plurima autem invenitur in Anigro, Elidis fluvio, et in Haliartia, regione Boeotica.

Cap. CXXXIX. (CXLIX.) [*De Nymphaea altera.*] Nascitur et altera nymphaea, [quam et nymphona vocant, cuius flos nuphar dicitur], folia habens priori si-

ζαν μέντοι λευκὴν καὶ τραχεῖαν ἔχει· ἄνθος μήλινον, στίλβον, ὅμοιον ῥόδῳ· ποιεῖ δὲ ἡ ῥίζα καὶ τὸ σπέρμα πρὸς ῥοῦν γυναικεῖον ἐν οἴνῳ μέλανι πινόμενον. Φύεται ἐν τοῖς περὶ Θεσσαλίαν[69] τόποις κατὰ τὸν Πηνειὸν ποταμόν.

Κεφ. ρμ΄. (ρν΄.) [Περὶ Ἀνδροσάκους.] Ἀνδρόσακες, οἱ δὲ πικράδα, οἱ δὲ λεύκην, οἱ δὲ θαλασσίαν καλοῦσι, γίνεται μὲν ἐν Συρίᾳ[70] ἐν παραθαλασσίοις[71] τόποις· πόα δέ ἐστι λευκὴ[72], λεπτόκαρφος, πικρὰ, ἄφυλλος, θυλάκιον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχουσα περιεκτικὸν σπέρματος. Δύναμιν δὲ ἔχει ποθεῖσα σὺν οἴνῳ < β΄ πλῆθος οὖρα πολλὰ ἐπὶ ὑδρωπικῶν ἄγειν· καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ τῆς πόας καὶ ὁ καρπὸς[73] πινόμενος τὸ αὐτὸ ποιεῖ· καταπλάσσεται δὲ καὶ ἐπὶ ποδαλγικῶν[74] ὠφελίμως.

Κεφ. ρμα΄. (ρνα΄.) [Περὶ Ἀσπλήνου.] Ἄσπληνον, οἱ δὲ σκολοπένδριον, οἱ δὲ σπλήνιον, οἱ δὲ ἡμιόνιον, οἱ δὲ πτέρυξ, οἱ δὲ λογχῖτις, οἱ δὲ ἀτούριος, οἱ δὲ φρυγία, οἱ δὲ

69) Cod. N. παρὰ θάλασσαν. Lacuna παραθαλασσίοις.
70) C. εἰς τρία εἴδη.
71) C. παραλίοις.
72) Sic Plin., Oribas. et cod. C.; vulgo λεπτή.
73) Lacuna interponit αὐτάρκης μετ' οἴνου.
74) C. ποδαγρικῶν.

milia; radicem autem albam asperamque, florem luteum, splendidum, rosae similem. Radix et semen adversus profluvium muliebre ex vino nigro bibita prosunt. Nascitur autem in Thessaliae locis iuxta Peneum amnem.

Cap. CXL. (CL.) [*De Androsace.*] Androsaces, quod alii picrada, alii leucen, alii maritimam vocant, nascitur in Syriae maritimis locis: herba est alba, tenui surculo, amara, sine foliis, folliculum gerit in cacumine, quo semen continetur. Ea drachmis duabus in vino pota copiosam hydropicis urinam ciet. Quin et herbae decoctum et fructus id ipsum potu efficiunt. Utiliter quoque podagricis illinitur.

Cap. CXLI. (CLI.) [*De Ospleno.*] Asplenon, quod alii scolopendrium, alii splenion aut hemionion, pteryga, lonchitidem, aturium etiam, phrygiam et phrygitidem phil-

φρυγῖτος, οἱ δὲ φιλτροδότης, προφῆται αἷμα γαλῆς· φύλλα ἔχει σκολοπένδρᾳ τῷ θηρίῳ ὅμοια, πλείονα ἀπὸ μιᾶς ῥίζης περιεχόμενα. Φύεται ἐν πέτραις καὶ τοίχοις τοῖς ἀπὸ κοχλάκων [75] παλισκίοις· ἄκαυλα, ἄκαρπα, ἀνανθῆ· ἐντετμημένα ὡς τὰ τοῦ πολυποδίου, κάτωθεν ὑπόξανθα καὶ δασέα, ἄνωθεν δὲ χλωρά. Δύναμιν δὲ ἔχει τὰ φύλλα ἀποζεσθέντα σὺν ὄξει καὶ πινόμενα ἐπὶ ἡμέρας μ', σπλῆνα τήκειν· δεῖ δὲ καταπλάσσειν καὶ τὸν σπλῆνα τοῖς φύλλοις λείοις σὺν οἴνῳ· βοηθεῖ καὶ στραγγουρίᾳ καὶ λυγμῷ καὶ ἰκτέρῳ· καὶ λίθους τοὺς ἐν κύστει θρύπτει. Δοκεῖ δὲ ἀτόκιος εἶναι καθ' ἑαυτὴν, καὶ μετὰ ἡμιόνου σπληνὸς περιαπτομένη· ἀσελήνου δὲ νυκτός φασι δεῖν αὐτὴν ὀρύσσειν εἰς ἀτόκιον.

Κεφ. ρμβ'. (ρνβ'.) [Περὶ Ἡμιονίτιδος.] Ἡμιονῖτις, οἱ δὲ σπλήνιον, φύλλον ἀνίησιν ὅμοιον δρακοντείῳ, μηνοειδές· ῥίζαι δὲ ὕπεισι πολλαὶ, λεπταί. Οὔτε δὲ καρπὸν, οὔτε καυλὸν, οὔτε ἄνθος φέρει. Φύεται ἐν πετρώδεσι τόποις. Γευσαμένῳ δὲ ἡ πόα στυπτικὴ, ἥτις σὺν ὄξει ποθεῖσα τήκει σπλῆνα.

75) Sic Oribas. et Serap.; vulgo *ἐν τοίχοις καὶ πέτραις ταῖς ἀπὸ κοχλάκων.*

trodotemque, prophetae vero sanguinem mustelae vocant; folia habet scolopendrae animali similia, plura ex una radice in ambitu posita. Nascitur in rupibus et muris umbrosis e silicibus (structis). Neque caule gaudet, neque fructu, neque flore. Folia sunt incisa velut polypodii, subtus subfulva et hirsuta, supra viridia. In aceto decocta et per dies XL bibita vim habent splenem liquandi. Sed et iis cum vino tritis oportet lienem illini. Stranguriae quoque, singultui et regio morbo subvenit, atque calculos in vesica comminuit. Ceterum spem partus adimere creditur tum per se, tum etiam cum muli liene amuleti instar alligata. Illuni vero quapiam nocte effodiendam esse in eum usum tradunt.

Cap. CXLII. (CLII.) [*De Hemionitide.*] Hemionitis, quam alii splenion vocant, folium emittit simile dracunculi, semilunare. Radices subsunt multae eaeque tenues. Neque caulem, neque fructum, neque florem profert. Nascitur in rupestribus locis. Astringente sapore praedita, ex aceto pota lienem liquat.

Κεφ. ρμγ'. (ρνγ'.) [Περὶ Ἀνθυλλίδος.] Ἀνθυλλὶς [οἱ δὲ ἄνθυλλον, οἱ δὲ ἀνθεμίδα, οἱ δὲ ἐράνθεμις, οἱ δὲ λευκάνθεμον, οἱ δὲ σωρανθὶς, οἱ δὲ ἄνθος πεδινὸν, Ῥωμαῖοι σωλάστρουμ καλοῦσι] διττή ἐστι· ἡ μὲν γὰρ φακῷ παραπλήσια φύλλα ἔχει, καὶ κλωνία σπιθαμῆς ὕψος, ὀρθὰ δὲ, καὶ τὰ φύλλα μαλακά· ῥίζα δὲ λεπτὴ, μικρά[76]. Φύεται ἐν ὑφάμμοις[77] τόποις καὶ εὐηλίοις· γενομένῳ ὕφαλμος[78]. Ἡ δὲ ἑτέρα χαμαιπίτυϊ τὰ φύλλα καὶ τὰ κλωνία ἔοικε, δασύτερα μέντοι καὶ βραχύτερα καὶ τραχύτερα[79]· τὸ δ' ἄνθος πορφυροῦν, βαρύοσμον ἰσχυρῶς· ῥίζα ὥςπερ κιχωρίου. Δύναται δὲ ἰσχυρῶς δυςουροῦσι καὶ νεφριτικοῖς πινομένη βοηθεῖν, πλῆθος < δ'· ἐκμαλάσσουσι δὲ φλεγμονὰς[80] τὰς ἐν ὑστέρᾳ λεῖαι, σὺν ῥοδίνῳ καὶ γάλακτι προςτιθέμεναι· ἰῶνται δὲ καὶ τραύματα. Ἡ δὲ τῇ χαμαιπίτυϊ ὁμοία μετὰ τῶν ἄλλων καὶ ἐπιληπτικοὺς ἰᾶται, σὺν ὀξυμέλιτι πινομένη.

Κεφ. ρμδ'. (ρνδ'.) [Περὶ Ἀνθέμιδος.] Ἀνθεμὶς, οἱ δὲ

76) N. μακρά.

77) Sic primus e Plin. emendavit Marc.; ὑφαλμύροις Ald. et sequ., ὑφάλμοις C., cum quo et Oribas. et Serap. consentiunt.

78) C. non habet γεν. ὑφ.

79) C. τραχέα. Oribas. nec βραχ. nec τραχ. habet.

80) Sic Lacuna et cod. C.; φλέγματα Ald. et sequ.

Cap. CXLIII. (CLIII.) [*De Anthyllide.*] Anthyllis [nonnullis anthyllon, aliis anthemis, aliis eranthemis, leucanthemon, soranthis, aliis flos campestris, Romanis solastrum dicitur] duûm est generum. Altera folia habet lenti similia, mollia, ramulos spithamaeos, rectos, radicem tenuem, parvam. Nascitur in sabulosis, apricis; subsalsa gustanti. Altera est foliis ramusculisque chamaepityi similis, hirsutior tamen, brevior et asperior, flore purpureo et odoris admodum gravis; radice cichorii. Haec drachmis quatuor bibita, urinae difficultate laborantibus et nephriticis plurimum prodest. Tritae vero uteri inflammationes emolliunt, cum rosaceo et lacte subditae, ac vulneribus quoque medentur. Quae autem chamaepityos similitudinem refert, praeter alia etiam comitiales sanat, cum aceto mulso pota.

Cap. CXLIV. (CLIV.) [*De Anthemide.*] Anthemis,

λευκάνθεμον, οἱ δὲ ἠράνθεμον, διὰ τὸ ἀνθεῖν ἐπὶ ἔαρος, οἱ δὲ χαμαίμηλον, διὰ τὴν πρὸς τὰ μῆλα ὁμοιότητα τῇ ὀσμῇ, οἱ δὲ μελάνθεμον, οἱ δὲ χρυσοκόμην, οἱ δὲ καλλίαν, Ῥωμαῖοι μάλιουμ, Ἀφροὶ ἀστηρτιφὴ[81] *καλοῦσι. Ταύτης εἴδη τρία, ἄνθεσι μόνον*[82] *διαφέροντα· κλῶνες σπιθαμιαῖοι*[83], *θαμνοειδεῖς, μασχάλας ἔχοντες πολλάς, φυλλάρια*[84] *μικρά, λεπτά, πολλά, κεφάλια περιφερῆ, ἔνδοθεν μὲν χρυσίζοντα ἄνθη*[85], *ἔξωθεν δὲ περίκεινται κυκλοτερῶς λευκά, ἢ μήλινα, ἢ πορφυρᾶ, κατὰ μέγεθος πηγάνου φύλλων. Φύεται ἐν τόποις τραχέσι καὶ παρὰ τὰς ὁδούς· συλλέγεται δὲ ἔαρος. Δύναμιν δὲ ἔχουσιν αἱ ῥίζαι καὶ τὰ ἄνθη καὶ ἡ βοτάνη θερμαντικήν, λεπτυντικήν· πινόμεναι δὲ καὶ ἐγκαθιζόμεναι καταμήνια ἄγουσι καὶ ἔμβρυα καὶ λίθους καὶ οὖρα· ποτίζονται*[86] *δὲ καὶ πρὸς ἐμπνευματώσεις καὶ εἰλεούς· καὶ ἴκτερον δὲ ἀποκαθαίρουσι, καὶ ἡπατικοὺς ἰῶνται· καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ αὐτῶν εἰς πυρίας λαμβάνεται τὰς πρὸς κύστιν· πρακτικώτε-*

81) Ald. repetit: *ἕτεροι δὲ χρυσοκόμην*; Oribas. addit *χρυσοκαλλίαν*.
82) C. addit *καὶ ὀσμῇ*.
83) Marcellus legit *δισπιθαμιαῖοι*.
84) Sic Marcellus e Serap. correxit; vulgo *κλωνάρια*.
85) C. *λευκὸν καὶ χρυσίζον ἀνθήλιον ἔχοντα*.
86) Sic N., ut iam Sarac. emendavit; vulgo *ποτίζεται*.

quam alii leucanthemon, alii eranthemon vocant, quod vere floret, alii chamaemelum, propter mali odorem, nonnulli melanthemon, alii chrysocomen, aut calliam, Romani malium, Afri astertiphe, species tres habet, flore tantum differentes. Rami sunt dodrantales, fruticosi, axillis multis praediti: foliola parva, tenuia, numerosa: capitula rotunda, flores, intus aureos, extus circinatim circumdant candidi, lutei, aut purpurei, magnitudine foliorum rutae. Nascitur in asperis et iuxta semitas. Colligitur vere. Vim habent radices, flores et herba ipsa calefaciendi et attenuandi: pota pariter ac insessu menstrua pellunt, partus, calculos et urinas. Propinantur et adversus inflationes et volvulum. Sed et regium morbum expurgant, atque hepaticis medentur. Decoctum quoque vesicae fotibus accommodatur. Efficacior autem ad

ρον δὲ τοῖς λιθιῶσι τὸ πορφυρανθὲς, ὅπερ τοῖς ὅλοις[87] *ἐστὶ μεῖζον, ἰδίως ἠράνθεμον καλούμενον· τὸ δὲ λευκάνθεμον*[88] *οὐρητικώτερον καὶ τὸ χρυσάνθεμον. Θεραπεύουσι δὲ καὶ αἰγιλώπια καταπλασσόμεναι, διαμασσώμεναι δὲ καὶ ἄφθας ἰῶνται· χρῶνται δέ τινες καὶ συναλείμματι*[89] *μετ᾽ ἐλαίου, λειοτριβοῦντες αὐτὰ πρὸς ἀνασκευὴν τῶν περιοδικῶν πυρετῶν· ἀποτίθεσθαι δὲ δεῖ τὰ φύλλα καὶ τὰ ἄνθη, ἕκαστον αὐτῶν κόπτοντας ἰδίᾳ, καὶ ἀναλαμβάνοντας τροχίσκους, τὴν δὲ ῥίζαν ξηραίνοντας· χρείας δὲ ἐπιγενομένης, διδόναι ὁτὲ μὲν τῆς βοτάνης μέρη β′, ὁτὲ δὲ τοῦ ἄνθους ἢ τῆς ῥίζης μέρος ἕν· ὁτὲ δὲ τοὐναντίον, τοῦ ἄνθους μὲν β′, τῆς δὲ βοτάνης ἕν, ἐναλλὰξ διπλασιάζοντας παρ᾽ ἡμέραν· πίνειν δὲ δεῖ ἐν οἰνομέλιτι κεκραμένῳ.*

Κεφ. ρμέ. (ρνέ.) [Περὶ Παρθενίου.] Παρθένιον, οἱ δὲ ἀμάρακον, οἱ δὲ λευκάνθεμον καὶ τοῦτο καλοῦσι[90] *[οἱ δὲ ἀνθεμὶς, οἱ δὲ χαμαίμηλον, οἱ δὲ χρυσόκαλις, οἱ δὲ μελάβαθρον, οἱ δὲ ἄνθος πεδινὸν, Ῥωμαῖοι σώλις ὤκουλουμ*[91]

87) N. *τοῖς ἰδιώταις.* 88) N. *ὑακίνθινον.*
89) Sic cod. N. et Serap.; *συγκλύσματι* Ald. et sequ.
90) Sic Salmas. homon. p. 10. ex antiquissimo cod.
91) Sic interpretes prisci, loco vulg. *σέκουλὸυμ.*

calculosos affectus est, quae florem habet purpureum, quaeque totis partibus maior est, proprie eranthemum dicta. Ea vero, cui leucanthemo nomen, item quae chrysanthemum dicitur, potentius urinam cient: aegilopiis quoque illitae medentur, et manducatae aphthas sanant. Nonnulli iis ad laevorem tritis cum oleo utuntur ad illitiones, idque ad febres periodicas abigendas. Flores autem ac folia, singula seorsim tusa et in pastillos digesta, recondi oportet: radix vero prius exsiccanda est. Ac uti usus exigit, modo herbae partes duae dari debent, modo floris aut radicis pars una: alias contra floris partes duae et herbae pars una, vicissim duplicato pondere alternis diebus. Bibere autem oportet in vino mulso diluto.

Cap. CXLV. (CLV.) [*De Parthenio.*] Parthenium: sunt qui et hoc amaracum aut leucanthemon vocent [alii anthemida, chamaemelum, chrysocalin, melabathrum, florem campestrem, Romani solis oculum vel millefolium,

οἱ δὲ μιλλεφόλιουμ, Θοῦσκοι καυτὰν, Ἀφροὶ θαμάκθ·] φύλλα ἔχει ὅμοια κορίῳ λεπτά· ἄνθη λευκὰ κύκλῳ, τὸ δὲ μέσον μήλινον, ὀσμῇ ὑπόβρωμον, τῇ δὲ γεύσει πικρίζον. Δύναται δὲ ξηρὰ σὺν ὀξυμέλιτι[92] *ἢ σὺν ἁλσὶ ποθεῖσα, ὡς τὸ ἐπίθυμον, φλέγμα καὶ χολὴν μέλαιναν*[93] *ἄγειν κάτω, καὶ τοὺς ἀσθματικοὺς ὠφελεῖν καὶ μελαγχολικούς. Ἡ πόα δὲ χωρὶς τοῦ ἄνθους ὠφελίμως ἐπὶ λιθιώντων καὶ ἀσθματικῶν ποτίζεται· τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτῆς ἐγκάθισμα ὑστέρας ἐσκληρυμένης καὶ φλεγμαινούσης ἐστί. Καταπλάσσεται δὲ καὶ πρὸς ἐρυσιπέλατα καὶ φλεγμονὰς σὺν τοῖς ἄνθεσιν.*

Κεφ. ρμς′. (ρνς′.) [Περὶ Βουφθάλμου.] Βούφθαλμον, οἱ δὲ κάχλαν, [οἱ δὲ βαλσαμένη, προφῆται αἵμοῤῥα[94]*, οἱ δὲ γόνος Ἑρμοῦ, οἱ δὲ γόνος ἄφθιτος, οἱ δὲ Μνησίθεος, οἱ δὲ καππακοράνια, Ἀφροὶ ναράτ] καυλία*[95] *ἀνίησι τρυφερὰ, ὑπόλεπτα· φύλλα δὲ μαραθροειδῆ, ἄνθη μήλινα, μείζονα τῆς ἀνθεμίδος, ὀφθαλμοειδῆ, ὅθεν καὶ*

92) Lacuna addit *καὶ οἴνῳ*. Serap. *ἢ σὺν ἁλσί* non habet.

93) E Serap. et lib. 4. c. 179. sic legendum, loco vulgaris, quae omittit *μέλαιναν*.

94) C. *αἴλουρον*.

95) Sic cod. C. et Ald., Cornar., Goup. et Sarac.; *καυλὸν τρυφερόν* Asulan. et Marcellus.

Etrusci cautan, Afri thamacth]. Folia habet coriandri tenuia, floribus ambitu albis, in medio vero luteis, odore subviroso et sapore amaricante. Siccatum cum aceto mulso aut sale potum aeque ac epithynum pituitam atramque bilem detrahit, anhelantibus prodest ac melancholicis. At herba citra florem calculosis et anhelantibus utiliter propinatur. Decoctum ipsius ad insidendum valet in matricis duritiis et inflammationibus. Sed et ipsa cum floribus erysipelatis et inflammationibus imponitur.

Cap. CXLVI. (CLVI.) [*De Buphthalmo.*] Buphthalmum, quidam cachlan, [alii balsaminam, prophetae haemorrham, alii Mercurii genituram, aut semen corruptionis expers, Mnesitheum etiam, Romani cappacoraniam, Afri narat vocant]. Cauliculos emittit teneros et subgraciles, folia foeniculi similia, flores luteos, maiores quam anthemidis, oculorum effigie, unde et nomen ade-

ὠνόμασται. Φύεται δὲ ἐν πεδίοις καὶ περὶ τὰς πόλεις. Ταύτης τὰ ἄνθη λεῖα σὺν κηρωτῇ οἰδήματα καὶ σκληρίας διαφορεῖ[96]· φασὶ δὲ, ὅτι ἐν τῷ βαλανείῳ μετὰ τὸ ἐξελθεῖν πινόμενον, εὔχροιαν ποιεῖ[97] πρὸς χρόνον τινὰ τοῖς ἰκτερικοῖς[98].

Κεφ. ρμζ. (ρνζ΄.) [Περὶ Παιονίας.] Παιονία, ἣ γλυκυσίδη, οἱ δὲ πεντόβορον[99], οἱ δὲ ὀροβέλιον, οἱ δὲ ὀροβὰξ, οἱ δὲ αἱμαγωγὸν, οἱ δὲ παισαίδην, οἱ δὲ μηνογένειον, οἱ δὲ μήνιον, οἱ δὲ πανθικέρατον, οἱ δὲ ἰδαίους δακτύλους[100], οἱ δὲ ἀγλαοφώτιδα, οἱ δὲ θεοδόνιον, οἱ δὲ σελήνιον, προφῆται σεληνόγονον, οἱ δὲ φθίσι, Ῥωμαῖοι κάστα. Καυλὸς ὡς δισπιθαμιαῖος φύεται, παραφυάδας ἔχων πολλάς· φύλλα δὲ ἡ μὲν ἄῤῥην βασιλικῇ καρύᾳ ὅμοια· ἡ δὲ θήλεια ἀπέσχισται τὰ φύλλα, ὥςπερ σμύρνιον· λόβους δέ τινας ἀνίησιν ἐπ' ἄκρου τοῦ καυλοῦ ἀμυγδάλοις ὁμοίους, ὧν ἀνεῳχθέντων εὑρίσκονται ἐρυθροὶ κόκκοι πολλοὶ, μικροὶ, ἐμφερεῖς τοῖς τῆς ῥοιᾶς, ἐν μίσῳ δὲ μέλανες, ἐμπόρφυροι, έ ἢ ς΄. Ῥίζα δὲ τῆς μὲν

96) C. διαχεῖ.
97) C. περιποιεῖ.
98) C. ἰκτεριῶσιν.
99) Galen. πεντόροβον. C. πεντόμορον.
100) Asulan. his addit: τὴν ῥίζαν παιονίαν καλοῦσι, quod Marc. ad finem nominum ponit.

ptum est. Nascitur in campestribus et circa oppida. Huius flores triti cum cerato oedemata duritiasque discutiunt. Aiunt vero, post exitum a balneo epotam regio morbo correptis ad tempus aliquod colorem gratiorem facere.

Cap. CXLVII. (CLVII.) [*De Paeonia.*] Paeonia aut glycyside, nonnulli pentoborion, orobelion, orobax, haemagogum, paesaeden, menogenion, menion, panthiceratos, nonnulli dactylos idaeos, aglaophotida, theodonium, aut selenium, prophetae selenogonium, alii phthisi, Romani castam vocant. Caulis succrescit in duarum spithamarum altitudinem, soboles plures habens. Folia habet mas iuglandis similia, femina vero divisa, velut smyrnii. Siliquas emittit in summo caule amygdalis similes, quibus apertis cocci plures, rubri, parvi, acinis punicorum affines inveniuntur, et inter haec medii nigri, purpurascentes, quini aut seni. Radix maris digitum fere

ἄῤῥενος περὶ δακτύλου πάχος, μῆκος δὲ σπιθαμῆς[1], *γευομένῳ στύφουσα, λευκή· ἐπὶ δὲ τῆς θηλείας παραφυάδας ὥςπερ βαλάνους ἔχουσα ζ΄ ἢ η΄, ὥςπερ ἀσφόδελος. Δίδοται δὲ ξηρὰ*[2] *γυναιξὶν ἡ ῥίζα ταῖς ἐκ τόκου μὴ καθαιρομέναις· κινεῖ δὲ καὶ τὰ καταμήνια, ἀμυγδάλου μέγεθος πινομένη· ταῖς τε κατὰ γαστέρα ὀδύναις βοηθεῖ, ποθεῖσα ἐν οἴνῳ· ὠφελεῖ δὲ καὶ ἰκτερικοὺς*[3] *καὶ νεφριτικοὺς καὶ κύστιν ἀλγοῦντας· ἑψηθεῖσα ἐν οἴνῳ καὶ πινομένη κοιλίαν ἵστησι· τοῦ δὲ καρποῦ ι΄ ἢ ιβ΄ κόκκοι πυῤῥοὶ ποθέντες ἐν οἴνῳ μέλανι αὐστηρῷ, ῥοῦν ἐρυθρὸν ἱστῶσι· στομαχικοῖς τε δακνομένοις ἐσθιόμενοι βοηθοῦσι· καὶ ὑπὸ τῶν παιδίων πινόμενοι καὶ ἐσθιόμενοι ἀρχὰς λιθιάσεως παραιτοῦνται· οἱ δὲ μέλανες καὶ πρὸς τοὺς ὑπὸ ἐφιαλτῶν πνιγμοὺς καὶ πρὸς τὰς ὑστερικὰς πνίγας καὶ ὀδύνας μήτρας, ἐν μελικράτῳ ἢ οἴνῳ, ὅσον ιε΄ κόκκοι πινόμενοι, ποιοῦσι. Φύεται δὲ ἐν ὑψηλοτάτοις ὄρεσι καὶ ἀκρωτηρίοις*[4].

1) Oribas. et Ald. interponunt *λεπτή*. Deest tamen in Serap. et per se haud congruum.

2) *ξηρά* habent cod. C. et Ald. Deest in Serap. Uncinis includit Marcellus.

3) C. add. *καὶ ἧπαρ ἐμπεφραγμένους*.

4) *Φύεται — ἀκρωτ.* in cod. C. et Ald., ab Asulano et Marcello, nescio cur, ad notha ablegantur.

est crassa, spithamae longitudine, gustu astringens, alba: feminae vero radicibus ceu glandes septem octove adhaerent, quales in asphodelo. Exhibetur autem sicca radix mulieribus a partu non purgatis: ciet quoque menses, amygdalae mole pota: ventris etiam doloribus in vino bibita auxiliatur. Prodest et arquatis, iisque, qui renum ac vesicae doloribus vexantur. Eadem decocta in vino potaque alvum sistit. Fructus autem grana decem aut duodecim rubentia in vino nigro et austero pota fluorem muliebrem sanguinolentum sistunt, stomachicisque, qui morsus sentiunt, comesta opitulantur. Quin et a puerulis pota aut esitata initia calculi praepediunt. Nigra vero grana suffocationes ab incubis et ab hysterica passione ortas, ut et matricis dolores, tollunt, numero quindecim in aqua mulsa aut vino pota. Nascitur autem in altissimis montibus et promontoriis.

Κεφ. ρμη΄. (ρνη΄.) [Περὶ Λιθοσπέρμου.] Λιθόσπερμον, οἱ δὲ αἰγώνυχον, οἱ δὲ ἐξώνυχον, οἱ δὲ λεόντιον, οἱ δὲ λίθος λεοντική, οἱ δὲ γοργώνιον, οἱ δὲ ταντάλῖτις, οἱ δὲ διόσπορον[5], *Ῥωμαῖοι κολοῦμβαμ, Δακοὶ γονολῆτα, οἱ δὲ ἡράκλειαν διὰ τὴν περὶ τὸ σπέρμα ἰσχὺν, ὅθεν καὶ λιθόσπερμον ὠνόμασται· φύλλα ἔχει ὅμοια ἐλαίας, μακρότερα δὲ καὶ πλατύτερα*[6], *καὶ τὰ περὶ τὸν πυθμένα ἐπὶ γῆς κείμενα· κλωνία δὲ ὀρθὰ, λεπτὰ, πάχος ὀξυσχοίνου*[7], *στερεὰ, ξυλώδη*[8], *ἐπὶ δὲ τῶν ἄκρων αὐτῶν δίχηλος*[9] *ἔκφυσις καυλοειδὴς, ἔχουσα φύλλα μικρὰ*[10], *παρ᾽ οἷς σπέρμα λιθῶδες, στρογγύλον, λευκὸν, ὀρόβῳ μικρῷ ἶσον*[11]· *φύεται ἐν τραχέσι τόποις καὶ ὑψηλοῖς. Δύναμιν δὲ ἔχει τὸ σπέρμα μετ᾽ οἴνου λευκοῦ πινόμενον λίθους θρύπτειν καὶ οὖρα ἄγειν*[12].

Κεφ. ρμθ΄. (ρνθ΄.) [Περὶ Φαλαρίδος.] Φάλαρις καυ-

5) Plin. 27, 74. *Διόςπυρον* legit, ut et C. N.; *διόσπορον* vero legendum esse censet Salmas. homon. p. 9.

6) Quod addunt Asulan., Marc. et Cornar. *μαλαχώτερα*, Sarac. *μαλακώτερα*, non legitur in Oribas. et Ald.

7) C. *ὡς σχοίνου*, ut et Serap.

8) Oribas. *χυλώδη*.

9) Sic Oribas., Serap., codd. C. N., Sarac.; *δίχολος* Ald., Asul., Marc., *δίσχολος* Corn., *δίσχηλος* Goup.

10) Sic Oribas., Serap., codd. C. N.; Ald. vero cum editt. omnibus *μακρά*.

11) Sic codd. et editt. omnes, praeter Sarac., qui *ὅμοιον*.

12) C. addit *καὶ πρὸς δυςεντερίαν ποιεῖν*.

Cap. CXLVIII. (CLVIII.) [*De Lithospermo.*] Lithospermum, quod et aegonychon, exonychon, leontion, lapidem leonticum, gorgonium, tantalitidem, diosporon, Romani columbam, Daci gonoletam, quidam et Herculeam, propter seminis duritiem, vocant, a qua et lithospermi nomen accepit. Folia habet oleae, longiora tamen et latiora, eaque, quae in basi sunt, humi iacentia: ramuli recti, graciles, crassi, sicut schoenus acutus, firmi, lignosi: in quorum cacumine bifurca propago, cauliculi speciem exhibens, foliis minutis, inter quae semen lapideum, rotundum, album, ervi minoris mole. Nascitur in asperis et editis locis. Vim habet semen, cum vino albo potum, calculos frangendi urinasque pellendi.

Cap. CXLIX. (CLIX.) [*De Phalaride.*] Phalaris

λία ἀνίησιν ἐκ ῥιζῶν λεπτῶν καὶ ἀχρήστων πολλά[13], *διπάλαιστα, γονατώδη, καλαμοειδῆ, ἐοικότα τοῖς τῆς ζέας*[14], *σπέρμα δὲ ἔπεστι μέγεθος κέγχρου, λευκὸν, ὑπόμηκες. Δύναμιν δὲ ἔχει κοπτομένη ἡ πόα καὶ χυλιζομένη δι' ὕδατος ἢ οἴνου πρὸς τὰ τῆς κύστεως ἀλγήματα ποιεῖν, πινομένη· καὶ τοῦ σπέρματος δὲ κοχλιαρίου πλῆθος μεθ' ὕδατος*[15] *πινομένου πρὸς τὰ αὐτὰ ποιεῖ.*

Κεφ. ρν'. (ρξ'.) [Περὶ Ἐρυθροδάνου.] Ἐρυθρόδανον, ἢ ἐρευθόδανον, ἔνιοι δὲ τεύθριον καλοῦσι, οἱ δὲ δράκανος, οἱ δὲ κιννάβαρις, Ῥωμαῖοι ῥουβία πασσίβα, Θοῦσκοι λάππα μίνωρ, Αἰγύπτιοι σωφοβί. Ῥίζα δέ ἐστιν ἐρυθρὰ, βαφική· ἡ μέντις ἀγρία, ἡ δὲ σπαρτὴ, ὡς ἐν Ταβιάνῃ τῆς Γαλατίας[16] *καὶ Ῥαβέννῃ τῆς Ἰταλίας, καὶ ἐν Καρίᾳ μεταξὺ τῶν ἐλαιῶν*[17] *σπειρόμενον, ὥςπερ ἐν ταῖς ἀρούραις· ὠφελίμως δὲ σπείρεται*[18], *διὰ τὸ γίνεσθαι ἐκ τούτου πλείστην πρόσο-*

13) C. addit *μεστά.*

14) Oribas. solus addit *ἰσχνότερα καὶ γλυκέα τῇ γεύσει, τὰ φύλλα δὲ ὅμοια τοῖς τῆς ζέας.* Haec absunt ab omnibus codd., nec in Ald. reperiuntur. Matthiolus male *ἰσχυρότερα* l. *ἰσχνότερα* posuit.

15) Bene monuit Sarac., transponenda sic esse vulg. *σπέρμ. δὲ μετὰ κοχλ. ὕδ. πλῆθ. πινομ.*

16) Ausus sum, vulg. *Θαβάνῃ τῆς Γαλιλαίας* sic mutare, quod nusquam eius oppidi aut regionis mentio fit, neque satis probabile est, rubiam in tam aestuoso climate coli. *Ταουΐα* autem est oppidum Galatiae, ad Halyn fluv., emporium celebre. Strab. lib. 12. p. 178.

17) C. *ὠφελίμων.*

18) Lacuna legit add. *καὶ κηπεύεται.*

cauliculos emittit a tenuibus ac nullius usus radicibus numerosos, duûm palmorum altitudine, geniculatos, culmis zeae similes. Semen vero milii mole, candidum et oblongum. Vim habet herbae tusae succus ex aqua aut vino expressus ad vesicae dolores. Semen quoque cochlearis mensura ex aqua potum ad eadem est efficax.

Cap. CL. (CLX.) [*De Rubia.*] Rubia, quae et ereuthodanon, nonnullis teuthrion, dracanos, cinnabaris, Romanis rubia passiva, Etruscis lappa minor, Aegyptiis sophobi dicitur, radicem habet rubram, tingendo idoneam. Altera sylvestris est, sativa altera, ut in Tabiana regione Galatiae et Ravennae in Italia. Sed et in Caria inter oleas seritur, velut in arvis. Utiliter autem colitur, nam quaestuosa est et amplissimus inde reditus percipitur. Sunt

δον. Εἰσὶ δὲ αὐτοῦ οἱ καυλοὶ τετράγωνοι, μακροὶ, τραχεῖς, ὅμοιοι τοῖς τῆς ἀπαρίνης, κατὰ πάντα δὲ μείζονες καὶ ῥωμαλεώτεροι, ἔχοντες ἐκ διαστημάτων τὰ φύλλα καθ' ἕκαστον γόνυ, ὥςπερ ἀστέρας εἰς κύκλον περικείμενα· καρπὸν στρογγύλον, τὰ πρῶτα χλωρὸν, εἶτα ἐρυθρὸν, εἶτα πεπαινόμενον μέλανα· ῥίζα λεπτὴ, μακρὰ, ἐρυθρὰ, διουρητική· ὅθεν ἰκτερικοῖς μετὰ μελικράτου πινομένη βοηθεῖ, ἰσχιαδικοῖς τε καὶ παραλελυμένοις· ἄγει δὲ οὖρα πολλὰ καὶ παχέα, ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ αἷμα· λούεσθαι μέντοι δεῖ καθ' ἡμέραν τοὺς πίνοντας, [καὶ ὁρᾷν τῶν κενουμένων τὴν διαφοράν][19]· *θηριοδήκτοις τε βοηθεῖ ὁ χυλὸς μετὰ τῶν φύλλων ποθείς*[20]· *ὁ δὲ καρπὸς μετ' ὀξυμέλιτος πινόμενος σπλῆνα τήκει· προςτεθεῖσα δὲ ἡ ῥίζα ἔμβρυα καὶ ἔμμηνα ἄγει καὶ δεύτερα· θεραπεύει δὲ καὶ ἀλφοὺς μετ' ὄξους καταπλασσομένη*[21].

Κέφ. ρνα'. (ρξα'.) [Περὶ Λογχίτιδος.] Λογχῖτις [οἱ δὲ κέστρον ἢ Μηδοῦσα, Ῥωμαῖοι βενέρεα ἢ λαγκέολα] φύλλα

19) Uncinis inclusa sola Ald. habet. Asulan. et Marcell. nothis adnumerant. Deest in codd. Vindob.

20) Sic Ald., cod. C. et Serap.; Cornar. coniecit *ἐπιτεθείς*.

21) C. *καταχριωμένη*.

ei caules quadranguli, longi, asperi, quales aparines; sed omni ex parte maiores ac robustiores, folia in orbem per intervalla, circa singula genicula stellatim posita: semen rotundum, protinus viride, dein rubrum, postremo, dum maturuit, nigrum. Radix est tenuis, longa, rubra, ciendae urinae vi praedita, unde et arquatis auxiliatur, pota cum aqua mulsa, itemque ischiadicis ac paralyticis. Quin et pellit copiosam crassamque urinam, interdum etiam cruentam. Bibentes tamen quotidie lavari oportet [et excrementorum differentiam contemplari]. Contra serpentium morsus caulem cum foliis bibere prodest. Fructus vero, ex aceto mulso potus, lienem liquat. At subdita radix partus, menses secundasque trahit. Albae denique vitiligini illita ex aceto medetur.

Cap. CLI. (CLXI.) [*De Lonchitide.*] Lonchitis [quam alii cestrum aut Medusam, Romani veneream aut

ἔχει πράσῳ καρτῷ[22] ὅμοια, πλατύτερα δὲ καὶ ὑπέρυθρα πλεῖστα, πρὸς τὴν ῥίζαν περικλώμενα ὡς ἐπὶ τὴν γῆν· ἔχει δὲ καὶ περὶ τὸν καυλὸν ὀλίγα, ἐφ' οὗ ἄνθη ὅμοια πιλίσκοις, τῷ τύπῳ δὲ κωμικοῖς προςωπείοις κεχηνόσι· μήλινα[23] μὲν, λευκὸν δέ τι ἀπ' αὐτῶν ἐξέχει ἀπὸ τοῦ χάσματος πρὸς τὸ κάτω χεῖλος, ὥςπερ γλωσσάριον· τὸ σπέρμα δὲ ἐν περικαρπίοις λόγχῃ ὁμοίοις, τριγώνοις[24]· ὅθεν καὶ τῆς προςωνυμίας ἠξιώθη· ῥίζα δὲ ὁμοία δαύκῳ· φύεται ἐν τραχέσι καὶ ἀνίκμοις[25] τόποις. Ταύτης ἡ ῥίζα διουρητικὴ, πινομένη σὺν οἴνῳ[26].

Κεφ. ρνβ'. (ρξβ'.) [Περὶ ἑτέρας Λογχίτιδος.] Λογχῖτις ἑτέρα, οἱ δὲ λογχῖτιν τραχεῖαν, [Ῥωμαῖοι λογγίνα, οἱ δὲ καλαβρίνα] φύλλα ἀνίησιν ὅμοια σκολοπενδρίῳ, τραχύτερα δὲ καὶ μείζονα, καὶ μᾶλλον ἐσχισμένα. Δύναμιν δ' ἔχει τραυ-

22) Ald. et C. *πράσῳ πλατυκάρπῳ.* Asulan. et sequ. *πράσῳ κάρτα.* Hoc adverbium insolens.

23) Emendatio Caesalpin. de plant. 10, 21. *Μέλανα* vulgo, quod deest in codd. C. N.

24) Sic Marcell. emendavit; *προκαρπίοις* vulgo. Transpositio verborum, quam ausus sum, necessaria videbatur. Vulgo legitur: *τὸ σπέρμα δὲ ὅμοιον λόγχῃ, τρίγωνον ἐν προκαρπίοις.*

25) C. *ἐνίκμοις.*

26) Addit C. in margine: *Τὰ φύλλα χλωρὰ εἰς κόλλησιν τραυμάτων ἐπιτήδεια, καὶ ξηρὰ σπλῆνας ἰᾶται.*

lanceolam vocant] folia habet scissili porro similia, sed latiora ac pleraque subrubentia, ad radicem circumfracta, velut ad terram spectantia. Habet et circa caulem pauca, in quo flores pileolis similes, hiantes comicas personas figura referentes, lutei ii, sed albam e rictu lingulam promentes, quae ad labium inferius spectat. Semen in fructibus lanceae similibus, triangularibus reconditur: unde etiam cognomen nacta est planta. Radix dauco similis est. Nascitur in asperis aridisque locis. Radix e vino pota urinam ciet.

Cap. CLII. (CLXII.) [*De Lonchitide altera.*] Lonchitis altera, quam quidam asperam dicunt, [Romani longinam aut calabrinam] folia profert scolopendrii, sed asperiora maioraque, ac profundius incisa. Vim habet

ματικὴν, ἀφλέγμαντον· τήκει δὲ καὶ σπλῆνα, μετ' ὄξους πινομένη.

Κεφ. ρνγ'. (ρξγ'.) [Περὶ Ἀλθαίας.] Ἀλθαία, ἔνιοι δὲ ἰβίσκον καλοῦσι, οἱ δὲ ἀλθίοκον. Μαλάχης ἐστὶν ἀγρίας εἶδος· φύλλα περιφερῆ, ὥςπερ κυκλάμινος, ἔγχνοα· ἔχει δὲ ἄνθος ῥοδοειδὲς, καυλὸν δίπηχυν[27], ῥίζαν δὲ γλίσχραν, λευκὴν ἔνδοθεν. Ὠνόμασται δὲ ἀλθαία διὰ τὸ πολύαλθες καὶ πολύχρηστον αὐτῆς· ἑψηθεῖσα γὰρ ἐν μελικράτῳ ἢ οἴνῳ, καὶ καθ' ἑαυτὴν κοπεῖσα[28] ποιεῖ πρὸς τραύματα, παρωτίδας, χοιράδας, δακτυλίων ἀποστήματα[29], μαστοὺς φλεγμαίνοντας, ἐμφυσήματα, συντάσεις νεύρων. Διαφορεῖ γὰρ καὶ ἐκπέσσει, ἢ ῥήγνυσι καὶ ἐπουλοῖ· συμμαλαχθεῖσα δὲ ἑφθὴ, ὡς εἴρηται, στέατι ὑείῳ, ἢ χηνείῳ, ἢ τερεβινθίνῃ, πρὸς ὑστέρας φλεγμονὰς ἢ μύσεις ἐν προςθέματι ποιεῖ· καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ αὐτῆς τὸ αὐτὸ ποιεῖ, ἄγον καὶ τὰ καλούμενα λόχια· τὸ δὲ τῆς ῥίζης ἀφέψημα σὺν οἴνῳ πινόμενον, ὠφελεῖ δυςουροῦντας, λιθιώντων ὠμότητας, δυςεντερικοὺς, ἰσχια-

27) Oribas. τρίπηχυν. Serap. πηχυαῖον.
28) Sic Serap. et Sarac.; ποθεῖσα vulgo.
29) Sic Serap.; δακτυλ. θλάσματα vulgo, quod Marcell. in ἀλγήματα mutare mavult: recepit hoc in textum Sarac.

vulnerariam, inflammationi adversaria. Lienem quoque pota ex aceto liquat.

Cap. CLIII. (CLXIII.) [*De Althaea.*] Althaeam alii hibiscum, alii althiocon vocant. Malvae sylvestris species est, foliis uti cyclaminis rotundis, lanuginosis, flore rosaceo, caule bicubitali, radice glutinosa, intus alba. Althaeae autem nomen sortita est a multiplici varioque, quem in medendi arte praestat, usu. Decocta enim in aqua mulsa aut vino, aut per se etiam tusa, facit ad vulnera, parotidas, strumas, ani abscessus, mammas inflammatas, emphysemata et distentiones nervorum: discutit nimirum et maturat, rumpit etiam et ad cicatricem perducit. Cocta autem, uti dictum est, ac subacta cum adipe suillo aut anserino, terebinthina etiam, facit subdita ad vulvae inflammationes praeclusionesque. Decoctum eius idem praestat, ac lochia ducit. Succurrit et radicis decoctae succus ex vino potus urinae difficultati, calculorum saevis accessibus, intestinorum difficultati, ischiadicis, tre-

δικοὺς, τρομώδεις, ῥηγματίας· καὶ πόνους ὀδόντων πραΰνει, σὺν ὄξει ἀφεψηθεῖσα καὶ διακλυζομένη· ὁ δὲ καρπὸς χλωρός τε καὶ ξηρὸς, λεῖος καταχρισθεὶς σὺν ὄξει ἐν ἡλίῳ, σμηκτικός ἐστιν ἀλφῶν· μετ' ὀξελαίου δὲ συγχριόμενος προφυλακτικός ἐστιν ἰοβόλων· ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς δυσεντερίας καὶ αἵματος ἀναγωγὴν καὶ διάῤῥοιαν· τὸ δὲ ἀφέψημα τοῦ σπέρματος πινόμενον καὶ πρὸς μελισσῶν καὶ τῶν λεπτῶν θηρίων πληγὰς πάντων, ἐν ὀξυκράτῳ ἢ οἴνῳ ποθέν· καὶ τὰ φύλλα δὲ μετ' ὀλίγου ἐλαίου καταπλάσσεται ἐπὶ τῶν δηγμάτων καὶ ἐπὶ τῶν πυρικαύστων· πήγνυσι δὲ ἡ ῥίζα[30] *καὶ ὕδωρ, μιγεῖσα λεία καὶ συνεξαιθριασθεῖσα.*

Κεφ. ρνδ΄. (ρξδ΄.) [*Περὶ Ἀλκέας.*] *Ἀλκέα καὶ αὕτη εἶδός ἐστιν ἀγρίας μαλάχης, ἔχουσα φύλλα ἐπεσχισμένα πρὸς τὰ τῆς ἱερᾶς βοτάνης, καυλοὺς γ΄ ἢ δ΄, φλοῦν*[31] *ἔχοντας καννάβει παραπλήσιον· ἄνθος μικρὸν, ἐμφερὲς ῥόδῳ*[32]*, ῥίζας λευκὰς, πλατείας*[33]*, ε΄ ἢ ς΄, ὅσον πήχεως· αἵτινες οἴνῳ ἢ ὕδατι πινόμεναι δυσεντερίαν καὶ ῥήγματα ἰῶνται.*

30) Lacuna add. *χλωρά.*

31) C. *φλοιόν.*

32) Sic Ald. et sequ.; sed Serap. et cod. C. *ἐμφ. ῥόδῳ* non habent.

33) Sic Serap. et Ald.; *πλαγίας* C.

mulis ruptisque. Eadem dentium mulcet dolorem, cum aceto decocta, colluto inde ore. Fructus vero, seu viridis seu etiam siccus, tritus vitiligines abstergit, si in sole cum eo et aceto delibuuntur. Ex aceto oleoque perunctus venenatorum animalibus arcet iniurias. Facit et ad dysenteriam sanguinisque reiectionem et alvi profluvium. Decoctum fructus cum posca aut vino bibitur contra apum bestiolarumque aliarum ictus. Folia vero cum olei momento morsibus ipsis ambustisque imponuntur. Radix ipsa aquam coagulat, si trita huic admisetur simulque sub dio posita fuerit.

Cap. CLIV. (CLXIV.) [*De Alcea.*] Alcea et ipsa sylvestris malvae est species: folia vero habet divisa, sicut verbena, caules tres aut quatuor, cortice cannabino vestitos, florem parvum, rosae similem, radices albas, latas, quinque aut sex, fere cubitales, quae quidem cum vino aut aqua potae dysenteriae ac ruptis medentur.

Κεφ. ρνέ. (ρξέ.) [*Περὶ Καννάβεως ἡμέρου.*] *Κάνναβις, οἱ δὲ καννάβιον, οἱ δὲ σχοινόστροφον, οἱ δὲ ἀστέριον, φυτόν ἐστιν εὔχρηστον ἐν τῷ βίῳ πρὸς τὰς τῶν εὐτονωτάτων σχοινίων πλοκάς· φύλλα φέρει παραπλήσια τῇ μελίᾳ, δυσώδη, καυλοὺς μακροὺς, κενούς· καρπὸν στρογγύλον, ὃς ἐσθιόμενος πλείων σβέννυσι τὴν γονήν· χλωρὸς δὲ χυλισθεὶς ἁρμόζει πρὸς τὰς τῶν ὤτων ἀλγηδόνας ἐνσταζόμενος.*

Κεφ. νϛ́. (ρξϛ́.) [*Περὶ Καννάβεως ἀγρίας.*] *Κάνναβις ἀγρία, οἱ δὲ ὑδράστινα, Ῥωμαῖοι τερμινάλις, ῥαβδία φέρει ὅμοια τοῖς τῆς ἀλθαίας, μελάντερα δὲ καὶ τραχύτερα*[34] *καὶ μικρότερα· τὸ ὕψος πήχεως· τὰ δὲ φύλλα ὅμοια τῇ ἡμέρῳ, τραχύτερα δὲ καὶ μελάντερα*[35]*· ἄνθη ὑπέρυθρα, λυχνίδι ἐμφερῆ· σπέρμα δὲ καὶ ῥίζαν ὅμοια τῇ ἀλθαίᾳ. Δύναμιν δὲ ἔχει ἡ ῥίζα ἑφθὴ καταπλασθεῖσα, φλεγμονὰς παρηγορεῖν καὶ οἰδήματα διαφορεῖν καὶ πώρους διαχεῖν. Καὶ ὁ ἀπὸ ταύτης δὲ φλοιὸς εὔθετος εἰς πλοκὴν σχοινίων.*

Κεφ. ρνζ́. (ρξζ́.) [*Περὶ Ἀναγύριος.*] *Ἀνάγυρις*[36]*, οἱ*

34) Hoc deest in Serap.
35) C. non habet *τραχ. κ. μελ.*
36) C. N. *Ὀνόγυρος.*

Cap. CLV. (CLXV.) [*De Cannabi sativa.*] Cannabis, quam alii cannabion, alii schoenostrophon aut asterion vocant, planta est in vita perutilis ad texendos funes validissimos; folia gerit fraxini, sed foedi odoris, caules proceros, inanes, semen rotundum, quod largius sumtum genituram exstinguit. Ex eo recente expressus succus convenienter aurium doloribus instillatur.

Cap. CLVI. (CLXVI.) [*De Cannabi sylvestri.*] Cannabis sylvestris, quam alii hydrastinam, Romani et terminalem vocant, virgulas profert, quales althaea, sed nigriores, asperiores et minores, cubiti altitudine; foliis sativae, asperioribus tamen ac nigrioribus; floribus subrubris, lychnidis aemulis, semine et radice althaeae. Cocta autem et imposita radix vim habet inflammationes leniendi, oedemata discutiendi et articulorum tophos dissipandi. Sed et huius cortex torquendis funibus est accommodatus.

Cap. CLVII. (CLXVII.) [*De Anagyri.*] Anagyris,

δὲ ἀνάγυρον, οἱ δὲ ἄκοπον[37], *οἱ δὲ ἀγνάκοπον καλοῦσι, θάμνος ἐστὶ φύλλοις καὶ ταῖς ῥάβδοις προςεμφερὴς ἄγνῳ, δενδρώδης, βαρύοσμος ἰσχυρῶς· ἄνθος κράμβῃ ἐοικός· καρπὸς ἐν κερατίοις μακροῖς, τὸ σχῆμα νεφρῶν*[38], *ποικίλος, στερεός· σκληρύνεται δὲ περὶ τὸν τῆς σταφυλῆς πεπασμόν*[39]. *Ταύτης τὰ φύλλα ἁπαλὰ, λεῖα καταπλασσόμενα, οἰδήματα στέλλει· ποτίζεται δὲ < πλῆθος ἐν γλυκεῖ πρὸς ἆσθμα καὶ ἐκβολὴν χορίου καὶ ἐμμήνων καὶ ἐμβρύου· πρὸς δὲ κεφαλαλγίαν*[40] *σὺν οἴνῳ· ἔστι δὲ περίαπτον δυςτοκούσαις· δεῖ μέντοι μετὰ τὸ ἀποτεκεῖν εὐθέως ἀφελόντα ῥίπτειν τὸ περίαμμα· τῆς δὲ ῥίζης ὁ φλοιὸς*[41] *διαφορεῖ καὶ ἐκπέσσει· ὁ δὲ καρπὸς ἐσθιόμενος ἔμετον συντόνως κινεῖ.*

Κεφ. ρνη'. (ρξη'.) [*Περὶ Κηπαίας.*] *Κηπαία ἐμφερής ἐστιν ἀνδράχνῃ, μελάντερα δὲ ἔχει τὰ φύλλα, ῥίζαν λεπτήν· βοηθεῖ δὲ τὰ φύλλα πινόμενα σὺν οἴνῳ στραγγουριῶσι καὶ*

37) Oribas. *ἕλκοπον.*
38) C. *στρογγύλος.* N. *ὑποστρόγγυλος.*
39) C. N. *τῆς κεφαλῆς πεπλασμόν.*
40) Cornar. suspicatur, ex Plin. legendum esse *πρὸς τὰ φαλαγγία.*
41) Sic Ald. et Galen. simpl. fac. 6. p. 829.; *χυλός* Asulan. et sequ.

alii anagyron, acopon et agnacopon appellant, est frutex foliis et virgis vitici assimilis, arborescens, perquam gravis odore. Flos est brassicae similis: semen in longis corniculis, figura renum, versicolor ac solidum, quod maturescente uva durescit. Huius folia tenera trita et imposita oedemata reprimunt. Propinantur quoque ad drachmam in passo adversus spirituum difficultatem, itemque ad eiectionem secundarum, menstrui sanguinis et fetus. Adversus capitis dolores in vino exhibentur. Difficulter parientibus amuleti ad instar alligantur; sed a partu statim auferri abiicique oportet. Radicis autem cortex discutit ac concoquit. Fructus denique comestus vomitiones vehementer concitat.

Cap. CLVIII. (CLXVIII.) [*De Cepaea.*] Cepaea portulacae similis est, verum nigriora habet folia, radicemque tenuem. Folia in vino pota stranguria et vesicae

ψωριῶσι τὴν κύστιν· μάλιστα δὲ ποιεῖ ἡ ῥίζα μετὰ ἑψήματος[42] ἀσπαράγου τοῦ μυακάνθου καλουμένου πινομένη.

Κεφ. ρνθ'. (ρξθ'.) [Περὶ Ἀλίσματος.] Ἄλισμα, οἱ δὲ ἀλκέαν, οἱ δὲ δαμασσώνιον, οἱ δὲ ἄκυρον, οἱ δὲ λύρον καλοῦσι, φύλλα μὲν ἔχει ἀρνογλώσσῳ ὅμοια, στενώτερα δὲ καὶ ἐπὶ γῆν κλώμενα· καυλὸς δὲ λεπτὸς, ἁπλοῦς, ὑπὲρ πῆχυν ἔχων κεφάλια, θυρσοειδής· ἄνθη λεπτὰ, λευκὰ, ὕπωχρα· ῥίζαι ὡς μέλανος ἐλλεβόρου λεπταὶ, εὐώδεις, δριμεῖαι, ὑπολίπαροι. Ὑδρηλὰ δὲ φιλεῖ χωρία. Ἁρμόζει ἡ ῥίζα πινομένη σὺν οἴνῳ, ὅσον < α' ἢ β' τοῖς λαγωὸν βεβρωκόσι θαλάσσιον καὶ τοῖς ὑπὸ φρύνου δηχθεῖσι καὶ τοῖς ὄπιον πεπωκόσι. Καὶ στρόφους (παύει)[43] καὶ δυσεντερίαν καθ' ἑαυτὴν καὶ σὺν ἴσῳ δαύκῳ πινομένη· ἁρμόζει καὶ σπάσμασι καὶ πρὸς τὰ ὑστερικὰ πάθη. Ἡ δὲ πόα ἵστησι κοιλίαν, καὶ ἔμμηνα ἄγει, καὶ οἰδήματα καταπλασθεῖσα πραΰνει.

Κεφ. ρξ'. (ρο'.) [Περὶ Ὀνοβρυχίδος.] Ὀνοβρυχὶς, [οἱ δὲ ὀνοβρόχειλος, οἱ δὲ ἐσχασμένη, οἱ δὲ ὑπερικὸν, οἱ δὲ κό-

42) Sic e Paull. Aegin.; ποιεῖ μετὰ ἑψήματος ῥιζῶν vulgo.
43) Hoc addendum esse Sarac. iudicat.

scabie laborantibus prosunt. Maxime vero id praestat radix cum asparago, qui myacanthus vocatur, cocta.

Cap. CLIX. (CLXIX.) [*De Alismate.*] Alisma, nonnulli alceam, alii damasonium aut acyron, lyron etiam appellant, folia habet plantagini similia, sed angustiora et versus terram deflexa. Caulis gracilis, simplex, cubito altior, capitula thyrsi specie gerens. Flores tenues, candidi, pallescentes, radices ut hellebori nigri, tenues, odoratae, acres ac modice pingues. Aquosos amat tractus. Radix drachmae unius aut alterius pondere in vino pota his convenit, qui leporem marinum vorarunt iisque, qui a rana rubeta demorsi sunt, ut et iis, qui opium hauserunt. Curat et tormina et dysenteriam, per se aut cum pari modo seminis dauci potui data. Sed et convulsis et contra hystericos affectus prodest. Herba ipsa sistit alvum ac menses ciet, oedemata etiam imposita mitigat.

Cap. CLX. (CLXX.) [*De Onobrychide.*] Onobrychis [quam alii onobrochilos, alii eschasmenen, aut hy-

ριον, οἱ δὲ χαμαιπίτυν, Ῥωμαῖοι ὀπάκα[44], οἱ δὲ βριχιλλατά, οἱ δὲ λόπτα[45], οἱ δὲ ἰουγκινάλεμ[46], Δακοὶ ἀνιασσέξέ,] φύλλα ἔχει ὅμοια φακῷ, μικροῦ[47] μακρότερα, καυλὸν σπιθαμιαῖον, ἄνθος φοινικοῦν[48], μικρὰν ῥίζαν. Φύεται ἐν καθύγροις καὶ ἀργοῖς τόποις. Δύναμιν δὲ ἔχει ἡ πόα ἐπιπλασθεῖσα, λεία, διαχεῖν φύματα· μετ' οἴνου δὲ πινομένη στραγγουρίαν θεραπεύει· σὺν ἐλαίῳ δὲ ἀλειφομένη ἱδρῶτας κινεῖ.

Κεφ. ρξα'. (ροα'.) [Περὶ Ὑπερικοῦ.] Ὑπερικὸν, οἱ δὲ ἀνδρόσαιμον, οἱ δὲ κόριον, οἱ δὲ χαμαιπίτυν, διὰ τὸ τὴν περὶ τὸ σπέρμα ὀσμὴν ἐοικέναι πιτυΐνῃ ῥητίνῃ[49]· φύλλα ἔχει πηγάνῳ ὅμοια· θάμνος φρυγανοειδὴς, σπιθαμιαῖος, ὑπέρυθρος, ἄνθος ἔχων λευκοΐῳ ὅμοιον[50], ὃ διατριβὲν ἐν τοῖς δακτύλοις αἱματώδη τὸν χυλὸν ἐκκρίνει· ὅθεν καὶ ἀνδρόσαιμον ἐκλήθη· λοβὸν δὲ ὑπόδασυν[51], προμήκη ἐν τῷ περιφε-

44) C. ὀπτατά.
45) C. νῶπτα.
46) Sic C.; ἰοκινάλεμ vulgo.
47) Sic Cornar. primus correxit vulg. μικρὰ, quod et in cod. C.
48) C. addit μικρόν.
49) E libr. 3, 53. huc transponenda, dubia tamen: Ῥωμαῖοι ἐδεράλις, οἱ δὲ σεντουνάλις, Ἀφροὶ χουρμὰ σεμμακέδ.
50) Sic Oribas., Serap., Ald.; μήλινον Asulan., Marcell. et sequ.
51) Sic Oribas. et Ald.; κλωνάρια ὑποδασέα Asulan., Marcellus et sequ.

pericum et corion et chamaepityn vocant, Romani opacam ac brichilatam, loptam etiam et iuncinalem, Daci aniassexe] folia habet lentis similia, sed paullo ampliora, caulem spithamaeum, florem puniceum, radicem exilem. Nascitur in humentibus et incultis locis. Vim habet herba, si trita illinatur, panos discutiendi. Cum vino autem pota stranguriae medetur, et inuncta ex oleo sudores movet.

Cap. CLXI. (CLXXI.) [*De Hyperico.*] Hypericum alii androsaemon, alii corion, aut etiam chamaepityn appellant, quoniam semen odore resinam pineam imitatur. Folia habet rutae similia. Frutex est virgultosus, dodrantalis, rubescens: flos leucoïo similis, qui inter digitos tritus succum sanguineum excernit, unde et androsaemon dictum est. Siliquam gerit subhirsutam, subrotundo-ob-

ρεῖ, μέγεθος κριθῆς[52], ἐν ᾧ σπέρμα μέλαν, ῥητίνης ὄζον. Φύεται δὲ ἐν ἐργασίμοις καὶ τραχέσι τόποις. Δύναμιν δὲ ἔχει διουρητικὴν καὶ ἐμμήνων ἀγωγὸν, προστιθέμενον· τεταρταίους δὲ καὶ τριταίους ἀπαλλάσσει, μετ' οἴνου πινόμενον· θεραπεύει δὲ ἰσχιάδας ἐπὶ ἡμέρας μ' τὸ σπέρμα πινόμενον· καὶ τὰ φύλλα σὺν τῷ σπέρματι καταπλαττόμενα κατακαύματα ἰᾶται.

Κεφ. ρξβ'. (ροβ'.) [Περὶ Ἀσκύρου.] Ἄσκυρον, οἱ δὲ ἀσκυροειδὲς, οἱ δὲ ἀνδρόσαιμον, καὶ τοῦτο εἶδός ἐστιν ὑπερικοῦ, μεγέθει διαφέρον, κλωσὶ μεῖζον, φρυγανωδέστερον δὲ καὶ πεφοινιγμένον τοῖς φύλλοις λεπτοῖς· ἄνθη δὲ μήλινα φέρει· καρπὸν δὲ ὅμοιον ὑπερικῷ, ὄζοντα ῥητίνης, καὶ ἐν τῷ παρατριβῆναι οἱονεὶ αἱμάσσοντα τοὺς δακτύλους[53], ὡς διὰ τοῦτο ἀνδρόσαιμον καλεῖσθαι. Ποιεῖ καὶ ὁ τούτου καρπὸς πρὸς ἰσχιάδας, πινόμενος μεθ' ὑδρομέλιτος κοτυλῶν β'[54]· ἄγει γὰρ χολώδη κόπρια πολλά· συνεχῶς δὲ διδόναι χρὴ ἄχρις ἂν ὑγιασθῶσι· ποιεῖ καὶ πρὸς πυρίκαυστα ἐπιπλασθείς

52) Mallem cum Dodon. et cod. C. legere ὅμοιον κριθῇ, ni prisc interpretes et Ald. obstarent.

53) Cod. C. et Ald. addunt τὸ σπέρμα.

54) Serap. κοτύλη α'.

longam, grani hordei mole, in qua semen nigrum, quo resinam redolet. Gignitur locis cultis et asperis. Urinan ciet, subditumque menses trahit: ex vino autem bibitun quartanas tollit et tertianas. Medetur et semen ischiadicis, quadraginta diebus haustum. Sed et foliis cum semine impositis ambusta sanantur.

Cap. CLXII. (CLXXII.) [*De Ascyro.*] Ascyron sive ascyroides, aliis androsaemon, etiam hyperici specie est, magnitudine differens. Ramos enim habet maiore magis fruticosum, foliis tenuibus rubentibus. Flores luteos profert et fructum hyperico similem ac resinosi odoris, cuius attritu digiti velut cruentantur, qua de causs androsaemon appellatur. Est et huius fructus ad ischiadicos efficax potus in hydromelitis heminis duabus. Na biliosa recrementa plurima alvo detrahit. Sed dari con tinuo oportet, donec sanitati restituti fuerint. Efficacit et ambustis imponitur.

Κεφ. ρξγ'. (ρογ'.) [Περὶ Ἀνδροσαίμου.] Ἀνδρόσαιμον, οἱ δὲ Διονυσιάδα, οἱ δὲ καὶ τοῦτο ἄσκυρον καλοῦσι· διαφέρει δὲ τοῦ ὑπερικοῦ καὶ τοῦ ἀσκύρου, θάμνος ὢν λεπτόκαρφος, φρυγανώδης, πεφοινιγμένος τὰ ῥαβδία, φύλλα τριπλασίονα[55] τοῦ πηγάνου, ἃ τριφθέντα οἰνώδη χυλὸν ἀφίησι· μασχάλας δ' ἔχει πλείους ἐπ' ἄκρῳ τεταρσωμένας, περὶ ἃς ἀνθήλια μικρὰ, μήλινα· καρπὸς ἐν κάλυκι ὁμοίῳ[56] τῷ τῆς μελαίνης μήκωνος, οἱονεὶ κατάγραφος· ἀνατριφθεῖσα δὲ ἡ κόμη, ῥητινώδη ὀσμὴν ἀποδίδωσι. Καὶ τούτου ὁ καρπὸς λεῖος δυοῖν < ὁλκῇ ποθεὶς ἄγει χολώδη κόπρια· θεραπεύει δὲ μάλιστα ἰσχιάδας· δεῖ δὲ μετὰ τὴν κάθαρσιν ὕδατος ἐπιῤῥοφεῖν. Καὶ πυρίκαυστα δὲ ἡ πόα καταπλασθεῖσα ἰᾶται, καὶ αἷμα[57] ἐπέχει.

Κεφ. ρξδ'. (ροδ'.) [Περὶ Κόρεως.] Κόρις, οἱ δὲ καὶ τοῦτο ὑπερικὸν καλοῦσι, φύλλον ἔχει παραπλήσιον τῷ τῆς ἐρείκης, μικρότερον δὲ καὶ λιπαρώτερον καὶ ἐρυθρόν. Θάμνος δ' ἐστὶ σπιθαμιαῖος[58], δριμὺς καὶ εὐώδης. Τούτου ὁ

55) Quod Ald. et sequ. addunt ἢ *τετραπλασίονα*, nec Oribas. habet, nec Serap., nec cod. C.

56) Sic Serap. et Dodon. p. 78.; *ὅμοιος* vulgo.

57) Lacuna legit *νομάς*.

58) *Εὔστομος*, quod Ald. habet, huc non quadrat, neque in Serap. legitur.

Cap. CLXIII. (CLXXIII.) [*De Androsaemo.*] Androsaemon, quod alii Dionysiada, alii etiam ascyron appellant, ab hyperico et ascyro differt. Frutex est ramis gracilibus, fruticulosus, virgultis puniceo colore rubentibus. Folia triplo maiora rutae, quaeque trita succum vini colore emittunt. Alas habet plures in cacumine expansas, circa quas flosculi exigui, lutei. Fructus in calyce simili papaveris nigri, punctis distinctus. Huius coma contrita resinosum odorem reddit. Sed et semen tritum drachmis duabus potum excrementa biliosa educit: prodest vero maxime ischiadicis, verum a purgatione aquam insuper sorberi oportet. Illita herba medetur ambustis, et sanguinem cohibet.

Cap. CLXIV. (CLXXIV.) [*De Cori.*] Coris, hypericum etiam appellatum, frutex est folio ericae, sed minore, pinguiore et rubente, dodrantalis, acris et odo-

καρπὸς πινόμενος, οὖρα καὶ καταμήνια ἄγει· βοηθεῖ καὶ φαλαγγιοδήκτοις, ἰσχιαδικοῖς τε καὶ ὀπισθοτονικοῖς, σὺν οἴνῳ πινόμενος· πρὸς δὲ ῥίγη, σὺν πεπέρει· ἐπὶ δὲ ὀπισθοτονικῶν καὶ σύγχρισμά ἐστι σὺν ἐλαίῳ ἁρμόδιον. [Ἡ δὲ ῥίζα αὐτοῦ, σὺν οἴνῳ ἑψηθεῖσα καὶ ποθεῖσα, παρέτοις βοηθεῖν πεπίστευται[59]*· δεῖ δὲ τὸν πάσχοντα ἐν τῷ πίνειν περισκέπεσθαι καλῶς· ἱδροῖ γὰρ ὅλον τὸ σῶμα, καὶ τὴν εὐκινησίαν ἐκ τούτου λαμβάνει]*[60].

Κεφ. ρξε΄. (ροε΄.) [Περὶ Χαμαιπίτυος.] Χαμαιπίτυς, οἱ δὲ πιτυσόρυσιν, οἱ δὲ ὀρείζηλον, οἱ δὲ ἐν Πόντῳ ὁλόκυρον, οἱ δὲ βρυωνίαν ἀγρίαν, Ἀθήνησιν Ἰωνίαν, ἐν δὲ Εὐβοίᾳ σιδηρῖτιν, προφῆται αἷμα Ἀθηνᾶς, Ῥωμαῖοι κυπριποῦμ, Δακοὶ δοχελᾶ. Πόα ἕρπουσα ἐπὶ γῆς, ὑπόκυρτος· φύλλα δὲ ἔχει ὅμοια ἀειζώῳ μικρῷ, λεπτότερα δὲ πολλῷ καὶ λιπαρώτερα καὶ δασέα, πυκνὰ περὶ τοὺς κλάδους, ὀσμὴν ἔχοντα πίτυος· ἄνθη λεπτὰ, μήλινα [ἢ λευκά][61]*· ῥίζαν δὲ ὡς κιχω-*

59) Sic Ald., Asulan., Cornar.; *καλῶς βοηθεῖν πιστεύεται* Goupyl. et Saracen.

60) Uncinis inclusa reiecit Marc., quod deficerent in codd. nonnullis et in Serap.

61) Spuria habet uncinis inclusa Marcell., licet Oribas. ita legerit.

ratus. Huius fructus potus urinam et menses provocat. Est et auxilio ex vino potum a phalangio demorsis, ischiadicis, et opisthotonicis, itemque rigoribus, addito pipere. Convenit etiam opisthotonicis unguentum cum oleo factum. [Radix eius cum vino cocta et bibita credita est resolutis opitulari: sed laborantem inter potandum bene operiri oportet: corpore enim toto sudorem ciet, qua ex re agilitas pristina recuperatur.]

Cap. CLXV. (CLXXV.) [*De Chamaepity.*] Chamaepitys, aliis pitysorysis aut orizelos dicta, ab iis, qui Pontum incolunt, olocyron, aut bryonia sylvestris, ab Atheniensibus Ionia, ab Euboicis sideritis, prophetis sanguis Minervae, Romanis cypripum, Dacis dochela vocatur. Herba est humi serpens, incurva: foliis gaudet sempervivi minoris aemulis, at multo tenerioribus, pinguioribus et hirsutis, circa ramulos densis, quae pinum redolent: flores habet tenues, flavos [aut albos]: radicem cichorii.

ρίου. Ταύτης τὰ φύλλα πινόμενα μετὰ οἴνου ἐπὶ ἡμέρας ζ´ ἴκτερον θεραπεύει, ἐπὶ δὲ μ´ ἰσχιάδα μεθ᾽ ὑδρομέλιτος πινόμενα. Δίδοται καὶ ἡπατικοῖς καὶ δυςουροῦσι καὶ νεφριτικοῖς ἰδίως, ἁρμόζοντα καὶ στροφουμένοις· χρῶνται δ᾽ αὐτῇ καὶ οἱ ἐν Ἡρακλείᾳ τῇ ποντικῇ, ὡς ἀντιδότῳ, πρὸς ἀκόνιτον ποτίζοντες τὸ ἀφέψημα· καταπλάσσεται δὲ πρὸς τὰ εἰρημένα[62] μετὰ ἀλφίτων δεδευμένων τῷ ἀφεψήματι τῆς πόας. λεανθεῖσα δὲ σὺν σύκοις καὶ ἀντὶ καταποτίου διδομένη[63] μαλάσσει κοιλίαν· μετὰ μέλιτος δὲ καὶ λεπίδος καὶ ῥητίνης ἀναληφθεῖσα καθαίρει· ἄγει δὲ καὶ τὰ ἀπὸ ὑστέρας, προςτεθεῖσα σὺν μέλιτι· διαφορεῖ δὲ καὶ σκληρίας μαστῶν, καὶ τραύματα κολλᾷ, καὶ ἕρπητας ἐπέχει, μετὰ μέλιτος καταπλασσομένη.

Κεφ. ρξς´. (ρος´.) [Περὶ ἑτέρας Χαμαιπίτυος.] Ἔστι καὶ ἑτέρα χαμαιπίτυς, κλάδους ἔχουσα πηχυαίους, ἀγκυροειδεῖς, λεπτοκάρφους· κόμην δὲ ἐοικυῖαν τῇ πρὸ αὐτῆς, καὶ ἄνθος λευκόν· σπέρμα δὲ μέλαν· ἀπόζει δὲ καὶ αὐτὴ πίτυος. Καὶ τρίτη τίς ἐστιν, ἄῤῥην καλουμένη· ἔστι δὲ βοτάνιον[64]

62) Sic Ald.; προειρημένα Asul. et sequ. 63) Ald. λαμβανομένη.
64) Vulgo additur λεῖον, quod, sequentibus contrarium, neque Oribas., neque Serap. agnoscunt.

Huius folia septem diebus in vino pota morbo regio medentur, et quadraginta diebus ex hydromelite ischiadem sanant. Dantur et hepaticis et urinae difficultate laborantibus ac peculiariter nephriticis: idonea etiam sunt torminosis. Utuntur et ea herba Heracleae ponticae incolae, velut antidoto, contra aconitum decoctum ipsius propinantes. Imponitur etiam ad antedicta vitia cum polenta iure decocti subacta. Contrita vero cum ficubus et pilularum instar exhibita alvum emollit. At excepta melle cum aeris squama et resina etiam purgat. Extrahit et quae in utero morantur, cum melle subdita in passo. Mammarum quoque duritias discutit vulneraque glutinat. Herpetas denique illita cum melle cohibet.

Cap. CLXVI. (CLXXVI.) [*De altera Chamaepity.*] Est et altera chamaepitys, ramis cubitalibus, in anchorae speciem incurvatis, gracilibus; coma supra dictae, flore candido ac semine nigro. Et haec pinum redolet. Additur tertia, quae mascula nominatur. Est herbula foliis

ἔχον φυλλάρια λεπτὰ, λευκὰ, δασέα· καυλὸν δὲ τραχὺν, λευκόν· ἀνθήλια μήλινα· σπερμάτιον δὲ παρὰ τὰς μασχάλας· ὄζει δὲ καὶ τοῦτο πίτυος. Δύναμιν δὲ ἔχουσι καὶ αὐτὰ ὁμοίαν τῇ προειρημένῃ, οὐ μὴν οὕτω πρακτικήν.

tenuibus, albis, hirsutis; caule aspero, albido; floribus flavis, semine exiguo iuxta alas. Redolet et haec pinum. Utraque vim antedictae similem obtinet, at non perinde efficacem.

ΒΙΒΛΙΟΝ Δ.

Ἐν τοῖς πρὸ τούτου τρισὶ βιβλίοις, φίλτατε Ἄρειε, παραδόντες περὶ ἀρωμάτων καὶ ἐλαίων καὶ μύρων καὶ δένδρων καὶ ζώων καὶ σιτηρῶν καὶ λαχάνων καὶ ῥιζῶν καὶ χυλισμάτων καὶ βοτανῶν καὶ σπερμάτων, ἐν τούτῳ τετάρτῳ ὄντι περὶ τῶν λειπομένων βοτανῶν καὶ ῥιζῶν διαλεξόμεθα.

Κεφ. α'. [Περὶ Κέστρου.] Κέστρον τὸ καλούμενον ψυχότροφον, ἐπειδὴ ἐν τοῖς ψυχροτάτοις εὑρίσκεται τόποις, ὃ Ῥωμαῖοι οὐεττονικὴν[1] καλοῦσι, πόα ἐστὶ καυλὸν ἔχουσα λεπτὸν, πήχεως τὸ ὕψος, ἢ καὶ μείζονα, τετράγωνον· φύλλα μακρὰ, μαλακὰ, ὅμοια δρυῒ, τὴν περιφέρειαν ἐσχισμένα, εὐώδη[2], μείζονα δὲ τὰ πρὸς τὴν ῥίζαν· ἐπ' ἄκρῳ δὲ τῶν καυλῶν ἔνεστι τὸ σπέρμα ἐσταχυωμένων[3] ὥςπερ θύμβρας. Ταύτης

1) Sic scribitur in codd. Vindob.; *βετονίκην* Ald. et sequ. Editiones adiungunt *ἢ ῥοςμαρίνουμ*, quod deest in codd.

2) Marc. auguratur *ἰνώδη*. Sed codd. et interpretes prisci refragantur.

3) Sic Dalechamp. p. 1282.; *ἐσταχυωμένον* vulgo.

LIBER IV.

Cum in tribus libris prioribus, amantissime Aree, de aromatibus, oleis, unguentis, arboribus, animalibus, cerealibus, oleribus, radicibus, succis, herbis ac seminibus egerimus; in hoc quarto de iis, quae supersunt, herbis ac radicibus dissseremus.

Cap. I. [*De Cestro.*] Cestrum, quod psychotrophon vocatur, quoniam frigidissimis locis reperitur, Romani betonicam appellant. Herba est, caulem proferens tenuem, cubiti altitudine, aut etiam maiorem, quadrangulum: folia longa, mollia, quernis similia, in ambitu incisa, odorata, ac prope radicem maiora; semen in summitate caulium, thymbrae more spicatorum. Collecta huius folia siccanda

τὰ φύλλα δεῖ συλλέγοντας ξηραίνειν· ὧν ἔστι καὶ ἡ πλείων χρῆσις· ῥίζαι δὲ ὕπεισι λεπταὶ, ὡς ἐλλεβόρου, αἵτινες φλεγματώδη προςκαλοῦσιν ἔμετον, μεθ᾽ ὑδρομέλιτος πινόμεναι· τῶν δὲ φύλλων διδόναι[4] πρὸς τὰ σπάσματα[5], ῥήγματα καὶ πρὸς τὰς ἐν ὑστέρᾳ διαθέσεις καὶ πνίγας ὑστερικὰς < α΄ ὁλκὴ μεθ᾽ ὑδρομέλιτος πινόμεναι[6]· θηριοδήκτοις δὲ ὁλκαὶ γ΄ μετ᾽ οἴνου κοτυλῶν β΄[7]· καταπλασσομένη δὲ ἡ πόα ὠφελεῖ τοὺς θηριοδήκτους, καὶ πρὸς τὰ θανάσιμα ὁλκὴ μετ᾽ οἴνου ποθεῖσα ἁρμόζει· ἐὰν δέ τις προπίῃ, οὐδὲν βλαβήσεται λαβὼν φάρμακον θανάσιμον· ἔστι δὲ οὐρητικὴ, κοιλίας τε ὑποβιβαστικὴ· θεραπεύει δὲ καὶ ἐπιλήπτους καὶ μαινομένους[8], μεθ᾽ ὕδατος πινομένη, καὶ ἡπατικοὺς, σπληνικούς τε[9] μετ᾽ ὀξυμέλιτος ὁλκὴ < α΄ ἐπιποθεῖσα· ποιεῖ δὲ καὶ πέψιν, ἐάν τις μετὰ τὸ δεῖπνον αὐτὴν κυάμου μέγεθος καταπίῃ μετὰ μέλιτος ἑφθοῦ· ὁμοίως καὶ ὀξυρεγμιῶσι δίδοται· στομαχικοῖς δὲ διαμασσᾶσθαι καὶ καταπίνειν τὸν χυλὸν, εἶτ᾽ ἐπιῤῥοφᾷν

4) Sarac. suspicatur *δίδοται*. 5) C. *σπαράγματα*.
6) Sarac. coniecit *πινομένη*, cod. X. addit *ἢ ὕδατος*.
7) Serap. *κοτύλῃ α΄*.
8) Serap. *ἀποπλήκτους*.
9) Sic. corr. Sarac.; *σπλ. δὲ* vulgo.

sunt, quorum etiam frequentior est usus. Radices vero subsunt tenues, velut hellebori; quae quidem ex hydromelite potae pituitosam vomitionem efficiunt. At folia ad convulsa, rupta, matricis vitia et strangulationes drachmae pondere ex aqua mulsa potui dantur: et contra venenatarum bestiarum morsus drachmis tribus ex vini heminis duabus: sed et herba earumdem morsibus utiliter imponitur: itidemque adversus venena drachmae pondere ex vino pota prodest. Quin et ei, qui ipsam in potu praesumserit, haustum dein letale medicamentum minime nociturum est. Urinas praeterea ciet, alvumque subducit. Medetur et comitialibus atque insanis ex aqua bibita: hepaticis etiam et splenicis drachmae pondere in aceto mulso. Concoctionem quoque promovet, si quis ipsam a coena fabae mole cum melle cocto devorarit. Simili modo et acidum eructantibus exhibetur. Stomachicis autem eam commanducare succumque devorare, insuper vero dilutum

οἶνον κεκραμένον· δίδοται δὲ καὶ αἱμοπτοϊκοῖς ὁλκὴ τριωβόλου μετὰ κράματος κυάθου ἑνὸς γαλακτώδους· ἰσχιαδικοῖς τε μεθ' ὕδατος, καὶ νεφριτικοῖς καὶ κύστιν ἀλγοῦσιν· ὑδρωπικοῖς δὲ < β' μεθ' ὑδρομέλιτος πυρέσσουσιν, ἀπυρέτοις δὲ σὺν οἰνομέλιτι[10]· ἰκτεριῶντάς τε καθίστησι καὶ καταμήνια ἄγει ὁλκὴ < α', μετ' οἴνου πινομένη· κοιλίαν δὲ < δ' καθαίρουσι ποθεῖσαι μεθ' ὑδρομέλιτος κυάθων δέκα· ποιεῖ καὶ πρὸς φθισικοὺς, ἐμπυϊκοὺς[11], μετὰ μέλιτος· ἀποτίθεσθαι δὲ δεῖ τὰ φύλλα ξηρὰ λεῖα ἐν κεραμέῳ ἀγγείῳ.

Κεφ. β'. [*Περὶ Βρεταννικῆς.*] *Βρεταννικὴ* ἢ *βεττονικὴ* πόα ἐστὶν ἔχουσα φύλλα ἐμφερῆ λαπάθῳ ἀγρίῳ, μείζονα[12] δὲ καὶ δασύτερα, στύφοντα ἐν τῇ γεύσει· καυλὸν δὲ ἀνίησιν οὐ μέγαν, ῥίζαν λεπτὴν καὶ βραχεῖαν· χυλίζεται δὲ αὐτῆς τὰ φύλλα, καὶ ἐν ἡλίῳ ἢ πυρὶ συστρέφεται. Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικὴν, ἰδίως ἁρμόζουσαν πρὸς τὰς ἐν στόματι καὶ παρισθμίοις νομάς· ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς τὰ λοιπὰ, ὅσα στύψεως χρῄζει[13].

10) *Πυρέσσ. — οἰνομέλιτι* desunt in Ald. 11) C. *αἱμοπτοϊκούς.*
12) Sic C.; *μελάντερα* Ald. et sequ.
13) Cod. X. *ἐφ' ὧν στύψεώς ἐστι χρεῖα.*

vinum sorbere proderit. Datur et sanguinem exscreantibus, tribus obolis in vini diluti egelidi cyatho uno, itemque ischiadicis, nephriticis et a vesica dolentibus, ex aqua: hydropicis autem binis drachmis ex aqua mulsa, dum febriunt, si secus, e mulso. Regio quoque morbo laborantes restituit, mensesque pellit, drachmae pondere e vino pota: drachmis vero quatuor bibita in aquae mulsae cyathis decem, alvum purgat. Est et phthisicis ac empyicis auxilio cum melle. Ceterum folia siccata tritaque in vase fictili recondi oportet.

Cap. II. [*De Britannica.*] Britannica, seu bettonica, herba est foliis rumici sylvestri proximis, sed maioribus ac hirsutioribus, gustu astringentibus. Caulem vero promit haud ita magnum: radice tenui brevique nititur. Foliis exprimitur succus, qui sole aut igne cogitur ac inspissatur. Vim habet astringentem, privatim oris ac tonsillarum ulceribus depascentibus accommodatam. Valet etiam ad reliqua, quibus astrictione opus est.

[Ἐν ἄλλῳ καὶ ταῦτα· ζητητέον καίτοι, εἰ Διοσκορίδου[14].

Βεττονικὴ γεννᾶται ἐν χορτοκοπείοις καὶ ὀρεινοῖς τόποις, καὶ καθαροῖς καὶ ἡμέροις περὶ τὰ γεννήματα· καὶ ψυχὰς ἀνθρώπων καὶ σώματα φυλάττει· νυκτερινάς τε ὁδοιπορίας καὶ τόπους ἐπιβλαβεῖς καὶ ὕπνους χαλεποὺς ἀντενεργεῖ· καὶ εἰς πᾶσαν ἴασίν ἐστιν εὐλογημένη· ἔχει δὲ τὴν μὲν ῥίζαν ὅλην ἐρυθρὰν καὶ εὐώδη· τὰ δὲ φύλλα πράσινα, καὶ τὸ μέσον τῶν φύλλων φοινικοῦν· καὶ εἰς τὸν ὀρθοκάλαμον τετραγώνια[15]*, καὶ ἐπ' αὐτῶν ἄνθη πορφυρίζοντα. Ἡ δὲ δύναμις αὐτῆς ἐστιν αὕτη. λειωθεῖσα γὰρ νεαρὰ καὶ ἐπιτεθεῖσα εἰς τεθραυσμένην κεφαλὴν κατὰ τῆς πληγῆς, ἀνώδυνον ποιεῖ· καὶ τὰ τραύματα κολλᾷ, καὶ τὰ τεθλασμένα ὀστᾶ ἐκβάλλει· καὶ τοῦτο ποιεῖ καθ' ἑκάστην ἀλλασσομένη, ἕως θεραπεύσῃ· ἀφεψηθεῖσα δὲ μεθ' ὕδατος κεφαλαλγίαν καταντλουμένῃ, καὶ μετὰ ἀσφάλτου περιχριομένη τοῖς κροτάφοις ἴαται, ὑποθυμιωμένης αὐτοῖς καὶ τῆς ῥίζης.]*

Κεφ. γ'. [Περὶ Λυσιμαχίου.] Λυσιμάχιον, οἱ δὲ λύ-

14) Haec et sequentia ex Ant. Musae commentariolo de betonica in nonnullos codices irrepsere. 15) Vulgo *τριγώνια*.

[In alio codice et quae sequuntur. Inquirendum tamen, sintne Dioscoridis.

Bettonica nascitur in pratis et montosis locis, itemque in mundis, et ubi mansueti frutices proveniunt. Animas hominum corporaque custodit. Nocturnorum itinerum ac locorum iniuriis, ut et gravibus somnis adversatur: denique ad omne genus medelae celebratur. Totam radicem rubram habet odoratamque: folia porracea, medio punicea: caules rectos, quadrangulares, et in ipsis flores purpurascentes. Vis ipsius haec est: Contusa recens et supra fracti capitis ictum imposita dolorem adimit: et vulnera glutinat, quin et ossa fracta extrahit. Illud vero praestat, si quotidie permutetur, donec sanescat. Sanat et dolorem capitis, seu decocta cum aqua et capiti affusa, seu etiam cum bitumine oblita temporibus: simul autem radicis suffitu utimur.]

Cap. III. [*De Lysimachio.*] Lysimachion, quod ali-

τρον καλοῦσι, καυλοὺς ἀνίησι πηχυαίους ἢ καὶ μείζονας, λεπτούς, θαμνώδεις, ὧν παρὰ τὰ γόνατα φύλλων λεπτῶν ἐκφύσεις, παραπλησίων τοῖς τῆς ἰτέας, στυφόντων ἐν τῇ γεύσει· ἄνθος πυῤῥὸν ἢ χρυσοειδές· φύεται ἐν ἑλώδεσι τόποις καὶ παρὰ τὰ ὕδατα. Ἁρμόζει δὲ ὁ χυλὸς τῶν φύλλων, στυπτικὸς ὤν, πρὸς αἵματος ἀναγωγὰς καὶ δυσεντερίας, πόμα καὶ ἔγκλυσμα· ῥοῦν τε γυναικεῖον ἵστησιν ἐν προσθέτῳ· καὶ πρὸς τὰς ἐκ μυκτήρων αἱμοῤῥαγίας ἐμφρασσομένη ἡ πόα ἁρμόζει· ἔστι δὲ καὶ τραυματικὴ καὶ ἴσχαιμος. Θυμιαθεῖσα δὲ δριμύτατον ἔχει τὸν καπνόν, ὥστε καὶ ἑρπετὰ διώκειν καὶ μυίας ἀποκτείνειν.

Κεφ. δ΄. [Περὶ Πολυγόνου ἄῤῥενος.] Πολύγονον ἄῤῥεν, οἱ δὲ πολυγόνατον, οἱ δὲ κυνοχάλην, οἱ δὲ ἡράκλειαν, οἱ δὲ ἄσφαλτον, οἱ δὲ χιλιόφυλλον, οἱ δὲ κλῆμα, οἱ δὲ πολύκαρπον, οἱ δὲ καρκίνηθρον, οἱ δὲ τευθαλίδα[16], οἱ δὲ μυρτοπέταλον, οἱ δὲ κνωπόδιον, οἱ δὲ ζαριθέα, οἱ δὲ πηδάλιον, [Αἰγύπτιοι θεφὶν, οἱ δὲ Μεμφὶν, προφῆται γόνος Ἥρωος, οἱ δὲ ὄνυξ μυός, Ῥωμαῖοι σαγγουινάλις, οἱ δὲ προσερ-

16) Sic Ald.; πευθαλίδα Asulan.

qui lytron appellant, caules emittit cubitales, aut etiam altiores, tenues, fruticosos, a quorum geniculis folia prodeunt salignis similia, gustu astringentia. Flos est fulvus vel aureus. Nascitur in palustribus iuxtaque aquas. Foliorum succus, qua pollet astringendi vi, idoneus est ad sanguinis reiectiones et intestinorum difficultates, seu potui datus, seu clystere infusus: fluorem quoque muliebrem sistit, in pesso subditus. Sed et herba sanguinis e naribus profluvio subvenit, iisdem infarcta. Est et vulneraria, sanguinemque sistit. Acerrimum vero fumum suffita reddit, adeo ut et serpentes abigat et muscas enecet.

Cap. IV. [*De Polygono masculo.*] Polygonon masculum, quod et polygonaton et cynochalen, herculeam, asphalton, chiliophyllon, clema, polycarpon, carcinethron, teuthalida, myrtopetalon, cnopodium, zarithea, pedalion dicunt, [Aegyptiis dicitur thephin aut Memphin, prophetis genitura herois seu unguis muris, Romanis sanguinalis

πινακα[17], Ἀφροὶ χουλοὺμ]. Πόα ἐστὶ κλῶνας ἔχουσα λεπτοὺς, τρυφεροὺς, πολλοὺς, γόνασι περιειλημμένους, ἕρποντας ἐπὶ τῆς γῆς, ὥςπερ ἄγρωστις· φύλλα δὲ πηγάνου ὅμοια, ἐπιμηκέστερα[18] καὶ μαλακώτερα· ἔχει δὲ καρπὸν παρ' ἕκαστον φύλλον, ὅθεν καὶ ἄῤῥεν καλεῖται· ἄνθος δὲ λευκὸν ἢ φοινικοῦν. Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικὴν, ψυκτικήν· ὁ δὲ χυλὸς πινόμενος ἁρμόζει αἱμοπτοϊκοῖς καὶ τοῖς κατὰ κοιλίαν ῥεύμασι, χολερικοῖς τε καὶ στραγγουριῶσιν· ἄγει γὰρ οὖρα ἐναργῶς· βοηθεῖ καὶ θηριοδήκτοις μετ' οἴνου πινόμενος, καὶ πρὸς περιόδους πρὸ μιᾶς ὥρας τῆς ἐπισημασίας λαμβανόμενος· ἵστησι δὲ καὶ ῥοῦν γυναικεῖον προςτεθεὶς, καὶ πρὸς ὠταλγίας καὶ πυοῤῥοίας ἐνσταζόμενος ἁρμόζει· συνεψηθεὶς δὲ οἴνῳ καὶ μέλι προςλαβὼν[19], ἄκρως ποιεῖ πρὸς τὰ ἐν αἰδοίοις ἕλκη· καταπλάσσεται δὲ τὰ φύλλα πρὸς στομάχου ἔγκαυσιν καὶ αἵματος ἀναγωγὴν καὶ ἕρπητας, ἐρυσιπέλατά τε καὶ φλεγμονὰς, καὶ οἰδήματα καὶ τραύματα πρόςφατα.

Κεφ. ε'. [Περὶ Πολυγόνου θήλεως.] Πολύγονον θῆλυ

17) Sic Marc. e Plinio. Vulgo *σεμινάλις, οἱ δὲ στοπίνακα.*
18) Bene Sarac. ex Oribas. et Serap. correxit vulg. *ἐπιεικέστερα.*
19) Melius *μέλιτος προςληφθέντος.*

aut proserpinaca, Afris chulum.] Herba est, quae ramos habet exiles, teneros, numerosos, geniculis amplexatos, graminis instar humi serpentes: folia rutae, at longiora mollioraque: fructum habet secus singula folia, unde et masculum vocatur: flos ei candidus aut puniceus. Vim habet astringentem, refrigerantem: succus epotus prodest sanguinem exscreantibus, alvi fluxionibus, cholera et stranguria laborantibus: nam evidenter urinas ciet. Cum vino potus venenatorum morsibus auxiliatur, ac febrium circuitus finit, si hora una ante accessum assumatur. Sistit et subditus fluorem muliebrem, ac auribus dolentibus purulentisve apte instillatur. Cum vino autem decoctus, adiecto melle, facit eximie ad genitalium ulcera. Folia vero stomachi fervori, sanguinis reiectioni, herpetibus, erysipelatis, inflammationibus, oedematis et recentibus vulneribus imponuntur.

Cap. V. [*De Polygono feminâ.*] Polygonum femina

[Ῥωμαῖοι σεμινάλις[20]] θαμνίον ἐστὶ μονόκλωνον[21], τρυφερὸν, καλαμοειδὲς, γόνατα συνεχῆ ἔχον ἐγκείμενα ἀλλήλοις, ὥςπερ σάλπιγγες[22 a]· καὶ περὶ τοῖς γόνασιν ἐν κύκλῳ ἐξοχὰς, πίτυος φυλλαρίοις ἐοικυίας· ῥίζα ἀχρεία. Φύεται παρὰ τοῖς ὑδατώδεσι. Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικὴν, ψυκτικὴν, ποιοῦσαν τὰ αὐτὰ τῷ πρὸ αὐτοῦ, ὅτι μὴ ἀσθενέστερον.

Κεφ. ς'. [Περὶ Πολυγονάτου.] Πολυγόνατον φύεται ἐν ὄρεσι, θάμνος μείζων πήχεως· φύλλα ἔχων ὅμοια δάφνῃ, πλατύτερα δὲ καὶ λειότερα· γευσαμένῳ ὅμοιόν τι μήλῳ κυδωνίῳ ἢ ῥοιᾷ [μετὰ στύψεως] προςβάλλει· καθ' ἑκάστην δὲ ἔκφυσιν τῶν φύλλων ἄνθη λευκὰ, τῷ πλήθει ὑπερέχοντα τῶν φύλλων τοῦ ἀριθμοῦ ἀπὸ τῆς ῥίζης γινομένου· ῥίζαν δὲ λευκὴν, μαλακὴν, μακρὰν, πολυγόνατον, δασεῖαν, βαρύοσμον, πάχος ἔχουσαν δακτύλου, ποιοῦσαν πρὸς τραύματα, καταπλασσομένην· αἴρει δὲ καὶ σπίλους τοὺς ἐν προςώπῳ.

Κεφ. ή. [Περὶ Κληματίδος.] Κληματὶς, οἱ δὲ φιλε-

20) Marc. σαγγουινάλις.
21) Sic codd. et Serap.; πολύκλωνον Oribas.
22 a) Vulgo σάλπιγγος.

fruticulus est simplex, tener et arundini similis, geniculis crebris, quae tubarum ad instar sibi invicem incumbunt: et in ambitu geniculorum apices circinatim dispositi, velut foliola pinuum. Radix nullius est usus. Nascitur in aquosis. Vim habet astringentem, refrigerantem, ad eadem valentem, ad quae antedicta, nisi quod debilior est.

Cap. VI. [*De Polygonato.*] Polygonatum nascitur in montibus, frutex cubito altior: folia gerit lauro similia, sed latiora et leviora, sapore quodammodo cydonium malum aut punicum [cum quadam astrictione] redolentia. Flores autem per singulos foliorum exortus promit candidos, foliis ipsis numerosiores, incepta a radice supputatione. Radicem vero habet albam, mollem, longam, geniculis crebris instructam, hirsutam, graveolentem et digitum crassam. Haec vulneribus apte imponitur, maculas etiam in facie delet.

Cap. VII. [*De Clematide.*] Clematis, quam non-

ταίριον, οἱ δὲ δαφνοειδὲς, οἱ δὲ μυρσινοειδὲς, οἱ δὲ πολυγονοειδὲς καλοῦσι. Φύεται ἐπὶ γῆς ἐν εὐγείοις[22b.] κλήματα δὲ ἔχει μικρὰ[23], ὅσον σχοίνου[24] τὸ πάχος· πέταλον δὲ μικρὸν, δάφνῃ ἐμφερὲς τῷ τε σχήματι καὶ τῇ χρόᾳ, μικρότερον δὲ πολλῷ. Ταύτης τὰ φύλλα καὶ οἱ καυλοὶ σὺν οἴνῳ πινόμενα διαῤῥοίας καὶ δυσεντερίας παύει· μετὰ γάλακτος δὲ καὶ ῥοδίνου ἢ κυπρίνου ἐν πεσσῷ προςτιθέμενα ὑστέρας πόνους θεραπεύει· παύει δὲ καὶ ὀδόντων πόνους διαμασσωμένη· βοηθεῖ καὶ θηριοδήκτοις ἐπιτιθεμένη· ἱστορεῖται δὲ καὶ ἀσπιδοδήκτοις, μετ' ὄξους πινομένη, βοηθεῖν. Φύεται δὲ (καὶ) ἐν χέρσοις.

[Περὶ Κληματίδος ἑτέρας.] Ἑτέρα κληματὶς, οἱ δὲ ἐπιγῆτις, Αἰγύπτιοι φυλάκουον, Ῥωμαῖοι ἀμβουξοὺ, κλῆμα ἀνίησιν ὑπέρυθρον, λυγῶδες, φύλλον δριμὺ λίαν γευσαμένῳ καὶ ἑλκωτικόν· περιελίττεται δὲ τοῖς δένδρεσιν, ὡς σμίλαξ. Ταύτης ὁ καρπὸς λεῖος, μεθ' ὕδατος ἢ ὑδρομέλιτος ποθεὶς,

22b) Oribas. non habet ἐπὶ γῆς: cod. C. solum hoc, nec ἐν εὐγ. Ald. ἐπὶ τῆς ἐν εὐγ., Marc., Asulan. et sequ. ἐπὶ γῆς ἐν εὐγ.

23) Sic codd. et interpretes prisci. *Μακρὰ* coniecit Cornar.

24) Ald. σχίνου, cod. C. ὡς ὁλοσχοίνου.

nulli philetaerion, alii daphnoides, myrsinoides alii, aut polygonoides appellant. Terrae innascitur solo laeto. Viticulas habet parvas, iunci fere crassitie. Folium parvum, laurino a forma et colore proximum, sed multo minus. Huius folia et caules, dum in vino bibuntur, alvi profluvia et intestinorum difficultates sedant. Cum lacte vero et rosaceo aut cyprino subdita in pesso uteri dolores curant. Dolores dentium commanducata mitigat, imposita quoque venenatorum morsibus iuvamentum praestat. Traditur etiam ex aceto pota contra aspidum morsus auxiliari. Nascitur (et) in incultis.

[*De Clematide altera.*] Altera clematis, nonnullis epigetis, Aegyptiis phylacuum, Romanis ambuxum dicta, surculum emittit subrubentem, vitigineum, folium gustanti perquam acre, ut etiam exulceret. Arboribus smilacis in modum advolvitur. Huius semen tritum ex aqua aut hydromelite potum, per inferna pituitam bilemque educit.

ἄγει κάτω φλέγμα καὶ χολήν· τὰ δὲ φύλλα καταπλασθέντα λέπρας ἀφίστησι· ταριχεύεται δὲ μετὰ τοῦ λεπιδίου εἰς βρῶσιν.]

Κεφ. η'. [Περὶ Πολεμωνίου.] Πολεμώνιον, οἱ δὲ φιλεταίριον, Καππάδοκες μὲν χιλιοδύναμιν[25] καλοῦσι, κλωνία ἔχει λεπτὰ τεταρσωμένα, φύλλα δὲ ὀλίγῳ μείζονα πηγάνου [ἐπιμηκέστερα δὲ πρὸς τὰ τοῦ πολυγόνου ἢ τῆς καλαμίνθης·][26] ἐπ' ἄκρου δὲ αὐτῶν ὥςπερ κόρυμβοι, ἐν οἷς σπέρμα μέλαν· ῥίζα πηχυαία[27], ὑπόλευκος, ἐμφερὴς στρουθίῳ· φύεται ἐν ὀρεινοῖς καὶ τραχέσι τόποις. Ταύτης ἡ ῥίζα πίνεται ἐν οἴνῳ πρὸς θηρία καὶ δυςεντερίαν, δυςουρίαν τε καὶ ἰσχιάδα μεθ' ὕδατος, σπληνικοὺς δὲ μετ' ὄξους ὅσον < α' ὁλκήν· καὶ περιάπτεται ἡ τούτου ῥίζα πρὸς σκορπίου πληγήν· φασὶ δὲ μὴ τύπτεσθαι[28] τοὺς ἔχοντας αὐτήν, ἢ κἂν πληγῶσι, μηδὲν πάσχειν· παύει δὲ καὶ ὀδονταλγίας διαμασσωμένη.

25) Sic e Plin. 25, 28. Marcell. et Cornar., Goupyl. etiam et Saracen.; χειμοδύναμιν Ald. et Asulan., χελιδώνιαν se legisse testatur Marcellus.

26) Uncinis inclusa, cum neque in Plinio, neque in Cratevae fragmentis legantur, reiiciunt Anguillara p. 249. et Dodon. p. 172. Oribasius tamen habet.

27) Plin. legit παχεῖα, sed codd. et Oribas. nostram tuentur lectionem.

28) Sambuc. coniecit πλήττεσθαι.

Folia emplastri modo imposita lepras abigunt. Ceterum cum lepidio condiuntur ad cibos.]

Cap. VIII. [*De Polemonio.*] Polemonium, quod alii philetaerion, Cappadoces chiliodynamin appellant, ramulis est exilibus pansisque, foliis paullo quam rutae maioribus, [sed longioribus, ad polygoni aut calaminthae similitudinem,] quibus summis velut corymbi insunt, in quibus semen nigrum. Radix est cubitalis, albicans, struthio similis. Nascitur in montosis asperisque locis. Huius radix bibitur ex vino contra venenatas bestias ac dysenteriam, et ex aqua adversus urinae difficultatem et ischiadem. Datur autem ex aceto drachmae pondere lienosis. Eadem contra scorpionis ictum amuleti instar adalligatur. Tradunt porro, qui eam gustaverint, haud feriri, aut, si icti fuerint, nihil mali passuros. Dentium quoque dolores commanducata mitigat.

Κεφ. θ'. [*Περὶ Συμφύτου πετραίου.*] *Σύμφυτον πετραῖον φύεται ἐν πέτραις· κλωνία δὲ ἔχει ὅμοια ὀριγάνῳ, λεπτὰ φύλλα*[29]*, κεφάλια ὡς θύμου· τὸ δὲ ὅλον ἐστὶ ξυλῶδες καὶ εὐῶδες, γλυκύ τε πρὸς τῇ γεύσει, καὶ πτυέλου προκλητικόν· ῥίζαν δὲ ἔχει μακρὰν, ὑπόπυῤῥον*[30]*, ὅσον δακτύλου πάχος. Τοῦτο ἑψηθὲν σὺν μελικράτῳ καὶ ποθὲν ἀνακαθαίρει τὰ ἐκ πνεύμονος· καὶ τοῖς αἷμα ἀνάγουσι καὶ νεφριτικοῖς σὺν ὕδατι δίδοται· σὺν οἴνῳ δὲ ἑψηθὲν πίνεται πρὸς δυςεντερίαν καὶ ῥοῦν γυναικεῖον*[31] *ἐρυθρόν· σὺν ὀξυμέλιτι δὲ πρὸς σπάσματα καὶ ῥήγματα· καὶ ἄδιψον δέ ἐστι διαμασσώμενον· ἁρμόζει καὶ ταῖς βρόγχου τραχύτησι· κολλᾷ καὶ νεότρωτα, καὶ ἐντεροκήλας ἀποκρατεῖ καταπλασσόμενον· καὶ τὰ κρέα δὲ συμπήττει*[32] *ἑψόμενον σὺν αὐτοῖς.*

Κεφ. ι'. [*Περὶ Συμφύτου ἄλλου.*] *Σύμφυτον ἄλλο, οἱ δὲ πηκτὴν*[33]*, Ῥωμαῖοι σολδάγινεμ, καυλὸν ἀνίησι*[34] *δι-*

29) *φύλλα* deest in Oribas. et Ald. Primus apposuit Asulan., Cornar. iterum omisit. Anguill. p. 249. sic distinguit: *κλωνία λεπτὰ, φύλλα δέ καὶ κεφάλια ὡς θύμου.*

30) Sic Oribas. et Ald.; *ὑποπόρφυρον* Asulan., Marcell. etc.

31) In Ald. deest *γυναικεῖον.*

32) Sic Sarac. emendavit vulg. *συμπέττει:* ut et sequens *ἑψόμενον* loco vulg. *ἑψόμενα.*

33) Sic cod. C. et N.; Ald. et sequ. *πηκτόν.* Cod. C. hic habet sequentia, quae haud scio an huc pertineant: *οἱ δὲ ἀναξελῖτις, ἀναζηλῖτις, οἱ δὲ ξυλοφόρον, οἱ δὲ ἑλένιον, οἱ δὲ αἱμοσάλις, Ῥωμαῖοι κονφέρβα, οἱ δὲ ἀνουγαλλικοῦ, Ἀφροὶ ἀργαλλικοῦ.*

34) Cod. C. interponit *δασύν.*

Cap. IX. [*De Symphyto petraeo.*] Symphytum petraeum in petris nascitur: ramulis origano similibus, foliis tenuibus, et capitulis ceu thymi. Totum vero lignosum et odoratum gustuque dulce est, salivam etiam ciet. Radice nititur longa, subfulva, digitali fere crassitie. Decoctum in aqua mulsa et potum, quae pulmonibus inhaerent, expurgat: sanguinem reiicientibus ac nephriticis cum aqua exhibetur. In vino decoctum bibitur adversus intestinorum difficultatem et fluorem rubrum muliebrem: cum aceto mulso vero ad convulsa ac rupta. Quin et commanducatum sitim sedat: faucium aspritudinibus subvenit. Glutinat recentia vulnera illitum, ac enterocelas cohibet. Denique carnes conglutinat, si cum iis coquatur.

Cap. X. [*De Symphyto alio.*] Symphytum aliud, quod et pecten dicunt, Romani vero solidaginem (conso-

πηχυαῖον ἢ καὶ μείζονα, κοῦφον, παχὺν[35], γωνιοειδῆ, κενὸν[36] ὡςπερεὶ σόγχου, περὶ ὃν οὐκ ἐκ μεγάλων διαστημάτων φύλλα δασέα, στενὰ[37], ὑπομήκη, πρὸς τὰ τοῦ βουγλώσσου· ἐξοχὰς δὲ ἔχει ὁ καυλὸς παρὰ τὰς γωνίας τινὰς τεταμένας, φύλλων λεπτῶν προςτύπων[38]· ἀφ᾽ ἑκάστης μασχάλης ἔχει τὰ ἄνθη λευκὰ ἢ μήλινα[39], καὶ καρπὸν περὶ τὸν καυλὸν[40], ὡς φλόμου. Ὅλος δὲ ὁ καυλὸς καὶ τὰ φύλλα[41] ἔχει χνοῦν ὑπότραχυν, κατὰ τὴν προςαφὴν κνησμὸν ἐμποιοῦντα· ῥίζαι δὲ ὕπεισι τὴν μὲν ἐπιφάνειαν μέλαιναι, ἔνδοθεν δὲ λευκαὶ καὶ γλίσχραι· ὧν καὶ ἡ χρῆσις. Ποιοῦσι δὲ λεῖαι πινόμεναι αἱμοπτοϊκοῖς καὶ ῥηγματίαις[42], καὶ τὰ νεότρωτα κολλῶσι καταπλασσόμεναι· καὶ τὰ κρέα δὲ συνεψόμεναι συνάγουσι· καταπλάττονται δὲ πρὸς φλεγμονάς, μάλιστα τὰς ἐν δακτυλίῳ ὠφελίμως μετὰ φύλλων ἠριγέροντος.

35) Oribas. et cod. C. utroque carent.
36) Cod. C. ὑπόκαινον (ὑπόκενον).
37) Cod. N. ὑπόστενα. 38) Cod. C. πρὸς τύπον.
39) Post μασχάλης ponunt cod. N. et Ald. ἐν οἷς. Loco ἔχει, quod cod. N. et Ald. exhibent, ἔπεστι est apud Asulan. et sequ.; λευκά habent codd. C. N., omittunt editt. Post μήλινα Ald. habet ἐμφερῆ πρὸς τὰ τοῦ πηγάνου, quod nec in codd., nec in Oribas. est.
40) Περὶ τὸν καυλόν legitur in Oribas. et codd., deest in Ald.
41) Cod. C. interponit ἐνίοτε et χνοῦν ὑπόλευκον.
42) Cod. C. N. ῥήγμασιν.

lidam), caulem emittit bicubitalem aut altiorem, levem, crassum, angulatum, inanem sicut sonchi, circa quem haud ita magnis intervallis folia nascuntur hirsuta angusta, oblonga, buglosso similia. Prominentias autem caulis habet quasdam ad angulos porrectas foliorum tenuium adnatorum. E quavis axilla promit flores albidos aut flavidos et fructum circa caulem, sicut verbascum. Totus autem caulis ac folia lanuginem habent subasperam, quae tactu pruritum excitat. Radices subsunt foris nigrae, intus vero albae, glutinosae: quarum etiam est usus. Tritae et potae sanguinem eiicientibus ruptisque proficiunt, et recentia vulnera impositae glutinant: carnium quoque frusta, quibuscum coquantur, cogunt ut coalescant. Illinuntur denique inflammationibus, maxime iis, quae anum afficiunt, utiliter cum foliis senecionis.

Κεφ. ιά. [Περὶ Ὁλοστέου.] Ὁλόστεον[43] πόα ἐστὶ μικρὰ, ὑπὲρ γῆς ὡς τριῶν δακτύλων ἢ τεσσάρων· φύλλα δὲ ἔχει καὶ κλήματα κορωνόποδι παραπλήσια ἢ ἀγρώστει, στυπτικά· ῥίζαν δὲ σφόδρα λεπτὴν, ὡς τρίχα τῷ εἴδει[44], λευκὴν[45], μῆκος δακτύλων τεσσάρων· φύεται ἐν γεωλόφοις. Δύναται δὲ καὶ αὐτὴ κρέα συνάγειν συνεψομένη, καὶ πρὸς ῥήγματα σὺν οἴνῳ ποτίζεται.

Κεφ. ιβ'. [Περὶ Στοιβῆς.] Στοιβὴ, οἱ δὲ στόβιον[46], Ῥωμαῖοι στίπαμ· γνώριμος[47]· ἧς ὁ καρπὸς καὶ τὰ φύλλα στύφει· ὅθεν καὶ δυςεντεριῶσι τὸ ἀφέψημα αὐτῶν ἐνίεται[48]· ἐγκλύζεται δὲ καὶ εἰς ὦτα πυοῤῥοοῦντα· καταπλασθέντα δὲ τὰ φύλλα ὠφελεῖ σύγχυσιν ὀφθαλμῶν, τὴν ἐκ πληγῆς, καὶ αἱμοῤῥαγίαν ἴσχει.

Κεφ. ιγ'. [Περὶ Κλυμένου.] Κλύμενον [οἱ δὲ καλυκάνθεμον, οἱ δὲ περικλύμενον, οἱ δὲ ἡλιοφυὲς, οἱ δὲ ἡπα-

43) E Plin. 27, 65. et Galen. fac. simpl. 8. p. 88. sic scribendum, quasi per ἀντίφρασιν sit ὅλον ὀστέον. Vulgo Ὀλέστιον. Oribas. Ὀρεστία.

44) Manifesto hoc τῷ εἴδει ad τρίχα pertinet, quod vulgo ad λευκήν ponitur, ubi haud congruum est.

45) Oribas. add. οἰνώδη, cuius loco Lacuna legit ἰνώδη.

46) Sic cod. C.; vulgo τόβιον.

47) Sic Ald.; deest autem in codd. C. N. et P.

48) Sic Ald.; δυςεντεριῶντας ἰᾶται C.

Cap. XI. [*De Holosteo.*] Holosteum herba est pusilla, tribus fere quatuorve digitis super terram semet attollens: folia habet ramulosque coronopodi aut gramini proximis, gustu astringentibus; radicem praetenuem, ad capilli speciem, albam, digitos quatuor longam. Nascitur in collibus terrenis. Potest et haec carnes cogere, dum cum iis coquitur, et ad rupta in vino propinatur.

Cap. XII. [*De Stoebe.*] Stoebe, quam alii stobion, Romani stipam appellant, vulgaris est notitiae. Semen et folia astringunt, quapropter eorum decoctum dysentericis infunditur: auribus quoque pus stillantibus immittitur. Folia vero imposita oculis ictu cruentatis prosunt, et erumpentis sanguinis impetus cohibent.

Cap. XIII. [*De Clymeno.*] Clymenon, [quod alii calycanthemon, alii periclymenon, alii heliophyes aut

τῖτις, οἱ δὲ σμίλαξ, οἱ δὲ ἀνατολικὸν, οἱ δὲ δυτικὸν, οἱ δὲ μεργίνη, Ῥωμαῖοι οὐόλουκρουμ, οἱ δὲ οὐόλουκρουμ μαίους, Αἰγύπτιοι ὀξιουὶ, οἱ δὲ κλυμένιον, ὃ καὶ ἄγονον καλοῦσι·] καυλὸν ἀνίησι τετράγωνον, ὅμοιον τῷ τοῦ κυάμου[49]· φύλλα πρὸς τὰ τοῦ ἀρνογλώσσου· θυσάνια δὲ ἔχει ἐπὶ τοῦ καυλοῦ[50] εἰς ἄλληλα νεύοντα[51] [ἐοικότα ἴριδι,] καὶ πολύποδος πλεκτάναις[52]· ἄριστον δὲ τὸ ὀρεινόν. Χυλίζεται δὲ ὅλον σὺν τῇ ῥίζῃ· ποιεῖ δὲ ὁ χυλὸς πρὸς αἵματος ἀναγωγὴν πινόμενος, καὶ κοιλιακοὺς, καὶ ῥοῦν ἐρυθρὸν, στύφων καὶ ψύχων· ἐπέχει δὲ καὶ τὰς ἐκ μυκτήρων αἱμοῤῥαγίας· τὰ δὲ φύλλα λεῖα[53] τοῖς νεοτρώτοις ἐπιτιθέμενα μέχρι τῆς ἐπουλώσεως ἐνεργεῖ.

Κεφ. ιδ΄. [Περὶ Περικλυμένου.] Περικλύμενον, οἱ δὲ αἰγίνη, οἱ δὲ κλύμενον, οἱ δὲ κάρπαθον, οἱ δὲ σπλήνιον, οἱ

49) C. ἀνίησι καὶ φύλλα πρὸς τὰ τοῦ περικλυμένου, κισσοειδῆ.

50) C. add. ἐν οἷς τὸ ἄνθος λευκόν.

51) C. N. add. καὶ περιπλεκόμενα.

52) Cum de cirris sermo sit, nec fructus huius plantae θυλάκια, sed λοβοί nominentur, valde corruptum esse locum censeo, etiamsi et Oribas. et Ald. congruant. In cod. C. tamen deest ἐοικ. — πλεκτάναις. Temeritatis arguar, si ita legerim: θυσάνια δὲ ἔχει — ἐοικότα ὄστλιγξι?

53) Ald. ἢ τὰ θυλάκια, quod deest in codd. Vindob.

hepatitin, smilacem etiam, anatolicum, dyticon et merginem, Romani volucrum aut volucrum maius, Aegyptii oxivi, nonnulli denique clymenium et agonon quoque appellant,] caulem profert quadrangulum, ceu fabae, folia plantagini similia: fimbrias vero habet circa caulem versus se invicem pendulas, circinorum ad instar aut cirrorum, quibus polypi gaudent. Probatissimum est montanum. Ex herba tota cum radice succus exprimitur, qui ad sanguinis reiectionem in potu efficax est, itemque ad coeliacorum profluvia, rubentemque fluorem muliebrem, quippe qui astringit simul ac refrigerat. Sanguinem quoque naribus erumpentem supprimit. Folia trita vulneribus recentibus imposita ea ita efficaciter sanant, ut etiam ad cicatricem perducant.

Cap. XIV. [*De Periclymeno.*] Periclymenon, quod alii aeginen, alii clymenon aut carpathon, splenion quo-

δὲ ἡπατῖτις, οἱ δὲ ἑλξίνη μείζων, οἱ δὲ κληματῖτις, οἱ δὲ μυρσίνη, οἱ δὲ καλυκάνθεμον [προφῆται πόλιον Ἀφροδίτης, Αἰγύπτιοι τοῦρκον, Ῥωμαῖοι οὐόλουκρουμ μαίους, Ἀφροὶ λανάθ.] Θαμνίσκος ἐστὶν ἁπλοῦς[54]*, ἔχων ἐκ διαστημάτων φυλλάρια περιειληφότα αὐτὸν, ὑπόλευκα, κισσοειδῆ· καὶ παρὰ τὰ φύλλα ἐκβλαστήσεις, ἐφ' ὧν ἄνθος λευκὸν, κυάμῳ*[55] *ἐμφερὲς, οἱονεὶ ἐπικείμενον τῷ φύλλῳ, καὶ ὁ καρπὸς κισσῷ παραπλήσιος, ὑποστρόγγυλος, σκληρὸς καὶ δυςαπόστατος*[56]*· ῥίζαν ἔχει παχεῖαν*[57]*, περιφερῆ. Φύεται ἐν ἀρούραις καὶ φραγμοῖς· περιελίττεται δὲ τοῖς πλησιάζουσι θάμνοις. Τούτου ὁ καρπὸς, πέπειρος συλλεγεὶς καὶ ξηρανθεὶς ἐν σκιᾷ, πίνεται μετ' οἴνου < α' ὁλκὴν ἐπὶ ἡμέρας μ' · καὶ σπλῆνα τήκει καὶ κόπον λύει, καὶ ὀρθόπνοιαν ὠφελεῖ καὶ λυγμόν· οὖρα ἄγει ἀπὸ τῆς ἕκτης ἡμέρας αἱματώδη· ἔστι δὲ καὶ ὠκυτόκιον· τὴν αὐτὴν δὲ καὶ τὰ φύλλα ἔχει δύναμιν, ἡμέρας*

54) Oribas. *καυλὸν ἔχων τετράγωνον καὶ φυλλ.*

55) C. *κρίνῳ.*

56) Mutavi ordinem, cum vulgo fructus bis fiat mentio, ante florem nimirum et post eum. De flore tacet Oribas.

57) Cratevas (apud Anguillar. p. 252.) et Oribas. habent *καὶ μακράν.*

que et hepatitidem, helxinem dein maiorem et clematitidem, myrsinem et calycanthemon, [Prophetae polion Veneris, Aegyptii turcon, Romani volucrum maius, Afri denique lanath vocant.] Fruticulus est simplex, ex intervallis gerens foliola amplexicaulia, albida, hederacea, interque ea nascentia germina, in quorum summitate flos albidus, fabam referens folioque fere incumbens, fructus hederae similis, subrotundus, durus, et qui difficile separatur. Radicem habet crassam, teretem. Nascitur in arvis sepibusque: circumvolvitur vero fruticibus propinquis. Huius fructus maturus collectus et in umbra siccatus, si drachmae pondere e vino per XL dies bibatur, tum lienem liquat, tum lassitudinem discutit, tum orthopnoeae ac singultui prodest. Urinas ciet a sexto die cruentas. Idem partum quoque accelerat. Sed et folia iisdem praedita sunt viribus, dum per triginta septem dies bibuntur, quae et impotentes reddere viros dicuntur. Eadem cum

λζ΄ ποθέντα, καὶ ἀγόνους ἱστορεῖται ποιεῖν· ἀλειφόμενα δὲ μετ᾽ ἐλαίου ἐπὶ τῶν περιοδικῶν, τὰ φρικία παραιτεῖται.

Κεφ. ιε΄. [*Περὶ Τριβόλου.*] Τριβόλου δισσὸν μὲν εἶδος[58]. Ὁ χερσαῖος ἀνδράχνῃ[59] τὰ φύλλα ἔοικε, λεπτότερα δέ· καὶ τὰ κλήματα μακρὰ, κατὰ γῆς ἐστρωμένα, καὶ πρὸς αὐτοῖς ἄκανθαι στρυφναὶ, σκληραί. Φύεται δὲ παρὰ ποταμοῖς[60] καὶ οἰκοπέδοις. Ἔστι δέ τις καὶ ἔνυδρος [οἱ δὲ βουκέφαλος, οἱ δὲ ταυρόκερως, Ῥωμαῖοι τρίβολουμ ἀκουάτικουμ[61],] ἐν[62] ποταμοῖς φυόμενος, ὑπερέχων τὴν κόμην, τὴν δὲ ἄκανθαν κρύπτων· φύλλα πλατέα, μόσχον ἔχοντα μακρόν· καυλὸς δὲ ἐξ ἄκρου παχὺς, μᾶλλον τοῦ ἐν βάθει[63]· πρόςεστι δὲ καὶ τριχώδη τινὰ ἀποπεφυκότα σταχυοειδῆ· καρπὸς σκληρὸς, ὡς καὶ ὁ θατέρου. Ἀμφότεροι δὲ στύφουσι, ψύχουσιν· εἰσὶ δὲ πάσης φλεγμονῆς καταπλάσματα· σὺν μέλιτι δὲ ἄφθας καὶ παρίσθμια καὶ τὰς ἐν στόματι σηπεδόνας καὶ

58) Sic Serap.; et cod. C. *Τρίβολος ὁ μὲν χερσαῖος.*

59) Mallem *ἀράχῳ*, aut *ἀφάκῃ*, aut cum Theophr. *ἐρεβίνθῳ* legere: sed nefas sit, novare sine codicum fide.

60) Iterum cogor interpretum codicumque consensu ita legere, licet *ἐν πεδινοῖς* multo melius esset.

61) Sic manifesto cod. N.; *ἀκράτικουμ* vulgo.

62) Sic optime cod. C., Oribas. et Serap.; *παρὰ* vulgo.

63) C. addit *ὡς λωτοῦ.*

oleo peruncta horrores febrium circuitibus redeuntium mitigant.

Cap. XV. [*De Tribulo.*] Tribuli duplex est genus. Terrestris folia habet portulacae similia, sed tenuiora, et ramulos longos, humi stratos, ad quos spinae acerbae duraeque. Nascitur iuxta fluvios et domorum areas. Est et alter aquatilis [quem et bucephalum et taurocero vocant] in fluviis proveniens, qui quidem comam supra aquas attollit, aculeos vero condit. Folia lata sunt, petiolis longis. Caulis superne quam inferne crassior. Adsunt et ei adnata quaedam capillamenta spicaeformia. Fructus vero durus est, ut et alterius iam memorati. Ambo astringunt et refrigerant. Imponuntur omni inflammationi, cum melle autem aphthas, tonsillas (ulceratas) et putredines in ore ac gingivarum vitia curant. Succus etiam

οὖλα θεραπεύουσι· χυλίζονται δὲ καὶ εἰς τὰ ὀφθαλμικά· ὁ δὲ καρπὸς αὐτῶν χλωρὸς λιθιῶντας πινόμενος ὠφελεῖ. Τοῦ δὲ χερσαίου ὅσον < α΄ πινόμενος καὶ καταπλασσόμενος[64] (καρπὸς) τοὺς ἐχιοδήκτους ἀποκαθίστησιν· ἁρμόζει καὶ θανασίμοις μετ' οἴνου πινόμενος· κτείνει δὲ καὶ ψύλλας τὸ ἀπόζεμα αὐτοῦ ῥανθέν. Οἱ δὲ περὶ τὸν Στρυμόνα ποταμὸν Θρᾶκες τὴν μὲν πόαν χλωρὰν ἱπποτροφοῦσι, τὸν δὲ καρπὸν, γλυκὺν ὄντα καὶ τρόφιμον, σιτοποιοῦνται, χρώμενοι αὐτῷ ἀντὶ ἄρτου.

[*Περὶ Σαξιφράγου.* Σαξίφραγον, οἱ δὲ σαξίφραγγον, οἱ δὲ ἔμπετρον, οἱ δὲ καὶ τοῦτο σκολοπένδριον ἢ βροῦχον καλοῦσι[65], Ῥωμαῖοι σαξίφραγαμ, οἱ δὲ σανάριαμ. Θαμνίον[66] ἐστὶ φρυγανῶδες, ἐν πέτραις καὶ τραχέσι τόποις φυόμενον, ἐπιθύμῳ[67] ἐμφερές. Δύναμιν δὲ ἔχει ἡ πόα σὺν οἴνῳ ἑψηθεῖσα ἀπυρέτοις, πυρέσσουσι δὲ ἐν ὕδατι θερμῷ διδομένη στραγγουρίᾳ βοηθεῖν καὶ λυγμῷ, λίθους τε τοὺς ἐν κύστει θρύπτειν, καὶ οὖρα ἄγειν[68].]

64) Vulgo πινομένη καὶ καταπλασσομένη.
65) Duo postrema synonyma solus habet cod. C. Ceterum, quod ex Ald. repetunt editiones, σαρξίφραγον, est graeculi librarii error; cod. enim N. veram scripturam habet.
66) Sic cod. C. Cf. Salmas. Plin. exerc. p. 914.
67) Sic cod. N. et Marc. Verg.; θύμῳ Matth., γλήχωνι Paull. Aegin.
68) Hic textus compositus e codd. C. et N. Ille ad finem addit εὐθετῶς ἁρμόζει.

ad ocularia medicamenta exprimitur. Fructus recens bibitus calculosos iuvat. Terrestris privatim (fructus) drachmae pondere potus aut impositus a vipera morsos restituit: idoneus etiam contra letalia venena cum vino bibitus. Quin et pulices decoctum eius sparsum necat. Thraces denique, qui ad Strymona amnem habitant, virente herba equos pascunt, fructum vero dulcem alendoque idoneum ad panificia accommodant, eoque panis loco utuntur.

[*De Saxifrago.* Saxifragum, quod nonnulli saxifrangum dicunt, aut empetrum, alii et hoc scolopendrium vocant vel bruchum, Romani saxifragam aut sanariam. Fruticulus est surculosus, in rupibus asperisque locis nascens, epithymo similis. Vim habet herba auxiliatricem in stranguria et singultu, cum vino cocta, dum febris expertes sunt, cum aqua calida data, dum febriunt: calculos etiam in vesica comminuit, et urinas pellit.]

Κεφ. ις΄. [Περὶ Λειμωνίου.] Λειμώνιον[69] [οἱ δὲ νευροειδὲς, οἱ δὲ λογχῖτις, οἱ δὲ νάπειον ὀνίννου[70], Μυσοὶ[71] μενδρουτὰ, Σύροι μεούδα, οἱ δὲ λυκοσέμφυλλον, οἱ δὲ ἐλλεβοροσήματα, οἱ δὲ σκύλλιον, προφῆται λύκου καρδία, Ῥωμαῖοι οὐεράτρουμ[72] νίγρουμ, οἱ δὲ τιντιννάβουλουμ[73] τέῤῥαι, Γάλλοι ἰουμβαροὺμ, Δακοὶ δάκινα.] Τὰ μὲν φύλλα ἔχει ὅμοια σεύτλῳ, λεπτότερα δὲ καὶ μακρότερα[74] καὶ πλείω[75]· καυλὸν λεπτὸν, ὄρθιον, ἴσον ὥςπερ κρίνου, γέμοντα καρποῦ ἐρυθροῦ, στύφοντος τὴν γεῦσιν. Δύναται δὲ ὁ καρπὸς λεῖος, σὺν οἴνῳ ποθεὶς, ὀξυβάφου πλῆθος δυςεντερικοὺς καὶ κοιλιακοὺς ὠφελεῖν· ῥοῦν τε γυναικεῖον ἐρυθρὸν ἐφιστάνειν· φύεται δὲ ἐν λειμῶσι καὶ ἑλώδεσι τόποις.

Κεφ. ιζ΄. [Περὶ Λαγώποδος.] Λαγώπους, οἱ δὲ λαγωοῦ κύμινον, γνώριμός ἐστι· δύναμιν δὲ ἔχει σταλτικὴν κοιλίας, πινόμενος μετ᾽ οἴνου, ἐπὶ δὲ τῶν πυρεσσόντων μεθ᾽

69) Ald. add. ἠδὲ ποταμογείτων.

70) Ald. ῥαπιονονίου, cod. N. ναπιονίου.

71) Marcell. *Marsi* interpretatur.

72) N. οὐηράτουμ. Ald. ὀνιάρτουμ.

73) Sic cod. N.; τιντιννάβουμ vulgo.

74) Sic cod. C., Oribas. et editt. omnes, praeter Marcell. interpr. et Sarac., qui μικρότερα.

75) Sic cod. C. et Oribas.; Ald. et editt. sequ. interponunt δέκα ἢ πλ.

Cap. XVI. [*De Limonio.*] Limonium [aliis nevroides dictum, aliis lonchitis aut sinapi aselli, Mysis mendruta, Syris meuda, aliis lycosemphyllon, aut helleborosemata, aut scyllion, prophetis lupi cor, Romanis veratrum nigrum aut tintinnabulum terrae, Gallis iumbarum, Dacis dacina]. Folia habet betae similia, sed tenuiora et longiora et numerosiora; caulem tenuem, rectum, liliaceo aequalem, rubro semine refertum, quod gustu astringit. Fructus tritus et ex vino acetabuli mensura potus dysentericis et coeliacis prodest, ac rubentem feminarum fluxum cohibet. Nascitur in pratis et paludosis locis.

Cap. XVII. [*De Lagopode.*] Lagopus, quem et leporis cuminum appellant, vulgaris est notitiae. Sistit alvum e vino pota, aut ex aqua, si febre laborant. Eadem

ὕδατος· περιάπτεται δὲ καὶ πρὸς φλεγμονὴν βουβώνων· φύεται δὲ ἐν πρασιαῖς.

Κεφ. ιη΄. [Περὶ Μηδίου.] Μήδιον [οἱ δὲ μηδικὴ, οἱ δὲ τρίφυλλον, οἱ δὲ κλημάτιον, οἱ δὲ ὀσμὸς, οἱ δὲ τρίγωνος, οἱ δὲ κυβέλλιον, οἱ δὲ πολύφυλλον, Ῥωμαῖοι τριφόλιουμ ὀδοράτουμ, Αἰγύπτιοι ἐπάφου] φύεται ἐν παλισκίοις τόποις καὶ πετρώδεσιν, ἔχει φύλλα ὅμοια σέριδι[76]*· καυλὸς τρίπηχυς, ἄνθη πορφυροειδῆ, μεγάλα καὶ περιφερῆ· καρπὸς μικρὸς, ἐοικὼς κνίκῳ· ῥίζα σπιθαμιαία, βακτηρίας ἔχουσα πάχος, στρυφνὴ γευομένῳ· ἥτις ξηρὰ λεία ἐκλειχομένη σὺν μέλιτι ἑφθὴ ἐφ᾽ ἱκανὰς ἡμέρας, ῥοῦν τὸν ἐρυθρὸν ἵστησι· τὸ δὲ σπέρμα σὺν οἴνῳ ποθὲν ἄγει ἔμμηνα.*

Κεφ. ιθ΄. [Περὶ Ἐπιμηδίου.] Ἐπιμήδιον, [οἱ δὲ ἐρινεὸς, οἱ δὲ θρυὰς[77]*, οἱ δὲ πολύῤῥιζον, Ῥωμαῖοι οὐινδίκτα] καυλός ἐστιν οὐ μέγας, κισσῷ παραπλήσια ἔχων φύλλα, ὅσον ι΄ ἢ ιβ΄· οὔτε δὲ καρπὸν, οὔτε ἄνθος φέρει· ῥίζαι δὲ λεπταὶ, μέλαιναι, βαρύοσμοι, γευσαμένῳ μωραί· φύεται ἐν*

76) Sic ex Oribas. corrigunt et Matthiol. et Sarac.; vulgo *ἴριδι*.
77) Sic. Marcell. et cod. C.; *θριάς* vulgo.

ad inguinum inflammationem adalligatur. Nascitur autem in segetum areis.

Cap. XVIII. [*De Medio.*] Medium [quod aliqui medicam appellant, nonnulli trifolium aut clemation, osmon, trigonon, cybellion aut polyphyllon, Romani trifolium odoratum, Aegyptii epaphu]. Nascitur in umbrosis locis et rupestribus. Folia habet seridi similia, caulem tricubitalem, flores purpurascentes, grandes atque rotundos; semen minutum, cnico simile, radicem dodrantalem, baculi crassitudine, gustu acerbo. Haec arida trita decoctaque, cum melle per aliquot dies in linctu sumta, rubentem fluorem sistit. Semen vero in vino potum menstrua pellit.

Cap. XIX. [*De Epimedio.*] Epimedium [quod vel caprificum, vel thryada, vel etiam polyrrhizon, Romani autem vindictam vocant], caulis est non magnus, hederae foliis denis aut duodenis, neque fructum neque florem proferens, radicibus tenuibus, nigris, graveolentibus,

τόποις ὑδρηλοῖς. Ταύτης τὰ φύλλα λεῖα μετ' ἐλαίου κατάπλασμα μαστῶν εἰς τὸ μὴ αὔξεσθαι· ἀτόκιός τε ἡ ῥίζα, καὶ τὰ φύλλα λεῖα ἐν οἴνῳ μετὰ τὴν κάθαρσιν < *ε' πλῆθος ἐπὶ ἡμέρας ε' ἀσυλλήπτους τηρεῖ.*

Κεφ. κ'. [Περὶ Ξιφίου.] Ξιφίον, οἱ δὲ φάσγανον, οἱ δὲ μαχαιρώνιον, οἱ δὲ ἀνακτόριον, οἱ δὲ ἄριον καλοῦσι, Ῥωμαῖοι γλαδίολουμ, οἱ δὲ σεγετάλεμ[77b]*. Διὰ τὸ τοῦ φύλλου σχῆμα ὠνόμασται ξιφίον*[78]*· ἔοικε γὰρ ἴριδι, ἔλαττον μέντοι καὶ στενώτερον καὶ ἄποξυ ὡς μαχαίριον, ἰνῶδες· καυλὸν δὲ ἀνίησι πηχυαῖον*[79]*, ἐφ' οὗ ἄνθη πορφυρᾶ, στιχηδὸν*[80] *ἀπ' ἀλλήλων διεστῶτα· καρπὸν δὲ στρογγύλον· ῥίζας β'· τὴν μὲν μίαν ἐπὶ τῆς ἑτέρας καθημένην, ὥςπερ βολβία μικρά· τούτων ἡ μὲν κάτω*[81] *ἰσχνή ἐστιν, ἡ δὲ ἄνωθεν ἁδροτέρα· φύεται δὲ μάλιστα ἐν ἀρούραις. Δύναται δὲ ἡ ἄνωθεν ῥίζα, καταπλασσομένη μετ' οἴνου καὶ λιβανωτοῦ, ἀκίδας καὶ σκόλοπας ἐπισπᾶσθαι· σὺν ἀλεύρῳ δὲ αἱρίνῳ καὶ ὑδρομέλιτι*

77b) Sic ex Apul.; vulgo *γενιτάλεμ.*

78) Sic Ald. et cod. C.; *ὠνόμ. ξυφ.* primus omisit Asulan. et post eum omnes.

79) Oribas. add. *ὀποῦ μεστόν:* Serap. *plenum.*

80) Ald. *στοιχηδόν.*

81) Lacuna add. *μικρὰ καί.*

gustu fatuo. Nascitur in aquosis. Folia ex oleo trita et mammis adhibita eas ita cohibent, ut ne augescant. Radix spem partus adimit. Folia quoque trita et post menstruam purgationem quinis drachmis in vino pota quinque diebus, praestant mulieribus, ne concipiant.

Cap. XX. [*De Gladiolo.*] Xiphion alii phasganon aut machaeronion, alii anactorion aut arion, Romani gladiolum aut segetalem. Ob folii formam appellatur xiphion. Est enim iridi simile, at minus et angustius, et cultelli modo mucronatum nervosumque. Caulem vero promit cubitalem, in quo purpurei flores serie a se invicem distantes: semen rotundum. Radices sunt geminae, quarum altera alteri insidet, bulborum exilium specie. Ex his inferior gracilis, uberior superior. In arvis potissimum nascitur. Superior radix cum vino et ture imposita spicula et aculeos e corpore extrahit: cum farina autem loliacea et aqua mulsa panos discutit: quam ob

διαφορεῖ[82] *φύγεθλα· ὅθεν ταῖς τοιαύταις ἐμπλάστροις μίγνυται· ἄγει δὲ καὶ καταμήνια προςτεθεῖσα· φασὶ δὲ καὶ ἀφροδίσια παρορμᾷν τὴν ἀνωτέρω ῥίζαν σὺν οἴνῳ ποθεῖσαν, τὴν κατωτέρω*[83] *δὲ ἀγόνους*[84] *ποιεῖν· ἐντεροκηλικοῖς τε παιδίοις ὠφελίμως δίδοσθαι τὴν ἐπάνω ῥίζαν ἐν ποτῷ σὺν ὕδατι.*

Κεφ. κα'. [Περὶ Σπαργανίου.] Σπαργάνιον, οἱ δὲ ξιφίδιον, οἱ δὲ βῶλον καλοῦσι· φύλλα ἔχει ἐοικότα ξιφίῳ, στενώτερα δὲ καὶ ἐπικλινέστερα· ἐπ' ἄκρου δὲ τοῦ καυλοῦ ὡσεὶ σφαιρία, ἐν οἷς ὁ καρπός· δίδοται ἡ ῥίζα καὶ ὁ καρπὸς σὺν οἴνῳ θηριοδήκτοις.

Κεφ. κβ'. [Περὶ Ξυρίδος.] Ξυρὶς, οἱ δὲ ἶριν ἀγρίαν, οἱ δὲ κακὸς, Ῥωμαῖοι γλαδίολουμ, οἱ δὲ ἴριμ ἀγρέστεμ, Δακοὶ ἄπρους. Τὰ μὲν φύλλα ἔχει ἴριδι ὅμοια, πλατύτερα δὲ καὶ ἐξ ἄκρου ὀξέα· καυλὸν δὲ ἐκ μέσου τῶν φύλλων πηχυαῖον, ἱκανῶς παχὺν, ἐφ' οὗ λοβοὶ τρίγωνοι· καὶ ἐπ' αὐτῶν ἄνθος πορφυροῦν, τὸ δὲ ἐν μέσῳ φοινικοῦν· καρπὸς

82) Sic cod. C., Serap. et Sarac.; *διαφθείρει* Ald. et sequ.

83) N. *μικροτέραν.*

84) Marcellus suspicatur, *ἀτόνους* esse legendum.

rem eiusmodi vi praeditis emplastris admiscetur. Ciet et menses subdita in pesso. Aiunt et superiorem radicem potui datam in vino veneris appetentiam facere, inferiorem vero sterilitatem inducere: illam itidem infantibus, quibus intestina provoluta sunt, utiliter ex aqua propinari.

Cap. XXI. [*De Sparganio.*] Sparganium, quod alii xiphidion, alii bolon appellant, folia habet gladioli, sed angustiora et magis inclinata: in summo caule vero velut globulos, in quibus est semen. Adversus venenatarum bestiarum morsus et radix et semen ex vino potui dantur.

Cap. XXII. [*De Xyride.*] Xyris, quam et irin agrian et cacon, Romani gladiolum et irim agrestem, Daci aprum vocant, folia habet iridis, at latiora et apice acuta: quorum e medio caulis erumpit cubitalis, sat crassus, cui insident siliquae trigonae, et super his flos purpurascens, medio puniceus: semen in folliculis, simile fabis,

δὲ ἐν θυλακίοις, κυάμοις[85] ὅμοιος, στρογγύλος, ἐρυθρὸς[86], δριμύς· ῥίζα δὲ πολυγόνατος, μακρὰ[87], πυῤῥά· ποιοῦσα πρὸς τὰ ἐν κεφαλῇ τραύματα καὶ κατάγματα· ἀνάγει δὲ ὀστᾶ[88], καὶ πᾶν βέλος ἐπισπᾶται μετὰ ἀπονίας, μιγέντος αὐτῇ χαλκοῦ ἄνθους μέρος τρίτον καὶ κενταυρίου ῥίζης μέρος ε′ καὶ μέλιτος τοῦ αὐτάρκους[89]· θεραπεύει δὲ καὶ οἰδήματα καὶ φλεγμονὰς, καταπλασσομένη μετ᾽ ὄξους· πίνεται δὲ καὶ πρὸς σπάσματα, ῥήγματα, ἰσχιάδας τε καὶ στραγγουρίας καὶ διαῤῥοίας ἡ ῥίζα μετὰ γλυκέος τεθλασμένη· ὁ δὲ καρπὸς οὐρητικώτατος, ὅσον τριώβολον ποθεὶς ἐν οἴνῳ· τήκει δὲ καὶ σπλῆνα σὺν ὄξει ποθείς.

Κεφ. κγ′. [Περὶ Ἀγχούσης.] Ἄγχουσα, ἣν ἔνιοι κάλυκα, οἱ δὲ ὀνοκλείαν καλοῦσι [οἱ δὲ κατάγχουσαν, οἱ δὲ λιβυκὴν, οἱ δὲ ἀρχιβέλλιον, οἱ δὲ Ἀλκιβιάδιον, οἱ δὲ ὀνόφυλλος, οἱ δὲ πορφυρὶς, οἱ δὲ μύδουσα, οἱ δὲ σάλυξ, οἱ δὲ νωνεὰν, Ἀφροὶ βουινεσάθ] τὰ μὲν φύλλα ἔχει θρίδακι τῇ[90] ὀξυφύλλῳ παραπλήσια, δασέα[91], τραχέα, μέλανα[92], πολλὰ,

85) Oribas. ὀρόβοις. Serap. *cucumis niger.* 86) Oribas. μέγας.
87) C. add. ὑπόλευκος, ἐνίοτε δὲ καί.
88) Sic cod. C. et Serap. Editiones habent σκόλοπας.
89) Cod. C. et Lacuna τοῦ αὐτάρκους addunt, ὀλίγον Serap., Ald. vero cum sequ. nihil.
90) C. τριδάκτυλα. 91) C. μακρά.
92) Lacuna μεγάλα.

rotundum, rubens et acre: radix geniculata, longa ac rufa. Ea contra capitis vulnera fractaque efficax est: ossa enim et teli genus omne citra molestiam extrahit, adiecta floris aeris tertia parte, itemque radicis centaurii parte quinta et melle sufficienti. Imposita quoque ex aceto oedemata inflammationesque sanat. Bibitur et ex passo radix contusa ad convulsa, rupta, ischiadas, stranguriam et alvi profluvia. Semen vero tribus obolis in vino potum potentissime urinam ciet, et cum aceto bibitum lienem liquat.

Cap. XXIII. [*De Anchusa.*] Anchusa, quam aliqui calycem, alii onocleam appellant, [nonnulli catanchusam, aut libycam, archibellion aut Alcibiadion, onophyllon etiam et porphyrida, mydusam, alii salyca aut noneam, Afri buinesath] folia habet lactucae acutifoliae proxima, hirsuta, aspera, nigra, numerosa, undequaque ab radice ter-

πανταχόθεν τῆς ῥίζης προςπεπλασμένα τῇ γῇ, ἀκανθώδη· ἡ δὲ ῥίζα δακτύλου τὸ πάχος, τὴν χρόαν ὕφαιμος, ἐν τῷ θέρει γεννωμένη[93] *καὶ βάπτουσα τὰς χεῖρας*[94]*· φύεται ἐν εὐγείοις τόποις. Ἔστι δὲ ἡ ῥίζα στυπτική, ποιοῦσα πρὸς κατακαύματα καὶ παλαιὰ*[95] *ἕλκη, ἐναφεψομένη κηρῷ καὶ ἐλαίῳ· ἐρυσιπέλατα δὲ σὺν ἀλφίτῳ καταπλασθεῖσα θεραπεύει, καὶ ἀλφοὺς καὶ λέπρας σὺν ὄξει καταπλασσομένη· προςτιθεμένη δὲ καὶ ἔμβρυα κατασπᾷ· τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτῆς δίδοται καὶ ἰκτερικοῖς, νεφριτικοῖς, σπληνικοῖς, πυρέσσουσι μετὰ μελικράτου· τὰ δὲ φύλλα κοιλίαν ἵστησι μετ' οἴνου πινόμενα· χρῶνται δὲ καὶ οἱ μυρεψοὶ τῇ ῥίζῃ πρὸς τὰς στύψεις τῶν μύρων.*

Κεφ. κδ'. [Περὶ Ἀγχούσης ἑτέρας.] Ἄγχουσα ἑτέρα, ἣν ἔνιοι Ἀλκιβιάδιον ἢ ὀνοχειλὲς ἐκάλεσαν· αὕτη διαφέρει τῆς πρώτης τῷ μικρότερα ἔχειν τὰ φύλλα, τραχέα δὲ ὁμοίως, καὶ τὰ κλωνία λεπτά, ἐφ' ὧν τὸ ἄνθος πορφυροειδὲς ὑποφοινικίζον· ῥίζας ἐρυθράς, εὐμήκεις, περὶ τὸν πυραμητὸν

93) Sic cod. C., Oribas. et Ald.; *γενομένη* Lacuna, *γινωσκομένη* Marcellus.

94) C. add. *ἄνθη δὲ πορφυρᾶ.*

95) C. N. *αὐτόματα.*

rae velut affixa, spinosa. Radix est digitali crassitie, colore subsanguineo, quae aestate nata et manus inficit. Provenit laeto solo. Radix est astringens, ad ambusta ceteraque ulcera efficax, si in oleo, addita cera, decoquatur. Erysipelatis cum polenta imposita medetur; itemque vitiliginibus et lepris, ex aceto illita. Subdita quoque fetus detrahit. Datur et eius decoctum ictericis, nephriticis, splenicis, si febris adsit, ex aqua mulsa. Folia vero sistunt alvum in vino pota. Utuntur et unguentarii radice ad spissamenta unguentorum.

Cap. XXIV. [*De Anchusa altera.*] Altera anchusa, quam aliqui Alcibiadion seu onochiles vocavere, a priore distat, quod minora habeat folia, quanquam simili modo aspera, et ramulos tenues, in quibus flos purpureus, in puniceum vergens, radices autem rubras, praelongas, quae

ἐχούσας τὸ αἱματῶδες[96]· φύεται δὲ ἐν ἀμμώδεσι τόποις. *Δύναμις* δὲ αὐτῆς καὶ τῶν φύλλων θηριοδήκτοις βοηθεῖν, μάλιστα δὲ ἐχιοδήκτοις, ἐσθιόμενα, καὶ πινόμενα, καὶ περιαπτόμενα· κἂν μασσησάμενός τις εἰς τὸ στόμα τοῦ θηρίου ἀποπτύσῃ, ἀποκτενεῖ αὐτό.

Κεφ. κέ. [*Περὶ ἑτέρας Ἀγχούσης.*] Ἔστι δὲ καὶ ἄλλη, ἐμφερὴς ταύτῃ, ἐλάττω δὲ καρπὸν ἔχουσα φοινικοῦν· ὃν ἐάν τις μασσησάμενος ἀποπτύσῃ εἰς τὸ στόμα τοῦ ἑρπετοῦ, ἀποκτενεῖ αὐτό[97]· ἡ δὲ ῥίζα μετὰ ὑσσώπου καὶ καρδάμου ποθεῖσα, ὀξυβάφου πλῆθος, πλατεῖαν ἕλμινθα ἐκτινάσσει.

Κεφ. κς΄. [*Περὶ Λυκόψεως.*] *Λύκοψις*, οἱ δὲ καὶ ταύτην ἄγχουσαν ἐκάλεσαν· τὰ μὲν φύλλα ἔχει ὅμοια θρίδακι, μακρότερα δὲ καὶ παχύτερα καὶ τραχέα[98] καὶ πλατύτερα, πεπτωκότα περὶ τὴν τῆς ῥίζης κεφαλήν· καυλὸν ἀνίησι μακρὸν, ὀρθὸν, τραχὺν[99], παραφυάδας ἔχοντα πολλὰς, πη-

96) Sic Oribas. et Ald.; ἀγγεῖα αἱματώδη codd. C. et N.

97) Ὃν — αὐτὸ deest in cod. N., suspectum utique, quod repetuntur modo dicta. *Αὐτό* in cod. C. omittitur in editt., habet tamen Oribas., qui plantam λύκοψιν dicit.

98) Cum Plin. et Oribas. bene sic Sarac.; τραχύτερα καὶ παχέα vulgo.

99) C. παχύν.

tempore messis sanguineo succo turgent. In sabulosis nascitur. Tum ipsa radix, tum et folia contra venenatarum bestiarum, maximeque viperarum, morsus efficaciter auxiliantur, sive cibo, sive potu, sive etiam amuleto. Quin et si quis, iis commanducatis, in venenatae bestiae os exspuerit, eam interimet.

Cap. XXV. [*De tertia Anchusa.*] Est et alia huic similis, at minore semine, eoque puniceo, quo commanducato si in serpentis os inspuatur, ea enecatur. Radix autem acetabuli mensura cum hyssopo et nasturtio pota, latum vermem expellit.

Cap. XXVI. [*De Lycopsi.*] Lycopsis, quae etiam a nonnullis Anchusa dicitur, foliis est lactucae, at longioribus, crassioribus, asperis et latioribus, ac circa radicis caput ad terram deciduis. Caulem promit longum, rectum, asperum, ramis multis cubitalibus, asperis, in

χναίας, τραχείας· καὶ ἐπ' αὐταῖς ἄνθη μικρὰ, πορφυρίζοντα· ῥίζα δὲ ἐρυθρὰ, στυπτική· φύεται ἐν πεδίοις· καταπλασσομένη δὲ μετ' ἐλαίου ἡ ῥίζα, τραύματα ἰᾶται, μετὰ ἀλφίτου δὲ ἐρυσιπέλατα· λεία δὲ συναλειφομένη μετ' ἐλαίου ἱδρῶτας κινεῖ.

Κεφ. κζ. [Περὶ Ἐχίου.] Ἔχιον, οἱ δὲ δωρίδα[100]*, οἱ δὲ Ἀλκιβιάδιον, Ῥωμαῖοι ἀλκιβίακουμ· τὰ μὲν φύλλα ἔχει προμήκη, τραχέα, ὑπόλεπτα*[1]*, πρὸς τὰ τῆς ἀγχούσης*[2]*, ἥττονα δὲ καὶ λιπαρὰ, ἀκάνθια λεπτὰ*[3] *ἐπικείμενα*[4]*, ἃ καὶ δασύνει τὰ φύλλα· καυλία λεπτὰ, πολλά· ἑκατέρωθεν δὲ φυλλάρια λεπτὰ, ταρσούμενα, μέλανα, ἐλάττονα δὲ πρὸς λόγον*[5] *ἐπ' ἄκρου τοῦ καυλοῦ· τὰ δὲ ἄνθη παρὰ τὰ φύλλα πορφυροειδῆ, ἐν οἷς ἐστι καὶ ὁ καρπὸς, κεφαλῇ ἔχιος ὅμοιος· ῥίζα δὲ λεπτοτέρα δακτύλου*[6]*, ὑπομέλαινα· ἥτις οὐ μόνον τοῖς δηχθεῖσιν ὑπὸ ἑρπετῶν βοηθεῖ ποθεῖσα μετ' οἴνου, ἀλλὰ*

100) Sic Plin., Paull. et cod. C.; *ἀρίδαν* Ald. et editt.

1) Oribas. et Ald. *ὑπόλευκα.* 2) C. add. *ὑπέρυθρα.*

3) C. add. *ἀκάθαρτα, ἀκίδας σὺν τοῖς φύλλοις.*

4) Ald. add. *καὶ δασέα*, et omittit sequentia, quae et desunt in cod. C., primum obvia in Asulan. et Marcell.

5) Sic in cod. C.; *πρὸς λόγον τόν* Ald. et sequ.; Sarac. coniicit *πρὸς λόγον τά.*

6) C. *δακτυλιαία, ἀπὸ μέσου μέλαινα.*

quibus flores parvi, purpurascentes. Radix rubra est et astringens. Nascitur in campestribus. Radix cum oleo imposita vulneribus medetur, et cum polenta erysipelatis illinitur. Trita vero si ex oleo perungatur, sudores movet.

Cap. XXVII. [*De Echio.*] Echium aliqui dorida, alii Alcibiadium, Romani Alcibiacum appellant. Folia habet oblonga, aspera, subtenuia, ad anchusam accedentia, sed minora et pinguia, spinulis tenuibus incumbentibus, quae et hirsuta reddunt folia. Cauliculi graciles, numerosi, utrinque vero foliola minuta, pennaeformia, nigra, minora proportione, quae in summo sunt caule. Flores autem secundum folia purpurascentes, in quibus semen viperae capiti simile. Radix est digito tenuior, subnigra: quae quidem non modo demorsis a serpentibus in vino pota auxiliatur, sed et eos, a quibus praebibita fuerit, a

καὶ τοὺς προϊόντας ἀδήκτους τηρεῖ[7]· ὁμοίως δὲ καὶ τὰ φύλλα καὶ ὁ καρπός· παύει δὲ καὶ ὀσφύος ἄλγημα, καὶ γάλα κατασπᾷ, μετ᾽ οἴνου ἢ ῥοφήματος ληφθεῖσα.

Κεφ. κη΄. [Περὶ Ὠκιμοειδοῦς.] Ὠκιμοειδές, οἱ δὲ φιλεταίριον, οἱ δὲ καὶ ταύτην ἔχιον καλοῦσιν, [οἱ δὲ σκορπίουρον, οἱ δὲ σπάργανον, οἱ δὲ ἀλθαίαν, οἱ δὲ ἀμαραντίδα[8], οἱ δὲ προβαταίαν, οἱ δὲ ἐλάφιον, οἱ δὲ ἀντίμιμον, οἱ δὲ πορφυρίδα, οἱ δὲ αὔγιον, οἱ δὲ νεμέσιον, οἱ δὲ ὑαινόψωλον, οἱ δὲ θυρσίτην, οἱ δὲ θερμοῦτιν, οἱ δὲ μισόπαθος, Ῥωμαῖοι ὠκιμάστρουμ,] φύλλα μὲν ἔχει ὠκίμῳ ὅμοια, κλῶνας δὲ σπιθαμιαίους, δασεῖς· λοβοὺς δὲ παραπλησίους ὑοσκυάμῳ, πλήρεις σπέρματος μέλανος, ἐοικότος[9] μελανθίῳ. Δύναμιν δὲ ἔχει τὸ σπέρμα πινόμενον ἐν οἴνῳ, ἐχιοδήκτους καὶ τὰ ἄλλα τῶν ἑρπετῶν δήγματα θεραπεύειν· δίδοται δὲ καὶ ἰσχιαδικοῖς μετὰ σμύρνης καὶ πεπέρεως· ῥίζα δὲ ὕπεστι λεπτὴ καὶ ἄχρηστος.

Κεφ. κθ΄. [Περὶ Ἐρίνου.] Ἔρινος, [οἱ δὲ ὠκιμοειδές,

7) Sic C.; ποιεῖ vulgo.

8) Vulgo ἀμαρανθίδα.

9) Sic manifesto cod. C. Recte id iam auguratus erat Sarac. loco vulg. ἐοικότας.

serpentibus feriri minime patitur. Folia et semen idem ipsum praestant. Sed et radix lumborum dolorem sedat, et lac allicit, in vino aut sorbitione sumta.

Cap. XXVIII. [*De Ocimoide.*] Ocimoides, quod alii philetaerion, alii et ipsum echium vocant [alii scorpiuron, alii sparganon, alii althaeam, aut amarantida, probataeam etiam et elaphion, alii antimimon, alii porphyridem, alii augion, alii nemesion, alii hyaenopsolon, alii thyrsiten, alii thermutin, alii misopathos, Romani ocimastrum] folia habet ocimo similia, ramos autem dodrantales, hirsutos, siliquas hyoscyamo similes, semine nigro, ceu melanthii, plenas. Vim habet semen in vino potum, ut viperarum ceterarumque serpentium morsibus medeatur. Datur et ischiadicis cum myrrha et pipere. Ceterum radix subest tenuis et inutilis.

Cap. XXIX. [*De Erino.*] Erinus [quem alii oci-

οἱ δὲ ὑδρηρὸν, Ῥωμαῖοι ὤκιμουμ ἀκουάτικουμ[10]*] φύεται παρὰ ποταμοῖς καὶ κρήναις· φύλλα ἔχει ὠκίμοις ὅμοια, μικρότερα*[11] *δὲ καὶ ἐπεσχισμένα ἐκ τῶν ἄνωθεν μερῶν, κλωνία δὲ ε΄ ἢ ϛ΄ σπιθαμιαῖα, ἄνθη λευκά· καρπὸν δὲ μέλανα, μικρὸν, στρυφνόν· ὀποῦ δὲ μεστός ἐστιν ὁ καυλὸς καὶ τὰ πέταλα. Τούτου*[12] *ὁ καρπὸς* < *β΄ πλῆθος μιγεὶς πρὸς κυάθους μέλιτος τέσσαρας*[13]*, ῥεύματα ὀφθαλμῶν ἐγχριόμενος ἵστησιν· ὁ δὲ χυλὸς ὤτων πόνον παύει, μετὰ θείου ἀπύρου καὶ νίτρου ἐνσταζόμενος.*

Κεφ. λ΄. [Περὶ Ἀγρώστεως.] Ἄγρωστις [οἱ δὲ αἰγικὸν, οἱ δὲ ἁμαξῖτις, Αἰγύπτιοι ἀνουφὶ, Ῥωμαῖοι γράμεν, οἱ δὲ ἀσιφόλιουμ, οἱ δὲ σαγγουινάλεμ, οἱ δὲ οὐνίολαμ, Ἱσπανοὶ ἀπαρία, Δακοὶ κοτίατα, Ἀφροὶ ἰεβάλ] κλήματα ἔχει γονατώδη, ἕρποντα ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἀπὸ τῶν κλάδων προϊέμενα, ῥίζας γλυκείας, γονατώδεις, φύλλα ὀξέα, σκληρὰ, πλατέα[14]*, ὡς καλάμου μικροῦ, τρέφοντα βόας καὶ κτήνη.*

10) Sic C.; Ald. omittit *ἀκουάτικουμ*, ut et editt. rell.

11) Trag. fol. 70b. ed. germ. Argent. 1551. *μακρότερα* legendum esse arbitratur, quod comminiscitur, Scrofulariam aquaticam esse *ἔρινον*.

12) Vulgo *τούτων*.

13) Ald. *κυάθοις τέσσαρσι. Κυάθους* iam omittunt Asulan. et Marcell., Paullo praeeunte, qui *δραχμάς* habet.

14) Hoc deest in Serap.

moides, alii hydreron, Romani ocimum aquaticum vocant] nascitur apud flumina ac fontes: folia habet ocimi, sed minora, versus apicem incisa, surculos quinque aut septem dodrantales, flores candidos, semen nigrum, parvum et acerbum: liquore vero turgent et caulis et folia. Semen huius, drachmis duabus mixtum cum mellis cyathis quatuor, oculorum fluxiones illita cohibet. At succus aurium dolorem sedat, cum sulfure ignem haud experto ac nitro instillatus.

Cap. XXX. [*De Gramine.*] Gramen Romanis, agrostis Graecis dicitur [aliis aegicon et hamaxitis, Aegyptiis ânuphi: inter Romanos quoque asifolium, sanguinalis aut unioli, Hispanis aparia, Dacis cotiata, Afris iebal]. Hoc viticulas habet geniculatas, per terram repentes, quae a ramis etiam radices spargunt dulces, internodiis distinctas: folia acuminata, dura, lata, ceu arundinis parvae: his

Ταύτης ἡ ῥίζα, καταπλαττομένη λεία, τραύματα κολλᾷ· τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτῆς πινόμενον πρὸς στρόφους ποιεῖ καὶ δυσουρίαν[15], *καὶ τὰ περὶ τὴν κύστιν ἕλκη· καὶ λίθους θρύπτει*[16].

Κεφ. λα΄. [*Περὶ Καλαμαγρώστεως.*] *Καλαμάγρωστις μείζων ἐστὶ κατὰ πάντα τῆς ἀγρώστεως· [ὁμοιοῦται δὲ ἡ ῥίζα καλάμῳ*[17]*·] ἔστι δὲ κτηνῶν ἀναιρετικὴ βρωθεῖσα, καὶ μάλιστα ἡ ἐν Βαβυλῶνι παρὰ ταῖς ὁδοῖς φυομένη.*

Κεφ. λβ΄. [*Περὶ τῆς ἐν Παρνασσῷ ἀγρώστεως.*] *Ἡ δὲ ἐν τῷ Παρνασσῷ γεννωμένη ἄγρωστις, πολυκλαδωτέρα ἐστί*[18]*· φύλλα δὲ κισσῷ ὅμοια φέρει, ἄνθος λευκὸν καὶ εὐῶδες· καρπὸν μικρὸν, οὐκ ἄχρηστον· ῥίζας ε΄ ἢ ς΄, δακτύλου πάχος, λευκὰς, μαλακὰς, γλυκείας ἰσχυρῶς*[19]*· ὧν ὁ χυλὸς ἑψηθεὶς σὺν οἴνῳ καὶ μέλιτι συμμέτρῳ καὶ σμύρνης ἡμίσει μέρει, πεπέρει τε καὶ λιβανωτοῦ τῷ τρίτῳ, φάρμακόν ἐστιν ἄριστον πρὸς ὀφθαλμούς· ἀποτίθεται δὲ ἐν χαλκῇ πυξίδι·*

15) Lacuna add. *καὶ δυςεντερίαν.*
16) Sic Plin., Serap. et cod. C.; *καὶ τὰ περὶ τὴν κύστιν περιττώματα λιθώδη θρύπτει* Ald. — Goupyl.
17) Sic cod. C. N. Deest vero in editt.
18) Plin. 24, 118. *θαμνωδεστέρα* legisse videtur, namque *densius quam usquam fruticat* interpretatur.
19) Sic Ald.; *ἰσχυρὰς* Asulan.; *δυςώδεις* legit Serap.

boves et iumenta pascuntur. Huius trita radix et imposita vulnera glutinat. Ipsius autem decoctum epotum efficax est adversus tormina, urinae difficultatem ac vesicae ulcera: calculos denique comminuit.

Cap. XXXI. [*De gramine arundinaceo.*] Calamagrostis s. gramen arundinaceum priore maior est ex omni parte: [radix calamum aequat.] Iumenta in pabulo sumta necat, maxime ea, quae in Babylonis regione secus vias provenit.

Cap. XXXII. [*De gramine in Parnasso.*] Quod vero in Parnasso gignitur gramen, ramosius est, folia gerit hederae similia, florem albidum et odoratum, fructum exilem, non inutilem: radices quinque aut sex, digitum crassas, albas, molles, valdeque dulces. Quarum succus, si in vino cum pari melle ac myrrhae dimidio piperisque ac turis tertiis portionibus decoquatur, praestantissimum est ad oculos medicamentum. Id vero in aerea pyxide

τὸ δὲ ἀφέψημα τῶν ῥιζῶν ποιεῖ πρὸς ἃ καὶ αὐτή· τὸ δὲ σπέρμα ταύτης ἰσχυρῶς διουρητικὸν, καὶ ἐμέτων καὶ κοιλίας ῥεούσης σταλτικόν.

Ἡ δὲ ἐν Κιλικίᾳ γεννωμένη, ἣν οἱ ἐπιχώριοι Κίνναν καλοῦσι, ὑγρὰ βρωθεῖσα πολλάκις, πίμπρησι[20] τοὺς βόας.

Κεφ. λγ΄. [Περὶ Σιδηρίτιδος.] Σιδηρῖτις, οἱ δὲ Ἡράκλειαν, [προφῆται γόνον, οἱ δὲ αἷμα Τιτάνου, οἱ δὲ οὐρὰ σκορπίου, Πυθαγόρας πάρμιρον, Ἀνδρέας ξανθοφανέα, Ὀσθάνης βούφθαλμον, Αἰγύπτιοι σενδιονὼρ, Ῥωμαῖοι οὐερτούμνουμ, οἱ δὲ σολεάστρουμ[21], Ἀφροὶ οὐδήδονι,] πόα ἐστὶ φύλλα ἔχουσα ὅμοια πρασίῳ, ἐπιμηκέστερα δὲ πρὸς τὰ τοῦ ἐλελισφάκου ἢ δρυὸς, μικρότερα μέντοι καὶ τραχέα· καυλοὺς δὲ ἀνίησι τετραγώνους, σπιθαμιαίους[22] ἢ καὶ μείζονας, οὐκ ἀηδεῖς ἐν τῇ γεύσει καὶ ποσῶς ὑποστύφοντας· ἐν οἷς ἐκ διαστημάτων σπόνδυλοι[23] περιφερεῖς, ὥςπερ πρασίου, καὶ ἐν αὐτοῖς σπέρμα μέλαν· φύεται δὲ ἐν ὑποπέτροις χωρίοις. Δύ-

20) Lacuna legit *πίμπλησι*. Scrap. habet *apostemantur*.
21) Cod. N. addit *οἱ δὲ μουλγήθρουμ, οἱ δὲ ἴντιβουμ σιλβάτικουμ*.
22) C. N. *πηχυαίους*.
23) C. N. *σφόνδυλοι*.

reconditur. Radicum autem decoctum eadem, quae herba ipsa, praestat. Semen vehementer urinam pellit, vomitionesque et alvi profluvia sistit.

Gramen autem in Cilicia natum, quod incolae Cinnam appellant, boves saepe inflammat, si eo humido pascantur.

Cap. XXXIII. [*De Sideritide.*] Sideritis, quam aliqui Heracleam, [prophetae genituram aut sanguinem Titani, alii scorpionis caudam, Pythagoras parmiron, Andreas xanthophanea, Osthanes buphthalmum, Aegyptii sendionor, Romani vertumnum vocant, seu soleastrum, Afri udedoni] herba est foliis marrubii, sed oblongioribus, ad salviae aut querçus foliorum similitudinem, minoribus tamen et asperis. Caules edit quadrangulos, dodrantales aut etiam maiores, non ingrati gustus et aliquatenus astringentis, in quibus ex intervallis orbiculati verticilli, sicut marrubii, et in iis semen nigrum. In locis saxosis na-

ναμιν δὲ ἔχει τὰ φύλλα καταπλασσόμενα τραυμάτων κολλητικὴν καὶ ἀφλέγμαντον[24].

Κεφ. λδ'. [*Περὶ ἑτέρας Σιδηρίτιδος.*] Ἄλλη σιδηρῖτις κλῶνας ἔχει διπήχεις, λεπτούς· φύλλα δὲ ἐπὶ μόσχων μακρῶν, ὅμοια τοῖς τῆς πτερίδος, ἀκροσχιδῆ, πολλὰ ἑκατέρωθεν, ἐκ δὲ τῶν ἀνωτέρω μασχαλῶν ἀποφύσεις μακρὰς, λεπτὰς, ἐπ' ἄκρου σφαιροειδεῖς ἐχούσας κεφαλὰς τραχείας, ἐν αἷς[25] σπέρμα ὅμοιον σεύτλῳ, στρογγυλώτερον δὲ καὶ σκληρότερον. Δύναμις δὲ καὶ ταύτης ἐστὶ[26] τῶν φύλλων τραυματική.

Κεφ. λε'. [*Περὶ ἑτέρας Σιδηρίτιδος.*] Ἔτι καὶ ἑτέρα εἶναι λέγεται σιδηρῖτις, ἣν καὶ αὐτὴν Κρατεύας Ἡράκλειαν καλεῖ, φυομένην ἐν τοίχοις καὶ ἀμπελῶσιν, ἔχουσα φύλλα πολλὰ ἀπὸ μίας ῥίζης[27], ὅμοια κοριάνῳ, περὶ καυλίοις σπιθαμιαίοις, λείοις, τρυφεροῖς, ὑπολεύκοις, ἐνερευθέσιν· ἄνθη δὲ φοινικὰ, μικρὰ, γευομένῳ πικρὰ, γλισχρά· καὶ ταύτης ἡ δύναμις ἐπιτιθεμένης κολλητικὴ ἐναίμων καὶ νεοτρώτων.

24) C. τηρεῖν.

25) Sic ex Oribas. emendo vulgarem lectionem: ἐπ' ἄκρου σφαιροειδεῖς, κεφαλὴν ἐχούσας τραχεῖαν, ἐν οἷς.

26) *Καὶ* vulgare cum Fab. Columna, ecphr. I. p. 123. omisi.

27) Oribas. et Lacuna add. μικρά.

scitur. Vim habent imposita folia vulnera glutinandi et inflammationem arcendi.

Cap. XXXIV. [*De Sideritide altera.*] Sideritis altera ramos habet bicubitales, graciles: folia in longis petiolis, filicis similia, apice incisa, utrinque numerosa: e superioribus vero axillis propagines proceras, graciles, quae apice capitula gerunt globosa, aspera, in quibus semen betae simile, sed rotundius ac durius. Huius etiam foliorum vis vulneribus idonea est.

Cap. XXXV. [*De Sideritide tertia.*] Traditur et tertia sideritis, quam Cratevas quoque Heracleam vocat. Haec in maceriis nascitur ac vinetis: foliis ab una radice multis, coriandro similibus, circa cauliculos dodrantales, laeves, teneros, cum rubore candicantes, floribus puniceis, parvis, gustu amaris lentisque. Et huius impositae vis est, ut cruenta recentiaque vulnera glutinet.

Κεφ. λϛ'. [Περὶ Ἀχιλλείου.] Ἀχίλλειος· καλοῦσί τινες καὶ τὴν ἀχίλλειον σιδηρῖτιν [οἱ δὲ μυριόμορφον, οἱ δὲ χιλιόφυλλον, οἱ δὲ στρατιωτικὸν, οἱ δὲ ἡράκλειον, Ῥωμαῖοι σουπερκίλιουμ βένερις, οἱ δὲ ἄκρουμ[28] σιλβάτικουμ, οἱ δὲ μιλιτάρεμ, οἱ δὲ μιλλεφόλιουμ, Ἀφροὶ ἀστὴρ χοιλόθ[29]]· φέρει δὲ ῥαβδία σπιθαμιαῖα ἢ καὶ μείζω, ἀτρακτοειδῆ, καὶ περὶ αὐτὰ φυλλάρια λεπτὰ, ἐκ πλαγίων ἐντομὰς ἔχοντα πυκνὰς, προςεμφερῆ κορίῳ, ὑπόπικρα[30], γλίσχρα, πολύοσμα, οὐκ ἀηδῆ, φαρμακώδη δὲ τὴν ὀσμήν· σκιάδιον ἐπ' ἄκρου περιφερὲς, ἄνθη λευκὰ, ἢ πορφυρᾶ[31] καὶ χρυσίζοντα· φύεται ἐν εὐγείοις τόποις. Καὶ τούτου ἡ κόμη λεία ἐναίμων ἐστὶ κολλητικὴ καὶ ἀφλέγμαντος, αἱμοῤῥαγίας τε ἐφεκτικὴ, καὶ τῆς ἐκ μήτρας ἐν προςθέτῳ. Καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ αὐτῆς ἐστιν ἐγκάθισμα ῥοϊκαῖς· πίνεται δὲ καὶ πρὸς δυςεντερίαν[32].

28) C. *κύρουμ.*

29) Sic cod. C.; *χιλλός* vulgo.

30) Sic N.; *ὑπόπυρα* Ald., *ὑπόπυῤῥα* Sarac., *ὑπόμικρα* cod. C.

31) Sic Cod. C. N., Ald. Primus Marcellus uncinis inclusit.

32) N. addit: *παύει δὲ καὶ φλεγμονὰς, σφόδρα λεῖον, μεθ' ὕδατος καταχριόμενον· διαφορεῖ δὲ ψυκτικὸν ὑπάρχον.* Et cod. C. e Crateva: *ὅλη δὲ κοπεῖσα μετ' ἀξουγγίας παλαιᾶς τὰ παλαιὰ τῶν ἑλκῶν καὶ δυςεπούλωτα θεραπεύει· ξηρὰ δὲ κοπεῖσα καὶ μέλιτι μιγεῖσά ἐστιν ἀνακαθαρτική.*

Cap. XXXVI. [*De Achillea.*] Achilleam sunt qui etiam sideritin vocent, [aliis dicitur myriomorphon aut chiliophyllon, stratioticon etiam et heracleon, Romanis supercilium veneris seu acorum sylvaticum, aut militaris et millefolium, Afris aster choeloth]. Gerit autem ramos dodrantales, aut etiam maiores, fusorum forma, foliolis cinctos minutis, ex obliquo crebras habentibus incisuras, coriandro proximis, subamaris, lentis, odore multo, non insuavi, sed medicato: umbellam in cacumine rotundam, floribus albis, purpureis vel aureis. Nascitur laeto solo. Et huius coma trita vulnera cruenta glutinat et ab inflammatione tuetur, nec non erumpentem sanguinem inhibet uti etiam ex utero, subdita in pesso. Sed et ipsius decocto utiliter insident feminae uteri fluore laborantes. Denique et contra dysenteriam bibitur.

Κεφ. λζ'. [*Περὶ Βάτου.*] *Βάτος*, ἣν γινώσκομεν [οἱ δὲ κυνόσβατον, οἱ δὲ σεληνορύτιον, οἱ δὲ ἀσύντροφον, προφῆται αἷμα Τιτάνου, οἱ δὲ αἷμα ἴβεως, Ῥωμαῖοι σέντες, οἱ δὲ ῥοῦβουμ, οἱ δὲ μόρα βατικάνα, Δακοὶ μαντεῖα, Αἰγύπτιοι αἱμοιώς, οἱ δὲ ἄμετρος] στύφει καὶ ξηραίνει καὶ τρίχας βάπτει· τὸ δὲ ἀφέψημα τῶν ἀκρεμόνων αὐτῆς κοιλίαν ἵστησι πινόμενον καὶ ῥοῦν ἐπέχει γυναικεῖον· καὶ πρηστῆρος[33] δήγματι εὐθετεῖ· κρατύνει δὲ καὶ οὖλα καὶ ἄφθας ὑγιάζει διαμασσώμενα τὰ φύλλα[34]· καὶ ἕρπητας ἐπέχει, καὶ ἀχῶρας τοὺς ἐν κεφαλῇ θεραπεύει, καὶ ὀφθαλμῶν προπτώσεις καὶ κονδυλώματα καὶ αἱμοῤῥοΐδας καταπλασσόμενα τὰ φύλλα· καὶ ἐπὶ στομαχικῶν[35] δὲ καὶ καρδιακῶν λεῖα ἐπιτιθέμενα ἁρμόζει· ὁ δὲ χυλὸς αὐτῆς, ἐκθλιβέντων τῶν καυλῶν καὶ τῶν φύλλων συστραφεὶς ἐν ἡλίῳ, βέλτιον ποιεῖ εἰς πάντα τὰ εἰρημένα· τοῦ δὲ καρποῦ αὐτοῦ ὁ χυλὸς, πεπείρου ὄντος τελείως, εἰς τὰ στοματικὰ ἁρμόζει· ἵστησι δὲ καὶ κοιλίαν ὁ

33) Serap. legit *κεράστου.*

34) C. *διαμασσωμένων τῶν φύλλων.*

35) Ald., Marcell. et Asulan. *στομάχων.* Cornar. et cod. C. N. *στομαχικῶν*, quos sequuntur Goupyl. et Sarac. Serap. *super stomachum debilem, ad quem currunt humores.*

Cap. XXXVII. [*De Rubo.*] Rubus, quem cognoscimus [aliis cynosbaton aut selinoritiou vel asyntrophon, prophetis sanguis Titani aut ibis, Romanis sentis, vel rubus, vel mora etiam vaticana, Dacis mantia, Aegyptiis haemaeos seu ametros dictus] astringit et siccat, capillosque tingit. Summorum autem ipsius ramorum decoctum potu alvum sistit fluoremque muliebrem cohibet, nec non et contra pristiris morsum valet. Commanducata folia firmant et gingivas, orisque ulcera sanant. Imposita vero herpetas cohibent, et achoras capitis, oculorum procidentias et condylomata et haemorrhoïdes curant. Eadem cardiacis quoque et stomachicis trita convenienter imponuntur. Contusa caulibus foliisque expressus succus sole coactus ad ante dicta vitia est efficacior. At fructus perfectam maturitatem assecuti succus oris medicamentis accommodatur. Fructus vero, qui nondum maturuit, in

οὐ μέσως[36] *πέπειρος ἐσθιόμενος· καὶ τὸ ἄνθος δὲ αὐτῆς ποθὲν σὺν οἴνῳ κοιλίαν ἵστησιν.*

Κεφ. λη'. [Περὶ ἰδαίας Βάτου.] Βάτος ἰδαία ἐκλήθη μὲν διὰ τὸ πολλὴν ἐν τῇ Ἴδῃ γεννᾶσθαι. Ἔστι δὲ ἁπαλωτέρα πολλῷ τῆς πρὸ αὐτῆς, ἀκάνθας μικρὰς ἔχουσα· εὑρίσκεται δὲ καὶ χωρὶς ἀκάνθης[37]. *Δύναται δὲ τὰ αὐτὰ τῆς πρὸ αὐτῆς· ἐκ περισσοῦ δὲ τὸ αὐτῆς ἄνθος σὺν μέλιτι λεανθὲν ὀφθαλμικαῖς φλεγμοναῖς περιχριόμενον βοηθεῖ, καὶ ἐρυσιπέλατα σβέννυσι· στομαχικοῖς*[38] *τε μεθ' ὕδατος ἐν ποτῷ δίδοται.*

Κεφ. λθ'. [Περὶ Ἑλξίνης[39].*] Ἑλξίνη [οἱ δὲ ἑλεῖτιν, οἱ δὲ κανοχερσαίαν, οἱ δὲ ἀμελξίνην, οἱ δὲ εὐσίνην, οἱ δὲ ἀμοργίνην*[40]*, οἱ δὲ σουκόταχος, οἱ δὲ ψυχούακος, οἱ δὲ μελάμπελον, οἱ δὲ κισσάμπελον, οἱ δὲ κισσάνθεμον, οἱ δὲ ἀνατεταμένον, Ῥωμαῖοι βολούτου λαπάρου, Αἰγύπτιοι ἅπαπ,]*

36) Sic cod. C.; ὁ μέσος πέπειρος vulgo.

37) Oribas. omnino εὑρ. — ἀκάνθης: et Ald. habet. Ad notha ablegant Asulan., Marcell., Cornar. et Goupyl.

38) Cod. C. ἐν στομάχου καύσεσιν.

39) In Ald. et Marc. duas homonymas, sed diversas, plantas coniunctas habemus. Asul. primus disiunxit, altera helxine ad c. 86. ablegata.

40) Salmas. homon. p. 11. ἀμερσίνην.

cibo sumtus sistit et alvum pariter ac flos in vino potus.

Cap. XXXVIII. [*De Rubo idaeo.*] Rubus cognomen idaei tulit, quia copiose in Ida nascitur. Est autem longe tenerior priore, exiguis spinis praeditus, quanquam et sine spinis inveniatur. Eadem vero praestat, quae supra dictus. Expeditissimum autem contra oculorum inflammationes adminiculum praebet flos ipsius cum melle ad laevorem tritus et illitus: is etiam erysipelata restinguit. Stomachicis quoque ex aqua bibendus datur.

Cap. XXXIX. [*De Helxine.*] Helxine [sunt qui helitin, aut canochersaeam, amelxinen, eusinen, amorginen, sucotachon, psychuacon, melampelon, cissampelon aut cissanthemon aut anatetamenon vocent; Romani dicunt volutum laparum, Aegyptii hapap] folia habet hede-

φύλλα ἔχει ὅμοια κισσῷ, ἐλάττονα δὲ, καὶ κλωνία μακρὰ[41], περιπλεκόμενα, ὅπου ἂν τύχοι· φύεται δὲ ἐν φραγμοῖς καὶ ἀμπελῶσι καὶ σίτῳ. Δύναμιν δὲ ἔχει τῶν φύλλων ὁ χυλὸς πινόμενος λυτικὴν κοιλίας[42].

Κεφ. μ΄. [Περὶ Ἐλατίνης.] Ἐλατίνη τὰ μὲν φύλλα ἔχει ὅμοια τῇ ἑλξίνῃ, μικρότερα[43] δὲ καὶ στρογγυλώτερα, δασέα· κλῶνας λεπτοὺς, σπιθαμιαίους ε΄ ἢ ς΄ ἀπὸ τῆς ῥίζης, φύλλων πλήρεις στρυφνῶν ἐν τῇ γεύσει· φύεται ἐν σίτοις καὶ τόποις ἐργασίμοις. Δύναμιν δὲ ἔχει τὰ φύλλα καταπλαττόμενα σὺν ἀλφίτοις, φλεγμαίνοντας καὶ ῥευματιζομένους ὠφελεῖν ὀφθαλμούς· ἑψηθεῖσα δὲ καὶ ῥοφουμένη δυσεντερίαν ἵστησιν.

Κεφ. μα΄. [Περὶ Εὐπατωρίου.] Εὐπατώριον, οἱ δὲ ἡπατώριον, οἱ δὲ ἡπατῖτις[44], Ῥωμαῖοι οὐόλουκρουμ μαίους, πόα ἐστὶ φρυγανώδης, ῥάβδον ἀναφέρουσα μίαν, λεπτὴν, ξυλώδη[45], ὀρθὴν, μέλαιναν, ἔνδασυν, πηχυαίαν ἢ καὶ μείζονα· φύλλα δὲ ἐκ διαστημάτων, ἐσχισμένα μάλιστά που εἰς

41) Sic cod. C. et Lacuna; Ald. — Goupyl. *μικρά*.

42) Cod. X. *καὶ σκίῤῥων μαλακτικήν*.

43) Oribas. *μακρότερα*.

44) Haec synonyma iam Oribas. legit.

45) C. *ὑλώδη*.

rae similia, sed minora, ramulos longos, quibus circumplectitur quodcunque fulcrum. Nascitur autem in sepibus, vinetis ac segetibus. Succus foliorum potus alvum solvendi vim habet.

Cap. XL. [*De Elatine.*] Elatine folia habet helxines similia, minora tamen et rotundiora et hirsuta: ramos tenues, dodrantales, quinos senosve, a radice statim foliis refertos gustu acerbis. Nascitur in segetibus et cultis locis. Folia cum polenta imposita inflammatis fluxioneque infestatis oculis auxiliantur. Cocta vero herba ac sorpta intestinorum difficultatem coërcet.

Cap. XLI. [*De Eupatorio.*] Eupatorium, quod nonnulli hepatorium aut hepatitin, Romani volucrum maius dicunt, herba est suffruticosa, virgam proferens unam, gracilem, lignosam, rectam, nigram, hirsutam, cubitalem aut altiorem: folia per intervalla, in quinque potissimum

πέντε μοίρας ἢ καὶ πλείους, τοῖς τῆς πενταφύλλου ἢ καννάβεως μᾶλλον ἐοικότα, καὶ αὐτὰ δὲ ὑπομέλανα, πριονοειδῶς[46] ἐξ ἄκρων[47] ἐντετμημένα· σπέρμα δὲ περιπέφυκεν ἀνὰ μέσον[48] τοῦ καυλοῦ, ὑπόδασυ, κάτω νενευκὸς, ὡς καὶ τοῖς ἱματίοις ἐνίσχεσθαι ξηρανθέν. Ταύτης τὰ φύλλα, μετὰ στέατος χοιρείου[49] παλαιοῦ λεῖα ἐπιτεθέντα, τὰ δυςαπούλωτα τῶν ἑλκῶν ἰᾶται· τὸ δὲ σπέρμα καὶ ἡ πόα μετ᾽ οἴνου πινόμενα δυςεντερικοὺς καὶ ἑρπετοδήκτους ὠφελεῖ. Ἔνιοι ταύτην ἀργεμώνην[50] ἐκάλεσαν πλανηθέντες· ἑτέρα γάρ ἐστιν, ὡς ὑπεδείξαμεν.

Κεφ. μβ΄. [Περὶ Πενταφύλλου.] Πεντάφυλλον [οἱ δὲ πενταπετὲς, οἱ δὲ πεντάτομον, οἱ δὲ πενταδάκτυλον, οἱ δὲ ψευδοσέλινον, οἱ δὲ καλλιπέταλον, οἱ δὲ ξυλόλωτον, οἱ δὲ ξυλοπέταλον, οἱ δὲ ἄσφαλτον, οἱ δὲ πεντάκοινον, οἱ δὲ θυμιατῖτις, Αἰγύπτιοι ὀρφιτεβεώκη, οἱ δὲ ἔνωτρον, προφῆται ἴβεως ὄνυξ, οἱ δὲ πτερὸν ἴβεως, οἱ δὲ ἑρμοδάκτυλον,

46) Sic cod. N., Oribas. et Serap.; *πρινοειδῶς* Ald. et sequ.
47) N. *ἐπ᾽ ἄκρου.*
48) Sic cod. C. et Serap.; *ἀπὸ μέσου* Ald. et sequ.
49) C. N. *ὑείου.*
50) Quanquam omnes, quod sciam, codd. *ἀρτεμισίαν* habent, cogimur tamen e loco lib. 2. c. 207. comparato, et e Serap. interpretatione, sicut iam Marcellus et Ruellius, *ἀργεμώνην* substituere.

aut plures etiam partes divisa, quinquefolii aut cannabis foliis similia, et ipsa nigrescentia et serrae in modum versus apicem incisa. Semen in medio caule adnascitur subhirsutum, ac ita deorsum nutans, ut etiam siccatum vestibus adhaereat. Huius folia cum adipe suillo veteri trita et imposita ulceribus cicatricem aegre trahentibus medentur. Tum semen, tum et herba pota ex vino dysentericis, hepaticis et quos serpentes momorderint, opitulantur. Ceterum hanc nonnulli errore inducti argemonem appellarunt, cum tamen alia sit, ut probavimus.

Cap. XLII. [*De Quinquefolio.*] Pentaphyllon, quod nonnulli pentapetes, alii pentatomon aut pentadactylon, alii pseudoselinum aut callipetalon, alii xylolotou aut xylopetalon, alii asphalton aut pentacoenum, alii thymiatitis, Aegyptii orphitebeoce aut enotron, prophetae ibis unguem aut aiam, alii hermodactylon, Romani quinquefo-

Ῥωμαῖοι κιγκεφόλιουμ, Γάλλοι πεμπέδουλα, Δακοὶ προπεδουλά] *κλῶνας*[51] *φέρει καρφοειδεῖς, λεπτούς, σπιθαμιαίους, ἐφ' ὧν ὁ καρπός· φύλλα δὲ ἔχει ἐοικότα ἡδυόσμῳ, πέντε καθ' ἕκαστον μόσχον, σπανίως δέ που πλείονα, κύκλωθεν ἐσχισμένα πριονοειδῶς, ἄνθος δὲ ὠχρὸν*[52]*, χρυσοειδές· φύεται δὲ ἐν ἐφύδροις τόποις καὶ παρ' ὀχετοῖς· ῥίζαν δὲ ἔχει ὑπέρυθρον, ἐπιμήκη, παχυτέραν ἐλλεβόρου μέλανος*[53]*· ἔστι δὲ πολύχρηστος. Δύναται δὲ τὸ τῆς ῥίζης ἀφέψημα ἄχρι τρίτου καταβιβασθὲν ἐν τῇ ἑψήσει, ὀδονταλγίας παύειν, διακρατούμενον ἐν τῷ στόματι· καὶ σηπεδόνας τὰς ἐν τῷ στόματι διακλυζόμενον ἵστησι· καὶ τραχύτητας ἀρτηρίας ἀναγαργαριζόμενον παραιτεῖται· κοιλίᾳ τε ῥεούσῃ καὶ δυσεντερίᾳ βοηθεῖ· ἀρθριτικοῖς τε καὶ ἰσχιαδικοῖς πινόμενον· ἑφθὴ δὲ ἐν ὄξει λεία καταπλασσομένη ἕρπητας ἐπέχει· διαφορεῖ χοιράδας, σκληρίας, ἀνευρύσματα*[54]*, ἀποστήματα· ἐρυσιπέλατα*[55] *καὶ πτερύγια τὰ ἐν δακτύλοις καὶ κονδυλώματα καὶ ψώρας*[56] *ἰᾶται· ὁ δὲ χυλὸς τῆς ῥίζης ἁπαλῆς ποιεῖ πρὸς τὰ*

51) *κλώνια.*
52) Sic codd. C. et N.; *ὠχρόλευκον* Ald. et sequ.
53) C. solum *ὑπόπαχυν.*
54) C. add. *νεύρων σπάσματα.*
55) Cantacuz. *ἀποσύρματα.*
56) Lacuna *ἀχῶρας.*

lium, Galli pempedula, Daci propedula vocant] ramos fert festucaceos, tenues. dodrantales, in quibus semen: folia menthae similia, quina, raro plura in singulis petiolis, in ambitu serrata: florem pallidum vel aureum. Nascitur in aquosis locis et iuxta rivos. Radicem habet subrubram, elongatam, helleboro nigro crassiorem: cuius usus est multiplex. Valet autem radicis ius ad tertiam partem coctione absumtum, si ore detineatur, ad dolorem dentium sedandum: putrida etiam oris ulcera collutione sistit; fistulae spiritalis aspritudines gargarizatu emendat: contra alvi profluvium et dysenteriam iuvat, itemque eos, qui arthritide aut coxendicis malo vexati id biberint. Trita radix in aceto cocta et imposita herpetas cohibet. Strumas, duritias, oedemata, aneurysmata et abscessus discutit. Erysipelatis, digitorum 'pterygiis, condylomatis psorisque medetur. Tenerae radicis succus contra iocinoris

ἐν ἥπατι καὶ πνεύμονι πάθη, καὶ τὰ θανάσιμα· τὰ δὲ φύλλα πίνεται μεθ' ὑδρομέλιτος ἢ οἴνου κεκραμένου καὶ πεπέρεως ὀλίγου πρὸς περιόδους· ἐπὶ μέντοι τεταρταίου τεσσάρων κλωναρίων φύλλα, ἐπὶ δὲ τριταίου δυοῖν[57], ἐπὶ δὲ ἀμφημερινοῦ[58] ἑνός· ἀρήγει δὲ καὶ ἐπιληψίας πινόμενα ἀνὰ φύλλων λ'[59] ἐφ' ἡμέρας λ'· ὑγιάζει δὲ καὶ ἴκτερον ταχέως ὁ χυλὸς τῶν φύλλων ποθεὶς ἐπί τινας ἡμέρας τριῶν κυάθων πλῆθος· τραύματά τε καὶ σύριγγας μεθ' ἁλῶν καὶ μέλιτος καταπλαττόμενα ἰᾶται· βοηθεῖ δὲ καὶ ἐντεροκηλικοῖς, καὶ αἱμοῤῥαγίας ἵστησι πινόμενον καὶ καταπλασσόμενον· τέμνεται δὲ καὶ πρὸς καθαρμοὺς καὶ ἁγνείας καὶ αἱμοῤῥαγίας.

Κεφ. μγ'. [Περὶ Φοίνικος.] Φοῖνιξ, οἱ δὲ ῥοῦν, οἱ δὲ ἀγχίνωπα[60], οἱ δὲ φοινικόπτερον, οἱ δὲ ῥοῦν στάχυος[61], οἱ δὲ ὀσθάλην, Ῥωμαῖοι παλόλου κουπίνουμ[62], Αἰγύπτιοι ἄθνον. Τὰ μὲν φύλλα ἔχει ὅμοια κριθῇ, βραχύτερα δὲ

57) C. N. δυεῖν φύλλων ποθεὶς. Ald. τριῶν.
58) Sic C. N. et Ald.; ἐφημερινοῦ Cornar., Goupyl., Sarac.
59) Sic C. N. et Ald.; Marcell. et Asulan. ad notha ablegarunt.
60) Salmas. proleg. ad homon. p. 2. ἀγχύνωπα, ut et Oribas.
61) Salmas. ῥουσοστάχυον.
62) N. παλόλου κουπινοῦλα.

pulmonisque vitia prodest, itemque adversus venena. Folia autem cum hydromelite aut vino diluto et piperis exiguo bibuntur contra febrium circuitus: in quartana quidem quaternûm ramulorum folia, in tertiana duorum, in amphimerina unius. Adminiculo etiam sunt tricena folia per triginta dies pota in comitiali morbo. Celeriter regio morbo medetur foliorum succus, per aliquot dies ad tres cyathos bibitus. Cum sale ac melle imposita folia tam vulneribus, quam fistulis remedio sunt. Opitulatur et iis, quorum intestina provoluta sunt, et sanguinis cursum sistit herba, tum potu, tum etiam illitu. Inciditur et ad expicationes lustrationesque, et contra sanguinem erumpentem.

Cap. XLIII. [*De Phoenice.*] Phoenix, aliis rhus aut anchinops, aliis phoenicopteron, aut rhus stachyos, aut osthales dicta, Romanis palolu cupinum, Aegyptiis athnon: folia habet hordeo similia, sed breviora et angustiora,

καὶ στενώτερα, στάχυν δὲ ἐμφερῆ τῇ αἴρᾳ[63]*, κλῶνας δὲ ἐξαδακτύλους κύκλῳ τῆς ῥίζης· καὶ στάχυς ζ' ἢ η'. Φύεται δὲ ἐν ἀρούραις καὶ ἐπὶ τῶν στεγῶν τῶν νεοκαταχρίστων. Δύναμιν δὲ ἔχει πινόμενος*[64] *ἐν οἴνῳ αὐστηρῷ, διάῤῥοιαν καὶ αἱμοῤῥαγίαν τὴν ἐκ μήτρας, καὶ οὔρων πλείονα φορὰν ἱστᾶν· ἱστοροῦσι δέ τινες καὶ ἴσχαιμον αὐτὴν εἶναι ἐνδεσμουμένην φοινικῷ ἐρίῳ καὶ περιαπτομένην.*

Κεφ. μδ'. [Περὶ Ἰδαίας ῥίζης.] Ἰδαία ῥίζα ὀξυμυρσίνῃ τὰ φύλλα ἔοικε· παρ' αὐτὰ δὲ ὡς ἕλικες μικραὶ πεφύκασιν, ἐξ ὧν καὶ τὸ ἄνθος· ταύτης ἡ ῥίζα, στυπτικὴ σφόδρα, ἁρμόζοντα ἐφ' ὧν στύψεώς ἐστι χρεία· πίνεται δὲ καὶ πρὸς ῥεῦμα κοιλίας καὶ ῥοῦν γυναικεῖον· αἱμοῤῥαγίαν τε πᾶσαν ἵστησι.

Κεφ. με'. [Περὶ Ῥοδίας ῥίζης.] Ῥοδία ῥίζα, οἱ δὲ ῥοδίδα καλοῦσι, γεννᾶται ἐν Μακεδονίᾳ, ἐοικυῖα κόστῳ, κουφοτέρα δὲ καὶ ἀνώμαλος, ῥόδων ἐν τῇ διατρίψει ἀποφορὰν ποιοῦσα ὁμοίαν· χρησιμεύει δὲ ἐπὶ τῶν κεφαλαλγούντων σὺν

63) C. N. *αἴραις.*
64) Sic C. N.; *πινόμενον* editt.

spicam vero lolio similem, et ramos senûm digitorum circa radicem, ac spicas septenas octonasve. Nascitur in arvis tectisque recens illitis. Vim habet pota in austero vino, ut alvi profluvium sanguinisque e matrice cursum ac urinae largiorem fluxum sistat. Tradunt et nonnulli in vellere puniceo amuleti ad instar adalligatam, sanguinem cohibere.

Cap. XLIV. [*De Idaea radice.*] Idaeae radicis folia oxymyrsinen referunt: iuxta ipsa exigui vero sunt velut capreoli, e quibus et flos. Radix valde astringit, iis iccirco conveniens, quibus astrictione opus est. Bibitur et adversus alvi profluvia fluoremque muliebrem: omnem denique sanguinis eruptionem sistit.

Cap. XLV. [*De Rhodia radice.*] Rhodia radix, quam alii et rhodida vocant, provenit in Macedonia, costo similis, at levior et inaequalis, quae, dum conteritur, rosarum odorem spirat. Caput dolentibus utilis est, si cum

νάρδῳ[65] λεπτὴ ἐπιτιθεμένη καὶ ἐμβρεχομένη μετώπῳ καὶ κροτάφοις.

Κεφ. μϛ΄. [Περὶ Ἱππούριδος.] Ἵππουρις [οἱ δὲ τριμάχιον, οἱ δὲ ἀνάβασις, οἱ δὲ χαράδρανον, οἱ δὲ ἔφεδραν, οἱ δὲ ἰτέαν δένδρον, οἱ δὲ γὶς, οἱ δὲ σχοινιόστροφον, Αἰγύπτιοι φερφρὰ, προφῆται Κρόνου τροφὴ, Ῥωμαῖοι ἐκυνάλις, οἱ δὲ σάλιξ ἐκυνάλις,] φύεται ἐν τόποις ἐφύδροις καὶ τάφροις· καυλία ἔχει κενὰ, ὑπέρυθρα[66], ὑποτραχέα, στερεὰ, γόνασι διειλημμένα ἐμπεφυκόσιν εἰς ἄλληλα· περὶ δὲ αὐτὰ σχοινώδη φύλλα πυκνὰ, λεπτά· αὔξεται δὲ εἰς ὕψος ἀναβαίνουσα ἐπὶ τὰ παρακείμενα στελέχη, καὶ κατακρημνᾶται περικεχυμένη κόμαις πολλαῖς μελαίναις, καθάπερ ἵππου οὐρά· ῥίζα ξυλώδης, σκληρά. Στυπτικὴ δὲ ἡ πόα· ὅθεν ὁ χυλὸς αὐτῆς αἱμοῤῥαγίας ἵστησι τὰς ἐκ μυκτήρων· καὶ δυςεντερίας ὠφελεῖ, πινόμενος μετ᾽ οἴνου· κινεῖ δὲ οὖρα· τὰ δὲ φύλλα ἔναιμα τραύματα κολλᾷ, λεῖα ἐπιπασσόμενα· ἡ δὲ ῥίζα καὶ ἡ πόα βήσσουσί τε καὶ ὀρθοπνοϊκαῖς καὶ ῥηγματίαις ἀρήγει·

65) Sic cod. C. et Ald.; ῥοδίνῳ ὀλίγῳ Asulan. et sequ.

66) Deest in Oribas., sed habet Serap.

nardo tenuiter imponatur, aut fronti temporibusque inspergatur.

Cap. XLVI. [*De Equiseto.*] Equisetum [quod alii trimachion, anabasin, charadranon, alii ephedran, aut salicem arborem, alii gis, alii schoeniostrophon, Aegyptii pherphra, prophetae Saturni alimentum, Romani equinalem aut salicem equinalem appellant] nascitur in locis aquosis et fossis. Cauliculos edit inanes, rubescentes, subasperos, rigidos, geniculis interseptos sibi invicem innatis: circa eosdem folia iuncea crebra, tenuia. Succrescit autem in sublime, vicinos scandens truncos et ex iis dependens circumfusum comis multis, nigrescentibus, quae equi caudam referunt. Radix est lignea, dura. Herba autem astringit, unde et succus ipsius sanguinis eruptionem e naribus sistit, ac prodest dysenteriis in vino potus, et urinam ciet. Foliis tritis inspersisque vulnera glutinantur. Radix vero et herba tussientibus erectaque cervice spirantibus ruptisque succurrunt. Narrantur et folia in aqua

ἱστορεῖται δὲ καὶ ἐντέρου διαιρέσεις καὶ κύστεως διακοπὴν καὶ ἐντεροκήλην συνάγειν τὰ φύλλα πινόμενα ἐν ὕδατι.

Κεφ. μζ΄. [Περὶ ἑτέρας Ἱππούριδος.] Ἵππουρις ἑτέρα [οἱ δὲ ἐκύτιον, οἱ δὲ χέδραν, οἱ δὲ γύνον, Ῥωμαῖοι σάλιξ ἐκύνα[67]]. Καυλός ἐστιν ὀρθὸς, ἴσος, μείζων δὲ πήχεως, ὑπόκενος[68]· κόμας ἐκ διαστημάτων ἔχουσα βραχυτέρας καὶ λευκοτέρας καὶ μαλακωτέρας· ἥτις καὶ αὐτὴ λεανθεῖσα σὺν ὄξει τραύματα ἰᾶται, τὴν αὐτὴν ἔχουσα δύναμιν.

Κεφ. μη΄. [Περὶ Κόκκου βαφικῆς,] Κόκκος βαφικὴ θάμνος ἐστὶ μικρὸς[69], φρυγανώδης, ᾧ πρόσκεινται οἱ κόκκοι ὡς φακοὶ[70], οἵτινες ἐκλεγόμενοι συντίθενται. Ἀρίστη δέ ἐστιν ἡ γαλατιατικὴ καὶ ἡ ἀρμενιακὴ[71], ἔπειτα ἡ ἐν Ἀσίᾳ[72] καὶ ἡ κιλίκειος[73]· ἐσχάτη δὲ πασῶν ἡ ἐν Ἱσπανίᾳ. Δύναμιν δὲ

67) Sic Ald.; *ἐκυνάλις* Cornar. et sequ.

68) Cur Asulan., et qui eum exceperunt, ad notha hanc descriptionem ablegarint, haud liquet. Codd. omnes et Ald. habent. Neque alia constructio, quam Sarac. suadet, necessaria est.

69) *Μικρὸς* defuit in exemplari veterrimo Salmasii Plin. exercit. p. 194.

70) Salmas. legit *ᾧ προσκ. οἱονεὶ φακοί.*

71) Serap. interponit *Andabasi*, quod forte ex *Ἀμβρυσὸς*, Phocidis oppido, cocci feraci praestantis, natum. Cf. Pausan. 10, 36.

72) Est *Ἀσία ἰδίως λεγομένη* Strab. lib. 12. p. 232., quae Ioniam complectebatur et Phrygiam. Dilabuntur ergo Saraceni coniecturae. Sed Serap. *Siana* et *Lithia* habet (*Ἀσίᾳ* forte et *Λυδίᾳ*).

73) Cod. C. solummodo legit: *ἀρίστη δέ ἐστιν ἡ ἐν Ἀσίᾳ καὶ Γαλατίᾳ, ἔπειτα ἡ κιλίκειος.*

bibita divisionem intestini, vesicae dissectionem et intestinorum provolutionem cogere.

Cap. XLVII. [*De Equiseto altero.*] Equisetum alterum [quod et equitium, chedran aut gynon appellant, Romanis dicitur salix equina]. Caulis est rectus, aequalis, cubito altior, quodammodo inanis: comas habet per intervalla breviores, albidiores et molliores. Id cum aceto subactum vulnera sanat, eadem, qua prius, vi gaudens.

Cap. XLVIII. [*De Cocco tinctili.*] Coccum tinctile est fruticulus ramosus, cui grana ceu lentes adhaerent, quae quidem selecta reponuntur. Optimum est galaticum et armeniacum: dein in Asia (proprie sic dicta) et Cilicia: postremum locum obtinet, quod in Hispania gigni-

ἔχει στυπτικὴν, ἁρμόζουσαν τραύμασι καὶ νεύρων τρώσεσι, λεία μετ᾽ ὄξους καταπλασσομένη. Γίνεται δὲ ἡ ἐν Κιλικίᾳ ἐν ταῖς δρυσὶν [74], ὁμοίως κοχλίᾳ μικρῷ, ἣν αἱ τῇδε γυναῖκες στόνυξιν [75] ἀναλέγουσαι κόκκον καλοῦσιν.

Κεφ. μθ΄. [Περὶ Τραγίου.] Τράγιον φύεται μὲν ἐν Κρήτῃ μόνῃ· ἔχει δὲ τὰ φύλλα σχίνῳ ὅμοια καὶ τὰς ῥάβδους καὶ τὸν καρπὸν, μικρότερα [76] δὲ πάντα· φέρει δὲ ὀπὸν, κόμμει παραπλήσιον. Ταύτης τὰ φύλλα καὶ ὁ καρπὸς καὶ τὸ δάκρυον, καταπλασσόμενα σὺν οἴνῳ, ἐπισπᾶται σκόλοπας καὶ πάντα τὰ ἐμπηγνύμενα. πινόμενα δὲ στραγγουρίαν ἰᾶται, καὶ λίθους τοὺς ἐν κύστει θρύπτει, καὶ καταμήνια ἄγει· λαμβάνεται δὲ ὁλκὴν < α΄. Φασὶ δὲ καὶ τὰς ἀγρίας αἶγας τοξευθείσας καὶ νεμηθείσας τὴν πόαν, ἐκβάλλειν τὰς ἀκίδας.

Κεφ. ν΄. [Περὶ ἄλλου Τραγίου.] Τράγιον ἄλλο [οἱ δὲ τράγος, οἱ δὲ τραγόκερως, οἱ δὲ σκορπίον, οἱ δὲ γάργα-

74) Anguill. p. 263. legere maluit ἐν τοῖς (ταῖς) πρίνοις.

75) Codd. omnes et Serap. τῷ στόματι. In cod. X. tamen στομώματι, cum scholio librarii στρέμματι. Marcell. et Cornar. ἐν τῷ θέρει, temere magis quam recte. Salmas. τῷ στύμματι, i. e. εἰς τὸ στύμμα, *in tincturam.* Denique Tychsenius apud Beckmannum Gesch. der Erf. 3. p. 11. egregie τῷ στόνυχι ex Hesychio et more etiam hodierno emendavit.

76) Guiland. et Honor. Bell. in Clus. hist. 2, 305. μακρότερα malunt. Ceterum cod. N. loco σχίνῳ habet ἐχίνῳ.

tur. Vis huic astringens, unde idonea est vulneribus nervorumque plagis, si tritum cum aceto imponitur. Nascitur autem cilicium in quercubus, exilis cochleae similitudine: id illius regionis mulieres ferramento cuspidato (vel unguibus acutis) legunt et coccum dicunt.

Cap. XLIX. [*De Tragio.*] Tragium in Creta sola nascitur, lentisco simile, quoad folia, ramos ac fructum, sed minora omnia. Liquorem profert gummi similem. Folia eius, fructus et lacrima, imposita ex vino, spicula omniaque corpori impacta eliciunt. Pota eadem drachmae unius pondere stranguriae medentur, calculos vesicae comminuunt, et menses trahunt. Aiunt et sylvestres capras sagittis ictas huius herbae pabulo spicula excutere.

Cap. L. [*De Tragio altero.*] Tragium alterum [alii tragon aut tragocerota, scorpion etiam et garganon vocant,

νον, Ῥωμαῖοι κορνουλάκα, οἱ δὲ βιτουένσα[77], Δακοὶ σαλία, Αἰγύπτιοι σοβὲρ, Ἀφροὶ ἀχοιοσίμ] τὰ μὲν φύλλα ἔχει ὅμοια σκολοπενδρίῳ, ῥίζαν δὲ λεπτὴν, λευκὴν, παραπλησίαν ῥαφάνῳ ἀγρίᾳ[78]· ἥτις βοηθεῖ δυσεντερικοῖς ὠμή τε καὶ ἑφθὴ, ἐσθιομένη· προβάλλει δὲ κατὰ τὸ φθινόπωρον τὰ φύλλα τράγου ὀσμὴν, ὅθεν καὶ ὠνόμασται τράγιον· φύεται δὲ ἐν ὀρεινοῖς καὶ κρημνώδεσι τόποις[79].

Κεφ. να΄. [Περὶ Τράγου.] Τράγος, οἱ δὲ σκορπίον, οἱ δὲ τράγανος· φύεται παρὰ θαλάττῃ[80] μάλιστα· θαμνίσκος ἐπὶ γῆς, ἐπιμήκης[81], οὐ μέγας, ὅσον σπιθαμῆς ἢ μείζων, φύλλα δὲ οὐκ ἔχει· ἐπὶ δὲ τῶν κλάδων πρόςκεινται οἱονεὶ ῥάγες[82] μικραὶ, πυῤῥαὶ, κατὰ μέγεθος πυροῦ, ὀξεῖαι ἐπ᾽ ἄκρου, πολλαὶ, λίαν γευσαμένῳ στυπτικαί. Τούτου ὁ καρπὸς, ὡς ῥάγες δέκα σὺν οἴνῳ ποθεῖσαι, κοιλιακοὺς καὶ ῥοϊκὰς γυναῖκας ὠφελοῦσιν· ἔνιοι δὲ καὶ κόπτοντες αὐτὸν ἀναπλάττουσι τροχίσκους εἰς ἀπόθεσιν[83], καὶ οὕτω χρῶνται.

77) C. add. Ἑρκούλου δεντάρια. 78) C. add. ἢ ἀκόρῳ.

79) Cur haec de statione ad notha amandarint Asulan. et Marc., non liquet. 80) C. N. θάλασσαν.

81) ἐπὶ γῆς, ἐπιμ. desunt in cod. C.

82) C. N. ῥῶγεις, cum mascul. adiect. 83) N. ἀγγοθεσίαν.

Romani cornulacam et bituensam, Daci saliam, Aegyptii sober, Afri achoiosim] folia habet scolopendrii, radicem tenuem, albam, raphani sylvestris similem. Haec, seu cruda seu cocta comedatur, dysentericis est auxilio. Ceterum folia per autumnum hircinum odorem spirant, quapropter et tragion vocatur. Provenit in montibus locisque praeruptis.

Cap. LI. [*De Trago.*] Tragus, quem aliqui scorpium, alii traganon dicunt, nascitur maxime ad oram maritimam. Fruticulus est per terram sparsus, elongatus, non ita magnus, dodrantalis aut maior. Folia autem nulla habet: sed circa ramos haerentes gerit velut uvas pusillas, rufas, tritici mole, summa parte acuminatas, numerosas, gustuque valde astringentes. Fructus, uvarum forma, deni ex vino poti coeliacis feminisque fluore laborantibus auxiliantur. Sunt et qui tusos digerant in pastillos, quo melius asserventur, iisque ita utantur.

Κεφ. νβ'. [*Περὶ Σχοίνου ἑλείας.*] *Σχοῖνος ἑλεία*[84] [*οἱ δὲ ὀξύπτερνος, οἱ δὲ ὀφρῦς ἡλίου, Ῥωμαῖοι ἰούγκουμ μαρίνουμ, οἱ δὲ μανουάλεμ, Ἀφροὶ χούδουα*]· *τούτου δισσὸν εἶδος*[85]· *τὸ μὲν ὀξύσχοινος, ἄποξυς ἐπ' ἄκρου· δισσὸν δὲ καὶ ταύτης εἶδος· ἡ μὲν γὰρ ἄκαρπος, ἡ δὲ καρπὸν μέλανα ἔχει, περιφερῆ· παχύτεροι δὲ ταύτης οἱ κάλαμοι καὶ σαρκωδέστεροι. Ἔστι δὲ καὶ τρίτη πολλῷ σαρκωδεστέρα καὶ παχυτέρα*[86] *τοῖν δυοῖν, ὁλόσχοινος λεγομένη· ἔχει δὲ καὶ αὐτὴ καρπὸν ἐπ' ἄκρου ὅμοιον τῷ πρὸ αὐτῆς. Ἀμφοτέρων δὲ ὁ καρπὸς φρυγεὶς καὶ πινόμενος μετὰ κράματος, κοιλίαν καὶ ῥοῦν ἐρυθρὸν ἵστησι, καὶ οὖρα κινεῖ· ἔστι δὲ καὶ κεφαλαλγής· τὰ δὲ πρὸς τὴν ῥίζαν ἁπαλὰ φύλλα καταπλαττόμενα φαλαγγιοδήκτοις ἁρμόζει. Ἡ δὲ εὐριπικὴ*[87] *σχοῖνος ὑπνωτικὸν ἔχει τὸν καρπόν· φυλάττεσθαι δὲ δεῖ αὐτοῦ ἐν ταῖς πόσεσι τὸ πλῆθος· καροῖ γὰρ λίαν.*

84) Ald. *Ὀξύσχινος*, Asulan. — Goupyl. *Σχῖνος.*

85) Quod post Ald. adiungunt: *τὸ μέντοι αὐτοῦ καλεῖται σχοῖνος λεία*, deest in Serap.; Paull. Aegin. lib. 7. p. 255. eius loco *σχοῖνος ἐλεία*, quod et hic substituendum censet Salmas. Plin. exercit. p. 185.

86) Sic Theophr. hist. 4, 12. Galen. fac. simpl. 8. p. 137. et Serap.; *παχυτέρα* omittitur ab Oribas. et cod. C., *τραχυτέρα* Ald., Sarac.

87) Sic codd. C. et N. Sic et Plin. 21. 71. et Harduin. ad h. l.; *αἰθιοπικὴ* editt. *Κατ' ἐξοχὴν* dicitur *Εὔριπος*, qui Euboeam a Graecia continenti disterminat. Strabo lib. 10. p. 6. 7.

Cap. LII. [*De Schoeno palustri.*] Schoenus palustris, [aliis oxypternos, aut solis supercilium, Romanis iuncus marinus vel manualis, Afris chudua dictus]: duplex est eius genus. Alterum, oxyschoenos dictum, apice acutum est. Et huius duae sunt species, siquidem altera sterilis, altera fructum gerit nigrum, rotundum: posterioris culmi carnosiores et crassiores sunt. Est et tertia species (seu alterum genus) multo carnosior et crassior utraque praedicta, holoschoenos vocatur. Habet et haec fructum in summitate, sicut praedictum genus. Utriusque fructus tostus et ex vino diluto potus alvum sistit fluoremque mulierum rubentem: urinas quoque movet, at capitis dolores excitat. Folia vero tenera, radici proxima, imposita phalangiorum morsibus apta sunt. Ceterum euripicae schoeni semen somnum allicit: sed vitanda in potionibus maior ipsius copia, quippe veternum gravem inducit.

Κεφ. νγʹ. [Περὶ Λειχῆνος.] Λειχὴν ὁ ἐπὶ τῶν πετρῶν, οἱ δὲ βρύον καλοῦσι· βρύον[88] *ἐστὶ προσεχόμενον ταῖς ἐνδρόσοις πέτραις· τοῦτο καταπλασθὲν*[89] *αἱμοῤῥαγίας ἵστησι, καὶ φλεγμονὰς παραιτεῖται, καὶ λειχῆνας θεραπεύει· ὠφελεῖ δὲ καὶ ἰκτερικοὺς μετὰ μέλιτος διαχριόμενον· στόματος δὲ καὶ τῆς γλώττης ῥευματισμοὺς παραιτεῖται*[90].

Κεφ. νδʹ. [Περὶ Παρωνυχίας.] Παρωνυχία [οἱ δὲ ἀδόκητος, οἱ δὲ νευρὰς, οἱ δὲ φρύνιον, Ῥωμαῖοι βουϊνάλις] φύεται ἐν πέτραις, θαμνίσκιον ὅμοιον πέπλῳ, τῷ δὲ μήκει ἔλαττον, τοῖς δὲ φύλλοις μεῖζον· ὅπερ καταπλασθὲν λεῖον ὅλον παρωνυχίας καὶ κηρία[91] *θεραπεύει.*

Κεφ. νεʹ. [Περὶ Χρυσοκόμης.] Χρυσοκόμη, [οἱ δὲ χρυσῖτις, οἱ δὲ χρυσάνθεμον, οἱ δὲ ἀμάραντον, οἱ δὲ Διὸς πώγων, Ῥωμαῖοι Ἰόβις βάρβα, Ἀφροὶ δουβὰθ, οἱ δὲ βουρχουμάθ] θαμνίον[92] *ἐστὶ σπιθαμιαῖον, ἔχον κόμην κορυμβοει-*

88) Sarac. e Galen. fac. simpl. 7. p. 57. *οἷον βρύον τι.*

89) C. *καταπασσόμενον.*

90) Plin. 26, 10. sic legisse videtur: *διαχριομένου στόματός τε καὶ τῆς γλώττης ῥευμ.* Namque sic interpretatur: *Morbum regium cum melle sanat, ore illito et lingua.*

91) Sic et Galen. fac. simpl. 8. p. 96. citato loco nostro; *σκληρίας* cod. N. et Ruell.

92) Sic Ald., cod. N. et Sarac.; *ῥαβδίον* cod. C., Asulan. — Goupyl. et Oribas.

Cap. LIII. [*De Lichene.*] Lichen, qui petris innascitur, quem alii bryon vocant, est muscus roscidis rupibus adhaerens. Is impositus sanguinis sistit eruptiones, inflammationes lenit, et impetigini medetur. Iuvat et arquatos cum melle illitus: ceterum fluxionibus oris linguaeque succurrit.

Cap. LIV. [*De Paronychia.*] Paronychia [aliis adocetos, aliis neuras, aut phrynion, Romanis buinalis (unguinalis *Marcell.*) dicitur] fruticulus est in rupibus nascens, peplo similis, sed brevior; foliis tamen maioribus. Ea tota contrita paronychiis et favis remedio est.

Csp. LV. [*De Chrysocome.*] Chrysocome [aliis chrysitis aut chrysanthemon vel amaranton, Romanis Iovis barba, Afris dubath aut burchumath dicta] fruticulus est dodrantalis, comam corymbis similem habet, sicut hysso-

δῆ[93], ὁμοίαν ὑσσώπῳ· ῥίζαν δασεῖαν, λεπτὴν, ὡς ἐλλεβόρου μέλανος, γευσαμένῳ οὐκ ἀπηνῆ, κυπαρίσσῳ ἴσην οὖσαν[94], ἐν τῷ γλυκεῖ ὑπαυστηράν· φύεται ἐν παλισκίοις καὶ πετρώδεσι. Δύναμιν δὲ ἔχει θερμαντικὴν καὶ στυπτικὴν ἡ ῥίζα, ἡπατικοῖς καὶ περιπνευμονικοῖς ἁρμόζουσαν· λαμβάνεται δὲ καὶ σὺν ὑδρομέλιτι ἑφθὴ πρὸς κάθαρσιν ὑστέρας.

Κεφ. νϛ'. [Περὶ Χρυσογόνου.] Χρυσόγονον [οἱ δὲ χρυσόσπερμον, οἱ δὲ δάσπιν, οἱ δὲ ὀρίγανον, οἱ δὲ ἀρκόφθαλμον, Ῥωμαῖοι ἀριλάρια[95]] φύλλα ἔχει ὅμοια δρυΐ· ὁ δὲ θαμνός ἐστι πυκνὸς, ἄνθος δὲ παραπλήσιον τῷ στεφανωματικῷ φλόμῳ, ῥίζαν ὁμοίαν γογγύλῃ, ἔνδοθεν ἰσχυρῶς ἐρυθρὰν, ἔξωθεν δὲ μέλαιναν· ἥτις βοηθεῖ σὺν ὄξει λεανθεῖσα[96] καὶ ἐπιτεθεῖσα μυγαλῆς δήγμασιν.

Κεφ. νζ'. [Περὶ Ἑλιχρύσου.] Ἑλίχρυσον, οἱ δὲ χρυσάνθεμον, οἱ δὲ καὶ τοῦτο ἀμάραντον καλοῦσιν, ᾧ καὶ τὰ εἴδωλα[97] στεφανοῦσι· ῥαβδίον λευκὸν, χλωρὸν, ὀρθὸν, στε-

93) Dalechamp. p. 685. κορυμβώδη.
94) κυπαρίσσῳ Oribas., codd. C. N. et Salmas. homon. p. 18. Sed hic κυπ. ὑποκύουσαν habet, non tolerandum, cod. C. ποιοῦσαν, N. ἐμποιοῦσαν, Ald. — Sarac. κυπείρῳ ἴσην οὖσαν.
95) C. ἀγριλάρια. 96) C. ἐψηθεῖσα.
97) Sic Asulan. cum sequentibus; ὕδατα Ald., τοὺς θεοὺς codd. C. N.

pus: radicem hirsutam, tenuem, ceu hellebori nigri, sed gustanti haud insuavem, cupresso proximam, cum dulci subausteram. In opacis nascitur et petrosis. Radix calefacientem vim et astringentem habet, hepaticis et peripneumonicis accommodatam. Sed et eadem decocta in aqua mulsa ad purgandam vulvam assumitur.

Cap. LVI. [*De Chrysogono.*] Chrysogonon [quod alii chrysospermon, alii daspin, aut origanon et arcophthalmon vocant, Romani arillariam (aureliam *Sarac.*) est frutex densus, foliis quernis, flore verbasci coronarii, radice rapi, intus quidem ruberrima, foris vero nigra. Haec cum aceto subacta et imposita contra muris aranei morsus auxiliatur.

Cap. LVII. [*De Elichryso.*] Elichrysum quidam chrysanthemon, alii et hoc amaranton vocant, quo et Deorum simulacra coronant. Virgula est ex albido virens

ϱεόν· φύλλα στενὰ ἐκ διαστημάτων ἔχον πρὸς τὰ τοῦ ἀβϱοτόνου, κόμην κυκλοτεϱῆ, σκιάδια χϱυσοφανῆ, πεϱιφεϱῆ[98], ὥςπεϱ κοϱύμβους ξηϱοὺς, ῥίζαν λεπτήν· φύεται δὲ ἐν τϱαχέσι καὶ χαϱαδϱώδεσι τόποις. Βοηθεῖ δὲ ἡ κόμη, σὺν οἴνῳ ποθεῖσα, δυςουϱίαις καὶ ἑϱπετῶν δήγμασι, καὶ ἰσχιάσι καὶ ῥήγμασι· καὶ ἔμμηνα ἄγει· καὶ θϱόμβους αἵματος τοὺς ἐν κύστει[99] ἢ κοιλίᾳ τήκει, σὺν οἰνομέλιτι[100] πινομένη· ἴσχει δὲ καὶ κατάῤῥουν, ὅσον τϱιώβολον νήστει δοθεῖσα ἐν κϱάματι οἴνου λευκοῦ· συντίθεται δὲ καὶ μετὰ ἱματίων, ἄβϱωτα τηϱοῦσα αὐτά.

Κεφ. νη'. [Πεϱὶ Χϱυςανθέμου.] Χϱυςάνθεμον, ἢ χαλκὰς, οἱ δὲ βούφθαλμον, [οἱ δὲ χαλκῖτιν, οἱ δὲ χάλκανθον, οἱ δὲ χαλκάνθεμον, Ῥωμαῖοι κάλθαμ[1], Θοῦσκοι γαϱούλεουμ, Ἀφϱοὶ χούϱζητα] τϱυφεϱά τις πόα, θαμνοειδὴς δὲ, λείους[2] ἀναφέϱουσα καυλοὺς, καὶ φύλλα πολυσχιδῆ[3]· ἄνθη μήλινα, ἰσχυϱῶς στίλβοντα καὶ ὀφθαλμοειδῶς[4] κυκλοτεϱῆ· διὸ καὶ

98) Sic cod. C.; κόμ. κυκλ. χϱυσοφ. σκιάδιον πεϱιφεϱές vulgo.
99) C. ἐν κύστει διατήκει.
100) Lacuna et C. σὺν οἴνῳ ἢ οἰνομέλ.
1) Sic Marcell. bene loco vulg. ἄκανθα. 2) C. πλείους.
3) C. et Marcell. in cod. πϱοσχιδῆ.
4) Sic C.; ὀφθαλμόν editt.

recta, solida: folia habens angusta, distantia, abrotono similia: comam circinatam et umbellas ex aureo fulgentes, rotundas, velut corymbos aridos, radicem autem tenuem. Nascitur in asperis locis et ad torrentium ripas. Coma ex vino pota contra urinae difficultatem, serpentium morsus, ischiada ruptaque opitulatur, mensesque ciet. Sanguinem concretum ventris ac vesicae consumit, cum mulso pota. Sistit et destillationes, trium obolorum pondere ieiunis potui data in vino albo diluto. Vestibus denique interponitur, ut eas a vermibus tueatur.

Cap. LVIII. [*De Chrysanthemo.*] Chrysanthemon, seu chalcas, aliis buphthalmon, [aliis chalcitis, aut chalcanthon et chalcanthemon, Romanis caltha, Etruscis garuleum, Afris churzeta dictum] tenera est herba, sed fruticosa, laeves proferens caules foliaque multifida: flores luteos, eximio splendore micantes, et oculi effigie orbicu-

οὕτως ὠνόμασται. Φύεται περὶ τὰς πόλεις· οἱ καυλοὶ δὲ αὐτοῦ λαχανεύονται. Τὰ δὲ ἄνθη λεῖα μετὰ κηρωτῆς στεατώματα λέγεται διαφορεῖν· ἰκτερικοὺς δὲ προςκαίρως εὐχροεῖν ποιεῖ, ποθεῖσα μετὰ τὴν ἐν τοῖς λουτροῖς ἀπὸ τῆς μακρᾶς διατριβῆς ἔξοδον.

Κεφ. νθ'. [Περὶ Ἀγηράτου.] Ἀγήρατον θάμνος ἐστὶ δισπίθαμος[5], ταπεινὸς, ἁπλοῦς, ἐμφερὴς μάλιστα ὀριγάνῳ· σκιάδιον ἔχων, ἐφ' οὗ ἄνθος πομφολυγῶδες, χρυσοειδὲς, ἔλαττον ἑλιχρύσου· ὠνόμασται δὲ ἀγήρατον διὰ τὸ ἐπιπολὺ τὸ ἄνθος ὁμοιοειδὲς φυλάττεσθαι. Δύναμιν δὲ ἔχει τὸ ἀφέψημα αὐτοῦ πυρωτικὴν[6]· καὶ αὐτὴ ἡ πόα πινομένη οὖρα ἄγει, καὶ τὰ περὶ ὑστέραν ἐκμαλάσσει[7].

Κεφ. ξ'. [Περὶ Περιστερεῶνος.] Περιστερεὼν ὀρθός[8]· οἱ δὲ περιστέριον, οἱ δὲ τρυγώνιον, οἱ δὲ βούνιον, οἱ δὲ ἱερὰ βοτάνη, οἱ δὲ φιλτροδότης [Αἰγύπτιοι πεμψεμπτὲ, προφῆται

5) Sic Cod. C., Oribas. et Lacuna; σπιθαμώδης editt.

6) Sarac. πυριατικήν mavult, quod Galen. fac. simpl. lib. 6. p. 814. ἀφλέγμαντον dicat, contrarium plane πυρωτικῇ δυνάμει. At praeter codicum consensum vox illa πυριατική nec usitata, nec huius loci est.

7) Sic cod. C.; καὶ αὐτὴ ἡ πόα ὑποθυμιωμένη οὖρα ἄγειν καὶ τὰ περὶ ὑστέραν μαλάττειν vulg.

8) Sic cod. C. et Ald.; Asulan. et sequ. omiserunt ὀρθός.

latos, unde et nomen (buphthalmi) sortitum est. Provenit propter oppida: ipsius vero caules olerum ad instar esitantur. At flores cum cerato triti steatomata discutere produntur: regio morbo correptis tempestive colorem reddunt meliorem, si e balneo, post longiorem in eo moram, egredientibus propinantur.

Cap. LIX. [*De Agerato.*] Ageratum est frutex virgultosus, bispithamaeus, humilis, simplex, origano maxime similis: umbellam gerit, in qua flos aureis quasi bullis emicat, elichryso minor. Nominatur autem ageratum, quoniam flos diutissime in sua coloris specie conservatur. Decoctum eius vim habet cum fervore calefaciendi. Herba quoque ipsa bibita urinas ducit, et vulvae vitia emollit.

Cap. LX. [*De Verbena.*] Verbena recta, quam et peristereon aut peristerion, et trygonion et bunion, sacram herbam etiam et philtrodotem vocant, [Aegyptii pempsempte, prophetae Iunonis lacrimam, alii mustelae san-

Ἥρας δάκρυον, οἱ δὲ αἷμα γαλῆς, οἱ δὲ αἷμα Ἑρμοῦ, Ῥωμαῖοι κρίστα γαλλινάκεα, οἱ δὲ φερράρια[9], οἱ δὲ τριξαλὶς, οἱ δὲ ἐξούπερανς[10], οἱ δὲ ἔρβα σαγγουινάλις[11]] φύεται ἐν ἐνύδροις τόποις· δοκεῖ δὲ ὠνομάσθαι ἐκ τοῦ τὰς περιστερὰς ἡδέως διατρίβειν ἐν αὐτῇ. Πόα δέ ἐστι σπιθαμὴν ἔχουσα τὸ ὕψος, ἢ καὶ μεῖζον, πέταλα ἐντετμημένα, ὑπόλευκα, ἐκπεφυκότα[12] ἐκ τοῦ καυλοῦ· μονόκλωνος[13] ὡς τὸ πολὺ καὶ μονόῤῥιζος εὑρίσκεται. Δοκεῖ δὲ τὰ φύλλα σὺν ῥοδίνῳ ἢ στέατι χοιρείῳ νεαρῷ προςτιθέμενα ἀνωδυνίαν ὑστέρας ποιεῖν· στέλλει δὲ καὶ ἐρυσιπέλατα σὺν ὄξει καταπλασθεῖσα καὶ σηπεδόνας ἐπέχει· καὶ τραύματα κολλᾷ, καὶ ἀπουλοῖ τὰ παλαιὰ σὺν μέλιτι.

Κεφ. ξα'. [Περὶ Περιστερεῶνος ὑπτίου[14].] Περιστερεὼν ὕπτιος, οἱ δὲ ἱερὰν βοτάνην, οἱ δὲ ἠριγένιον, οἱ δὲ χαμαίλυκον, οἱ δὲ σιδηρῖτιν, οἱ δὲ κουρῖτιν, οἱ δὲ Περσεφό-

9) Sic cod. N., cuius lectio eo magis arridet, quod vestigia germanici *Eisenkraut*, belg. *Yzerkruud*, suec. *Jernört*, dan. *Jernurt* habet. Vulgo *φέρια*.

10) Sic cod. N.; *ἐξούπερα* vulgo.

11) Cod. N. addit *παλουμβάρις*.

12) C. *ἐμπεφυκότα*.

13) C. *μονόκαυλος*.

14) Inscriptio haec in codd. et Ald. Asulanus primus mutavit in: *Περὶ ἱερᾶς βοτάνης*, quem seriores sequuti sunt.

guinem aut sanguinem Mercurii, Romani cristam gallinaceam, ferrariam quoque, trixalidem, et exsuperantem, et herbam sanguinalem vocant]. Nascitur in aquosis locis. Nomen autem graecum (*περιστερεών*) ex eo duxisse videtur, quod columbae (*περιστεραί*) libenter circa eam commorentur. Herba est dodrantem alta, aut etiam maior; foliis incisis, subalbidis, e caule prodeuntibus: singulari plerumque ramo et radice unica reperitur. Folia cum rosaceo aut adipe suilla recenti subdita vulvae dolorem adimere creduntur. Ipsa quoque herba imposita cum aceto, erysipelata reprimit, putridaque ulcera cohibet: vulnera denique glutinat, veteraque cum melle ad cicatricem perducit.

Cap. LXI. [*De Verbena supina.*] Verbena supina, quam quoque herbam sacram, aut erigenion, chamaelycon, sideritin, curitin, Persephoniam, Iovis colum, di-

νιον, οἱ δὲ Διὸς ἠλακάτην, οἱ δὲ δίχρωμον, οἱ δὲ κάλλησιν, οἱ δὲ ἱππάρισον, οἱ δὲ Δημητριάδα, [Αἰγύπτιοι πεμφθεμφθάμ, Πυθαγόρας ἐρυσίσκηπτρον, Ῥωμαῖοι κιγκιννάλις[15]*] ῥάβδους ἀνίησι πηχυαίους ἢ καὶ μείζονας, γωνιοειδεῖς,. περὶ ἃς τὰ φύλλα ἐκ διαστημάτων ἐοικότα δρυΐ, πλὴν στενώτερα καὶ ἥττονα, ἐντετμημένα δὲ τῷ κύκλῳ, ὑπόγλαυκα· ῥίζαν δὲ ὑπομήκη, λεπτήν*[16]*· ἄνθη πορφυρᾶ, λεπτά. Ταύτης τὰ φύλλα καὶ ἡ ῥίζα, ποτιζόμενα μετ᾽ οἴνου καὶ καταπλασσόμενα, ποιεῖ πρὸς ἑρπετά*[17]*· πρὸς δὲ ἴκτερον τὰ φύλλα, ὅσον* < *ὁλκὴν, μετὰ λιβανωτοῦ τριωβόλου σὺν οἴνου παλαιοῦ καὶ θερμοῦ*[18] *κοτύλῃ μιᾷ νήστει ἐφ᾽ ἡμέρας τέσσαρας*[19] *πινόμενα· οἰδήματά τε χρόνια καὶ φλεγμονὰς καταπλασθέντα πραΰνει· καὶ ῥυπαρὰ ἕλκη καθαίρει· ἑψηθεῖσα δὲ ὅλη σὺν οἴνῳ ἐσχάρας τὰς ἐν παρισθμίοις περιῤῥήττει, καὶ νομὰς τὰς ἐν στόματι ἀναγαργαριζομένη ἐφίστησι· ῥαινόμενόν τε ἐν συμποσίοις τὸ ἀπόβρεγμα, εὐδιαγωγοτέρους ἱστορεῖται ποιεῖν·*

15) Cod. N. add.: *οἱ δὲ βερβένακαμ, οἱ δὲ λουστράγω, οἱ δὲ κολουμβίνα, οἱ δὲ οἰεριπίδιον.*

16) C. N. *λευκήν.*

17) Lacuna *πρὸς ἕρπητας καὶ ἐρυσιπέλατα.*

18) Sic Lacuna et cod. N. Editt. omittunt *καὶ θερμοῦ.*

19) Sic cod. C. et interpretes; *ἡμέρας μ′* vulgo.

chromon, callesin, hipparison et Demetriada [Aegyptii pemphthemphtham, Pythagoras erysisceptrum, Romani cincinnalem appellant] ramulos emittit cubitales aut et altiores, angulatos: circa quos folia ex intervallis quernis similia, nisi quod angustiora et minora, per ambitum incisa, subglauca: radicem habet elongatam, tenuem: flores purpureos, tenues. Huius folia et radix, propinata cum vino et imposita, adversus serpentes pollent: eadem contra morbum regium, drachmae unius pondere, ex vini veteris et calidi hemina una, quaternis diebus ieiuno ventriculo bibuntur. Sed et oedemata diuturna inflammationesque imposita mitigant, sordidaque ulcera purgant. Tota vero herba in vino decocta tonsillarum crustas circumscindit et rodentia oris ulcera gargarizatu cohibet. Aiunt, si aqua, in qua maduerit, spargatur inter convivia, hilariores fieri in convictu. Datur et potandum tertiana la-

δίδοται δὲ τριταΐζουσι πιεῖν τὸ τρίτον γόνυ ἀπὸ τῆς γῆς σὺν τοῖς περικειμένοις φύλλοις, τεταρταΐζουσι δὲ τὸ τέταρτον. Καλοῦσι δὲ αὐτὴν ἱερὰν βοτάνην διὰ τὸ εὔχρηστον ἐν τοῖς καθαρμοῖς εἶναι εἰς περιάμματα.

Κεφ. ξβ'. [Περὶ Ἀστραγάλου.] Ἀστράγαλος [οἱ δὲ χαμαισύκη, οἱ δὲ ὄνυξ, οἱ δὲ γατάλης, Ῥωμαῖοι πίνουμ τρίβιουμ, ὁμοίως φίκουμ τέῤῥαι, οἱ δὲ γλάνδουλαμ, οἱ δὲ τιοὺμ, οἱ δὲ νωνάριαν] θάμνος[20] ἐστὶ μικρὸς, ἐπὶ γῆς φυόμενος[21], φύλλοις καὶ κλωνίοις ὅμοιος ἐρεβίνθῳ· ἄνθη πορφυρᾶ, μικρά· ῥίζα δὲ ὕπεστι στρογγύλη, ὥςπερ ῥάφανος[22] εὐμεγέθης, παραφυάδας ἔχουσα στερεὰς, μελαίνας, σκληροτέρας ὡς κέρατα ἀντεμπεπλεγμένας ἀλλήλαις, γευσαμένῳ στυπτικάς. Φύεται δὲ ἐν εὐανέμοις καὶ συσκίοις[23] καὶ χιονιζομένοις τόποις· πολλὴ δὲ ἐν Φενεῷ[24] τῆς Ἀρκαδίας. Ἵστησι δὲ κοιλίαν ῥευματιζομένην ἐν οἴνῳ ποθεῖσα ἡ ῥίζα· κινεῖ τε καὶ οὖρα· ποιεῖ,

20) Sic codd. C. et N.; *θαμνίσκος* vulgo.

21) Sic cod. C.; *φυόμ.* vulgo omittitur.

22) Dalechamp. et Fab. Column. phytobas. p. 60. malunt *βάλανος*.

23) C. *εὐηλίοις*.

24) Sic Plin., Galen., Oribas., codd. C. et N.; *Μεμφίδι* Ald. et sequ.

borantibus tertium a terra geniculum, una cum foliis circumdantibus, uti et quartana quartum. Ceterum sacram herbam ideo eam vocant, quod in expiationibus sit ad amuleta perutilis.

Cap. LXII. [*De Astragalo.*] Astragalus [nonnulli chamaesycen, alii onycha, alii gatalen vocant, Romani pinum trivium, similiter et ficum terrae, alii glandulam, alii tium aut nonariam] frutex est parvus, terrae adnatus, foliis ramulisque ciceri similis, floribus purpureis, parvis. Radix subest rotunda, raphani modo praegrandis, quae adnatas habet appendices, easque solidas, nigras, praeduras, ceu cornua, inter se implicatas, gustuque astringentes. Nascitur in ventosis, opacis et nivalibus; magna vero copia circa Pheneum Arcadiae. Radix fluentem alvum in vino pota sistit, urinasque movet: veteribus quo-

καὶ πρὸς παλαιὰ ἕλκη ξηρὰ ἐπιπασσομένη[25]· καὶ αἷμα ἴσχει· κόπτεται δὲ δυςχερῶς διὰ τὸ στερεὸν αὐτῆς.

Κεφ. ξγ'. [Περὶ Ὑακίνθου.] Ὑάκινθος, [οἱ δὲ ἑλωνιάς, οἱ δὲ πορφυρανθὲς, Ῥωμαῖοι οὐακκίνουμ[26], οἱ δὲ οὐλκίνουμ] φύλλα ἔχει ὅμοια βολβῷ· καυλὸν σπιθαμιαῖον, λεῖον, λεπτότερον τοῦ μικροῦ δακτύλου, χλωρόν[27]· κόμην ἐπικειμένην κυρτὴν, ἄνθους πλήρη πορφυροειδοῦς· ῥίζαν καὶ αὐτὴν ἐμφερῆ βολβῷ· ἥτις σὺν οἴνῳ καταπλασθεῖσα λευκῷ ἐπὶ παίδων, ἀνήβους τηρεῖν πεπίστευται· ἵστησι δὲ καὶ κοιλίαν, καὶ οὖρα ἄγει ποθεῖσα, καὶ φαλαγγιοδήκτους ὠφελεῖ· ὁ καρπὸς δὲ, στυπτικώτερος ὢν καὶ αὐτὸς, θηριακοῖς ἁρμόζει[28]· ἴκτερόν τε ἀποκαθαίρει, σὺν οἴνῳ πινόμενος.

Κεφ. ξδ'. [Περὶ Μήκωνος ῥοιάς.] Μήκων ῥοιάς, ὠνόμασται δὲ διὰ τὸ ταχέως τὸ ἄνθος ἀποβάλλειν, [οἱ δὲ ὀξύτονον[29], Ῥωμαῖοι παπαβεράλις, Αἰγύπτιοι ναντί], φύεται ἐν

25) C. ἐπιπλασσομένη.
26) Sic cod. C.; βάκκουμ vulgo.
27) Hoc deest in cod. C.
28) Lacuna κοιλιακοῖς ὠφελεῖ.
29) Marcell. ὀξύγονον.

que ulceribus sicca efficaciter inspergitur, sanguinemque supprimit: difficulter vero tunditur propter soliditatem.

Cap. LXIII. [*De Hyacintho.*] Hyacinthus [quem alii heloniada, alii porphyranthes, Romani vaccinium aut ulcinum appellant] folia habet bulbo similia, caulem dodrantalem, laevem, minimo digito graciliorem, et herbacei coloris, cui coma incumbit incurva, florum purpurascentium plena, radicem quoque bulbo similem. Haec creditur pueris e vino albo illita pubertatem coërcere. Sistit et alvum, urinamque pellit pota, morsibus etiam phalangiorum resistit. Fructus vero, qui et magis astringit, theriacis idoneus est, morbum regium quoque emendat, cum vino potus.

Cap. LXIV. [*De Papavere Rhoeade.*] Papaver Rhoeas cognomen hoc nactum est a flore protinus deciduo: [alii vocant oxytonon, Romani papaveralem, Aegyptii nanti]. Nascitur in arvis verno tempore, quo etiam

ἀρούραις[30] ἔαρος, ὅτε καὶ συλλέγεται· ἔοικε δὲ τὰ φύλλα ὀριγάνῳ ἢ εὐζώμῳ ἢ κιχωρίῳ ἢ θύμῳ, ἐπεσχισμένα, μακρότερα[31] δὲ καὶ τραχύτερα[32]· καυλὸν δὲ σχοινώδη[33], ὄρθιον, τραχὺν, ὡς πήχεως· ἄνθος φοινικοῦν, ἐνίοτε δὲ καὶ λευκὸν, ὅμοιον τῷ τῆς ἀγρίας ἀνεμώνης[34]· κεφαλὴ δὲ προμήκης, ἥττων μέντοι ἢ τῆς ἀνεμώνης· καρπὸς πυῤῥός· ῥίζα ἐπιμήκης, ὑπόλευκος, δακτύλου ἔχουσα μικροῦ πάχος, πικρά. Ταύτης τὰ κεφάλια πέντε ἢ ἓξ μετ᾽ οἴνου κυάθων[35] τριῶν ἑψήσας, ὡς εἰς δύο ἀγαγεῖν, πότιζε οὓς ἂν βούλει ὑπνῶσαι· τοῦ δὲ σπέρματος ποθὲν ὅσον ὀξύβαφον σὺν μελικράτῳ, κοιλίαν ἠπίως μαλάσσει· μίγνυται δὲ καὶ μελιττώμασι καὶ ἰτρίοις[36] πρὸς τὸ αὐτό· τὰ δὲ φύλλα σὺν ταῖς κωδίαις καταπλασθέντα φλεγμονὰς ἴᾶται· καὶ τὸ ἄντλημα δὲ αὐτῶν προςκλυσθὲν ὑπνοποιόν ἐστι[37].

30) C. κριθαῖς.

31) C. μικρότερα.

32) Sic cod. C.; τραχέα editt.

33) Sic Oribas. et codd.; χνοώδη Marcell. auguratus est.

34) Trag. f. 45 b. ἀργεμώνης.

35) Cornar. κοτυλῶν perperam suspicatur.

36) Sic Marcell. correxit vulg. ἠτρίοις: codd. Vindob. non habent.

37) Sic Ald.; τὸ ἄντλ. δ. ἀ. ἀντλησθέν Asul., Marc., Cornar. et Goupyl.; τὸ ἀφέψημα δ. ἀ. ἀντληθέν Lacuna et Saracen.; τὸ προςάντλημα δ. ἀ. ὑποζεσθέν C.

colligitur. Folia origano aut erucae, vel cichorio seu thymo similia, eaque divisa, sed longiora et aspera. Caulem habet iunceum, strictum, asperum et cubitalem. Flos puniceus, interdum et candidus, similis anemones sylvestris: caput oblongum, sed anemones minus: semen rufum. Radix elongata, subalbida, digiti parvi crassitudine et amara. Huius capitula quinque aut sex in vini cyathis tribus decocta, donec ad duos redeant, iis potui dabis, quibus somnum inducere cupiveris. At semen, acetabuli mensura ex aqua mulsa potum, alvum leniter mollit, ad idem praestandum mellitis placentulis et crustulis admiscetur. Ceterum folia cum capitibus imposita inflammationibus medentur. Infusio autem eorum allutu somnium conciliat.

Κεφ. ξε΄. [Περὶ Μήκωνος ἡμέρου.] Μήκων [οἱ δὲ χαμαισύκην, οἱ δὲ ὀξύτονον, Ῥωμαῖοι παπάβερ, Αἰγύπτιοι ναντί] ἡ μέν τίς ἐστιν ἥμερος, κηπευτὴ, ἧς τὸ σπέρμα ἀρτοποιεῖται εἰς τὴν ἐν ὑγείᾳ χρῆσιν· καὶ σὺν μέλιτι δὲ ἀντὶ σησάμης αὐτῇ χρῶνται· καλεῖται δὲ θυλακῖτις[38], ἐπίμηκες ἔχουσα τὸ κεφάλιον, καὶ τὸ σπέρμα λευκόν. Ἡ δέ τις ἀγρία ἐγκαθημένην[39] ἔχουσα τὴν κωδίαν καὶ ἐπιμήκη[40], μέλαν δὲ τὸ σπέρμα· ἣ[41] καὶ πιθῖτις ὀνομάζεται· ὑπ᾽ ἐνίων δὲ ῥοιὰς καὶ αὐτὴ, διὰ τὸ ῥεῖν ἐξ αὐτῆς τὸν ὀπόν. Τρίτη δὲ ἀγριωτέρα καὶ φαρμακωδεστέρα καὶ μακροτέρα[42] τούτων, ἔχουσα τὴν κωδίαν ἐπιμήκη. Κοινὴ δὲ αὐτῶν δύναμις ψυκτικὴ, ὅθεν τὰ φύλλα καὶ αἱ κωδίαι καθεψηθεῖσαι ἐν ὕδατι καὶ προςαντλούμεναι ὑπνοποιοῦσι· πίνεται δὲ πρὸς ἀγρυπνίαν τὸ ἀφέψημα· καὶ εἰς τὰ καταπλάσματα δὲ λεῖαι αἱ κωδίαι[43] μετὰ ἀλφίτων μιγνύμεναι πρὸς φλεγμονὰς καὶ ἐρυσιπέλατα ἁρμόζουσι. Δεῖ δὲ κόπτοντας αὐτὰς χλωρὰς ἀναπλάττειν εἰς τρο-

38) C. θυλακίς. N. θύλακος.
39) Oribas. ἐγκαθειμένην.
40) Hoc habet cod. C., sed non sequens.
41) Sarac. substituit vulgari ὅ.
42) Dodon. p. 446. μικροτέρα suspicatur, non legit.
43) Serap. de foliis loquitur.

Cap. LXV. [*De Papavere sativo.*] Papaveris [quod Graeci et chamaesycen et oxytonon, Aegyptii nanti vocant] est genus quoddam sativum et hortense, cuius semen in sanorum usum ad panes adhibetur: eo etiam ex melle pro sesama utuntur: thylacitin vocant. Capitulum id habet oblongum, ac semen candidum. Alterum est sylvestre papaveris genus, demisso (sessili) capitulo ac oblongo et semine nigro. Nonnullis et ipsum rhoeas ex eo dicitur, quod ab eo liquor emanet: nominatur et pithitis. Est et tertium agrestius et medicatius, hisque longius, oblongo capitulo. Communis omnium vis est refrigerans: proinde, si folia cum capitibus ipsis in aqua decocta fuerint, somnum fotu producunt: bibitur et decoctum contra vigilias. Capitula vero trita et cum polenta cataplasmatis admixta inflammationibus ac erysipelatis prosunt. Verum ex ipsis

χίσκους, καὶ ξηραίνοντας ἀποτίθεσθαι, καὶ οὕτω χρῆσθαι. Καθ' ἑαυτὰς δὲ ἑψηθεῖσαι αἱ κωδίαι ἐν ὕδατι μέχρις ἡμίσεως, εἶτα σὺν μέλιτι πάλιν ἑψηθεῖσαι, ἄχρις ἂν συστραφῇ[44] *τὸ ὑγρὸν, ποιοῦσι φάρμακον ἐκλεικτὸν, ἀνώδυνον πρὸς βῆχας καὶ ῥευματισμοὺς ἀρτηρίας καὶ κοιλιακὰς διαθέσεις· ἐνεργέστερον δὲ γίνεται, μιγέντων αὐτῷ ὑποκιστίδος χυλοῦ καὶ ἀκακίας· τὸ δὲ σπέρμα τῆς μελαίνης μήκωνος λεῖον σὺν οἴνῳ ποτίζεται πρὸς ῥεῦμα κοιλίας καὶ γυναικεῖον ῥοῦν· καταπλάσσεται δὲ ἐπὶ τῶν ἀγρυπνούντων μεθ' ὕδατος κατὰ τοῦ μετώπου καὶ τῶν κροτάφων. Ὁ δὲ ὀπὸς, καὶ αὐτὸς ψύχων ἐπιπλέον καὶ παχύνων καὶ ξηραίνων, ληφθεὶς βραχὺς, ὅσον ὄροβος, ἀνώδυνός ἐστι καὶ ὑπνοποιὸς καὶ πεπτικὸς, βοηθῶν βηξὶ καὶ κοιλιακοῖς διαθέσεσι. Πλείων δὲ ποθεὶς, βλάπτει, ποιῶν ληθαργικοὺς, καὶ ἀναιρεῖ· ποιεῖ δὲ καὶ κεφαλαλγοῦσι, σὺν ῥοδίνῳ ἐμβρεχόμενος· ὠταλγοῦσι δὲ σὺν ἀμυγδαλίνῳ καὶ κρόκῳ καὶ σμύρνῃ ἐγχεόμενος*[45]*· ἐπὶ δὲ φλεγμοναῖς ὀφθαλμοῦ σὺν λεκύθῳ ᾠοῦ*[46] *ὀπτῇ καὶ κρόκῳ· καὶ*

44) N. *ἀναστραφῇ.*
45) C. N. *ἐμβρεχόμενος.*
46) *ᾠοῦ* habent cod. C. et Serap., deest in editt.

virentibus tusis fingi trochiscos oportet, eosque siccatos ad usum recondere. E capitibus quoque per se in aqua decoctis ad dimidiam pertem, iterumque dein cum melle coctis, donec humidum coiverit, linctus conficitur, qui in tussi, fistulae spiritalis fluxionibus coeliacisque affectibus dolorem sedat. Efficacius tamen redditur, additis hypocistidis succo et acacia. Papaveris autem nigri semen tritum cum vino potui datur contra alvi fluxionem et fluorem muliebrem. In pervigiliis fronti temporibusque ex aqua imponitur. Ipse vero liquor, refrigerans maxime, incrassans et exsiccans, ervi mole sumtus, dolori blanditur, somnum conciliat, et coctionem adiuvat: tussi coeliacorumque affectibus auxiliatur. Verum, si copiosior hauriatur, nocet, facit enim veternosos et interimit. Est et ad capitis dolores efficax, si cum rosaceo irrigetur: uti et ad aurium dolores, si cum amygdalino, myrrha et croco instillatur. Oculorum inflammationibus cum ovi vitello

πρὸς ἐρυσιπέλατα δὲ καὶ τραύματα σὺν ὄξει· πρὸς δὲ ποδάγρας, σὺν γάλακτι γυναικείῳ καὶ κρόκῳ· προστεθεὶς δὲ δακτυλίῳ[47] ἀντὶ βαλάνου, ὕπνον ποιεῖ. Κράτιστος δέ ἐστιν ὀπὸς ὁ πυκνὸς καὶ βαρύοσμος[48], ἐν δὲ τῇ ὀσμῇ καρωτικὸς, πικρὸς ἐν τῇ γεύσει, εὐχερῶς διειμένος ὕδατι, λεῖος, λευκὸς, οὐ τραχὺς, οὔτε θρομβοειδὴς, οὔτε συστρεφόμενος[49] ἐν τῷ διηθεῖσθαι, ὡς κηρός· ἔν τε τῷ ἡλίῳ τεθεὶς, διαχεόμενος[50]· καὶ πρὸς λύχνον ἐξαπτόμενος, οὐ ζοφώδει φλογί· φυλάσσων τε μετὰ τὸ σβεσθῆναι τὴν ἐν τῇ ὀσμῇ δύναμιν. Δολοῦσι δὲ αὐτὸν, γλαύκιον μιγνύντες, ἢ κόμμι, ἢ χυλὸν[51] ἀγρίας θρίδακος· ἔστι δὲ ὁ μὲν ἐκ τοῦ γλαυκίου κροκίζων ἐν τῇ ἀνέσει[52]· ὁ δὲ ἐκ τῆς θρίδακος ἐξίτηλος τὴν ὀσμὴν καὶ τραχύτερος· ὁ δὲ ἐκ τοῦ κόμμεως ἄτονος[53] καὶ διαυγής. Ἔνιοι δὲ εἰς τοσοῦτον ἀνοίας παραγίνονται, ὡς καὶ στέαρ[54] παραμιγνύναι αὐτῷ. Φώγνυται δὲ εἰς τὰ ὀφθαλμικὰ ἐπ' ὀστράκου

47) Sic N.; *δακτύλῳ* vulgo.
48) Sic Lacuna; *βαρὺς* vulgo.
49) C. *οὐ ταχὺ στρεφόμενος*.
50) C. *διαχριόμενος*.
51) C. N. *τῇ*. 52) C. *γεύσει*.
53) N. *ἄγονος*. Lacuna legit *καὶ ἄνοσμος*.
54) Oribas. *γῆν*.

tosto et croco proficit: erysipelatis ac vulneribus cum aceto: podagris cum lacte muliebri et croco: denique ano balani vice subditus, somnum facit. Praestantissimus autem est succus, qui densus est et graveolens, quique odoratu soporem inducit, gustu amarus, in aqua facilis dilutu, laevis, candidus, neque asper, neque grumosus, quique inter colandum non uti cera coit, sed soli expositus diffunditur, et ad lucernam accensus flamma ardet minime caliginosa: qui denique, postquam exstinctus fuerit, suam odoris vim etiamnum servat. Adulterant autem, admixto glaucio, gummi, vel lactucae sylvestris succo. Sed glaucio fucatus, dum diluitur, colorem croci reddit: qui lactucae succo, debili et evanido est odore ac asperior: gummi denique vitiatus, invalidus est et pellucidus. Nonnulli eo dementiae pervenerunt, ut et adipem illi admiscerent. Torretur autem ad oculorum medicamenta fi-

καινοῦ, ἕως ἂν μαλακὸς καὶ κιῤῥὸς[55] φανῇ. Ἐρασίστρατος μέντοι Διαγόραν φησὶν[56] ἀποδοκιμάζειν αὐτοῦ τὴν χρῆσιν ἐπὶ τῶν ὠταλγικῶν καὶ ὀφθαλμιώντων, διὰ τὸ ἀμβλυωπὲς εἶναι καὶ καρωτικόν[57]. Ἀνδρέας δέ φησιν, ὅτι, εἰ μὴ ἐδολοῦτο, ἐτυφλοῦντο ἂν οἱ ἐγχριόμενοι ὑπ' αὐτοῦ. Μνησίδημος δέ φησι, μόνην αὐτοῦ χρῆσιν εἶναι τὴν κατ' ὄσφρησιν, εἰς ὕπνον ἁρμόζουσαν, ἄλλως δὲ ἐπιβλαβῆ τυγχάνειν· ἅπερ ἐστὶ ψευδῆ, ὑπὸ τῆς πείρας ἐλεγχόμενα· διὰ τὸ ἐπιμαρτυρεῖσθαι τοῖς ἔργοις τὴν ἐνέργειαν τοῦ φαρμάκου. Οὐκ ἄτοπον δὲ ὑπογράψαι καὶ τὸν τρόπον, ᾧ συλλέγουσι τὸν ὀπόν· ἔνιοι μὲν οὖν τὰς κωδίας μετὰ τῶν φύλλων κόπτοντες ἐκθλίβουσι[58] διὰ πρεστῆρος[59], καὶ τρίβοντες ἐν θυΐᾳ, ἀναπλάττουσι τροχίσκους· καλεῖται δὲ τὸ τοιοῦτον μηκώνειον, ἀδρανέστερον τοῦ ὀποῦ· ὀπίζοντας δὲ δεῖ, μετὰ τὸ τὰς δρόσους ἀνικμασθῆναι, περιγράφειν μαχαιρίῳ τὸν ἀστερίσκον, ὡς μὴ εἰς τὰ ἐντὸς δια-

55) Sic cod. C. et Oribas.; μαλακώτερος καὶ κιῤῥότερος Ald. et sequ.

56) Plin. 20, 76. *Diagoras et Erasistratus in totum damnavere.* Serap. c. 374. *Diagoras refert, quod Erasistratus vitabat* etc.

57) C. N. καθαρτικήν. Ald. καρωτικήν.

58) Sic C.; ἐκτρίβουσι editt.

59) Sic C. et post Asulan. editt.; πριστῆρος Ald.

ctili novo, usque dum mollis evadat ac fulvus. At Erasistratus Diagoram testatur illius usum damnasse in aurium doloribus oculorumque vitiis, quoniam et visus aciem hebetet, et veternum afferat. Addidit Andreas, nisi adulteretur, occoecatum iri, qui illinatur. Mnesidemus praeterea usum solius odoratus ad somnum conciliandum probavit: alio modo (adhibitum) ceu noxium damnat. Quae quidem omnia commentitia esse experimento deprehenditur, siquidem effectus virium huius medicamenti fidem facit. Verumtamen haud abs re erit, liquoris illius excipiendi rationem adiungere. Nonnulli capita foliaque ipsa tundunt et prelo exprimunt, mox terentes in mortario, pastillos effingunt: id meconium vocatur, multum opio ignavius. Liquorem vero ipsum extracturos oportet, cum ros exaruerit, stellulam (quae in summo papaveris capite est) cultello ita circumscribere, ut ne penitus intro adi-

τρῆσαι, καὶ ἐκ πλαγίων δὲ τῆς κωδίας ἐπ' εὐθείας ἐκτέμνειν ἐξ ἐπιπολῆς [60], καὶ ἀποψᾶν τὸ δάκρυον ἐπερχόμενον δακτύλῳ εἰς μύακα, καὶ πάλιν ἐπιπορεύεσθαι μετ' οὐ πολύ· εὑρίσκεται γὰρ ἐπισυνεστὼς καὶ τῇ ἐπιούσῃ δὲ οὕτως εὑρίσκεται· δεῖ δὲ ἐν θυΐᾳ παλαιᾷ [61] τρίβειν καὶ ἀποτίθεσθαι ἀναπλάσσοντας· ἐν μέντοι τῷ τέμνειν ὀπίσω ἀναχωρεῖν δεῖ πρὸς τὸ μὴ ἀποψᾶσθαι τῶν ἱματίων τὸν ὀπόν.

Κεφ. ξϛ'. [Περὶ Μήκωνος κερατίτιδος.] Μήκων κερατῖτις, οἱ δὲ παράλιον, οἱ δὲ ἀγρίαν μήκωνα, οἱ δὲ θαλάσσιον [Ῥωμαῖοι πάβουλουμ μαρίνουμ, Ἄφροὶ σισιμάκα] φύλλα ἔχει λευκὰ [62], δασέα, ὅμοια φλόμῳ, πεπρισμένα τὴν περιφέρειαν, ὥςπερ τὰ τῆς ἀγρίας μήκωνος, καὶ τὸν καυλὸν ὅμοιον· ἄνθος ὠχρόν [63]· καρπὸν δὲ μακρὸν [64], καμπύλον, ὥςπερ κέρας, ὅμοιον τῷ τῆς τήλεως· ὅθεν καὶ ἐπωνόμασται· σπέρμα δὲ μικρὸν, μέλαν, ὅμοιον τῷ τῆς μήκωνος, ῥίζαν ἐξ ἐπιπολῆς φυομένην, μέλαιναν, παχεῖαν· φύεται ἐν παραθα-

60) C. ἐξ ἐπιλογῆς.

61) Sic cod. Par., Ald. et Marcell. Reliqui παλαιᾷ omittunt.

62) Consensu codicum firmata lectio: nec assensu digna Marc. coniectura, λεπτά legendum esse. Ceterum Serap. interponit λιπαρά.

63) Serap. *glaucum aut citrinum*.

64) Sic Serap. et Cornar.; μικρόν Oribas. et editt.

gatur, et e capitis lateribus per directum superficiem incidere, erumpentem post lacrimam digito in conchulam abstergere, ac non ita multo post eo redire: tum enim rursum et alia densata reperitur, atque etiam postero die. Tandem in pila teri et in pastillos coacta reponi debet. Attamen, dum inciditur, retro cedere oportet, ne vestium affrictu liquor deradatur.

Cap. LXVI. [*De Papavere cornuto.*] Papaver cornutum, quod alii maritimum aut marinum, alii agreste, [Romani pabulum marinum, Afri sisimaca vocant] folia habet albida, hirsuta, verbasco similia, serrata in ambitu, sicut papaver agreste; caulem similem; florem pallidum; fructum longum, cornu ad instar incurvum, ad foeni graeci similitudinem, unde et cognomen accepit. Semen est exile, nigrum, ceu papaveris; radix superficiem terrae legit, nigra est et crassa. Gignitur in maritimis locis et asperis·

λασσίοις τόποις καὶ τραχέσι. Δύναμιν δὲ ἔχει ἡ μὲν ῥίζα ἑψηθεῖσα ἄχρις ἡμίσους ἐν ὕδατι καὶ ποθεῖσα, ἰσχιάδας καὶ ἡπατικὰς διαθέσεις θεραπεύειν, καὶ τοὺς παχέα ἢ ἀραχνώδη οὐροῦντας ὠφελεῖν· τὸ δὲ σπέρμα πλῆθος ὀξυβάφου ποθὲν σὺν μελικράτῳ, κοιλίαν ἐπιεικῶς καθαίρει· τὰ δὲ φύλλα καὶ τὰ ἄνθη ἐσχάρας περιῤῥήττει, καταπλασθέντα σὺν ἐλαίῳ· ἐγχρισθέντα δὲ τὰ ἐπὶ κτηνῶν ἄργεμα καὶ νεφέλια ἀποκαθαίρει· ἔνιοι δὲ ἐπλανήθησαν, νομίσαντες ἐκ ταύτης τὸ γλαύκιον γίνεσθαι διὰ τὴν τῶν φύλλων ἐμφέρειαν.

[Ἐν ἄλλῳ[65]. Ἐν δὲ τῷ βρωθῆναι ἢ ποθῆναι ταύτην τὴν κερατῖτιν μήκωνα, ἐπιφέρονται ὅσα καὶ τῷ ὀπῷ τῆς μήκωνος συμπτώματα· καὶ τοῖς αὐτοῖς ὑποπίπτει βοηθήμασι· συνάγεται δὲ ὁ καρπὸς ἐν θέρει ξηρός· τὸ δὲ ἀφέψημα τῆς ῥίζης πίνεται μετὰ οἴνου, καὶ θεραπεύει δυσεντερίας.]

Κεφ. ξζ'. [Περὶ Μήκωνος ἀφρώδους.] Μήκων ἀφρώδης, ὑπὸ δέ τινων Ἡράκλεια κληθεῖσα, καυλὸν ἔχει σπιθαμιαῖον, καὶ τὰ φύλλα σφόδρα μικρὰ, στρουθίῳ ἐοικότα, καὶ καρπὸν παρ' αὐτοῖς λευκὸν [καὶ τὸ ὅλον δὲ βοτάνιον λευκόν

65) Sola Ald. haec habet. Asulan. et rell. ad notha relegarunt.

Vim habet radix, cocta ad dimidiam in aqua ac pota, coxendicum iecinorisque vitia curandi, eosque iuvandi, qui crassa et araneosa cum lotio reddunt. Semen autem, mensura acetabuli ex aqua mulsa potum, leniter alvum purgat. Imposita cum oleo folia floresque crustas emarginant: argemas et nubeculas iumentorum inunctione depurgant. Ceterum non desunt, qui ex hoc glaucium parari perperam existimaverint, decepti quadam foliorum similitudine.

[In alio codice. Ex huius cornuti papaveris esu potuve eadem proficiscuntur symptomata, quae a papaveris liquore. Sed et iisdem succurritur auxiliis. Semen aestate, dum siccum est, colligitur. Radicis denique decoctum, ex vino bibitum, intestinorum difficultatem sanat.]

Cap. LXVII. [*De Papavere spumeo.*] Papaver spumeum, a nonnullis Heracleum dictum, caulem habet dodrantalem, foliis admodum parvis, struthio similibus, semine iuxta ea candido. Sed et herbula tota candida est

ἐστι καὶ ἀφρῶδες][66]· *ῥίζα δὲ λεπτὴ καὶ ἐπιπόλαιος*[67]. *Ταύτης ὁ καρπὸς συλλέγεται, ὅταν τελείως ἁδρυνθῇ θέρους, καὶ ξηρανθεὶς ἀποτίθεται*[68]· *καθαίρει δὲ δι' ἐμέτων, ὀξυβάφου πλῆθος σὺν μελικράτῳ λαμβανόμενος· ἰδίως δὲ ἡ τοιαύτη κάθαρσις ἐπιληπτικοῖς ἁρμόζει.*

Κεφ. ξη'. *[Περὶ Ὑπηκόου.] Ὑπήκοον, οἱ δὲ ὑπόφεων καλοῦσι. Φύεται μὲν*[69] *ἐν τῷ σίτῳ καὶ ταῖς ἀρούραις· φύλλα*[70] *δὲ ἔχει πηγάνῳ ὅμοια, κλῶνας μικρούς. Δύναμιν δὲ ἔχει ἀναλογοῦσαν τῷ τῆς μήκωνος ὀπῷ.*

Κεφ. ξθ'. *[Περὶ Ὑοσκυάμου.] Ὑοσκύαμος [οἱ δὲ διοσκύαμος, οἱ δὲ πυθώνιον, οἱ δὲ ἀδάμαντα, οἱ δὲ ἀδάμενον, οἱ δὲ ὑπνωτικὸν, οἱ δὲ ἐμμανὲς, οἱ δὲ ἄτομον*[71]*, οἱ δὲ διθιάμβριον, Πυθαγόρας καὶ Ὀσθάνης ξελέων, Ζωροάστρης τυφώνιον, Ῥωμαῖοι ἰνσάνα, δεντάρια, οἱ δὲ Ἀπολλινάρις, προφῆται ῥαποντικὴ, Αἰγύπτιοι σαφθὼ, Θοῦσκοι φαβουλώ-*

66) Uncinis inclusa licet desint in codd. Vindob., habent tamen Oribas. et Serap. Hic autem *ἀφρῶδες* omittit.

67) Sic cod. C. et Marcell. e Theophr. hist. 9, 12.; *ῥίζαν δὲ λεπτὴν ἐπιπλέον* vulgo.

68) Oribas., Serap. et cod. Matthiol. sic; *ἀποπέσῃ* vulgo, *μὴ ἀποπέσῃ* cod. N.

69) Sic C.; *δὲ* vulgo.

70) Sic C.; *φύλλον* vulgo.

71) Apulei. *αὔγινον*, cod. N. *ἄτνος*.

et spumea. Radix tenuis, superficiem legens. Colligitur semen aestate, cum penitus adoleverit, aridumque reponitur. Acetabuli autem mensura in aqua mulsa sumtum vomitione purgat, privatimque huiusmodi purgatio comitialibus prodest.

Cap. LXVIII. [*De Hypecoo.*] Hypecoon aliqui hypopheon vocant. Nascitur in segetibus et arvis. Folia habet rutae similia, ramos exiles. Vim habet succi papaveris aemulam.

Cap. LXIX. [*De Hyoscyamo.*] Hyoscyamus [aliis Dioscyamus, aut pythonion et adamas, adamenon etiam et hypnoticon, emmanes et atomon et dithiambrion dicitur. Pythagoras et Osthanes xeleon, Zoroastres typhonion, Romani insanam aut dentariam, alii Apollinarem, prophetae rhaponticam, Aegyptii saphtho, Etrusci fabu-

νια, Γάλλοι βιλινουντία, Δακοὶ διέλεια] θάμνος ἐστὶ καυλοὺς ἀνιεὶς παχεῖς, φύλλα πλατέα, ἐπιμήκη, ἐσχισμένα, μέλανα, δασέα· παρὰ δὲ τὸν καυλὸν ἐφεξῆς πεφύκασιν[72] ὥςπερ ῥοιᾶς κύτινοι, πεφραγμένοι ἀσπιδίσκοις σπέρματος μεστοῖς, ὥςπερ μήκωνος. Ἔστι δὲ αὐτοῦ διαφορὰ τρισσή[73]. Ὁ μὲν γὰρ ἄνθη ὑποπόρφυρα φέρει, φύλλα σμίλακι ὅμοια, σπέρμα μέλαν, καὶ τοὺς κυτίνους σκληροὺς καὶ ἀκανθώδεις. Ὁ δέ τις ἄνθη μηλινοειδῆ[74], φύλλα καὶ λοβοὺς ἁπαλώτερα, σπέρμα ὑπόξανθον, ὥςπερ ἐρύσιμον· ἀμφότεροι δὲ οὗτοι μανιώδεις ὑπάρχουσι καὶ καρωτικοὶ, δύςχρηστοι. Εὔχρηστος δὲ εἰς θεραπείαν, ἠπιώτατος ὢν, ὁ τρίτος, λιπαρὸς καὶ ἁπαλὸς καὶ χνοώδης, ἄνθη λευκὰ ἔχων καὶ τὸ σπέρμα λευκόν· φύεται παρὰ θαλάττῃ καὶ ἐρειπίοις[75]· εἰ δὲ μὴ παρείη οὗτος, χρῆσθαι δεῖ τῷ ξανθῷ, τὸν δὲ μέλανα ἀποδοκιμάζειν ὡς χείριστον. Χυλίζεται δὲ ὁ καρπὸς[76] ἁπαλὸς καὶ τὰ φύλλα καὶ οἱ καυλοὶ κοπτόμενοι καὶ ἐκθλιβόμενοι, ἐν ἡλίῳ

72) Manifesto fructus intelliguntur. Ita et Serap. legit, et in cod. N. omittitur ἄνθη, quod in Orib. tamen et Ald. adest.

73) N. δισσή.

74) Sic Oribas., Serap.; μηλοειδῆ vulgo.

75) Lacuna addidit e cod. χρηστέον οὖν ἐστι τῷ λευκῷ: quod nusquam alibi, quam in Sarac. edit.

76) Lacuna add. τοῦ λευκοῦ.

loniam, Galli belinuntian, Daci dieliam appellant] frutex est, caules emittens crassos, folia lata, oblonga, incisa, nigra, hirsuta. Cauli vero continua serie adnati sunt, ceu punicorum cytini, scutulis septi seminum plenis, ceu papaveris. Tria autem sunt eius genera. Primum quidem flores profert subpurpureos, folia smilaci proxima, semen nigrum, cytinosque duros ac spinescentes. Alterum flores habet luteos, folia et fructus teneriores, semen subflavum, sicut erysimi. Utrumque insaniam gignit et soporem, usui anceps. Utilis autem ad medicinam ac mitissimus est tertius, pinguis, tener, lanuginosus, floribus seminibusque candidis. In maritimis nascitur ruderibusque. Quodsi hic defuerit, flavus adhibendus est, reiiciendus autem niger, ut deterrimus. Recenti semine, foliis caulibusque tusis succus exprimitur, qui ad solem sic-

ξηραινομένου τοῦ ὑγροῦ· χρῆσις δὲ αὐτοῦ πρὸς ἐνιαυτὸν, διὰ τὸ εὔσηπτον[77]. Χυλίζεται δὲ καὶ τὸ σπέρμα αὐτοῦ κατ' ἰδίαν κοπτόμενον ξηρὸν, ὑφ' ὕδατος θερμοῦ παραχεομένου[78] καὶ ἐκθλιβομένου· ἔστι δὲ βέλτιον τοῦ ὀποῦ τὸ χύλισμα καὶ ἀνωδυνώτερον. Ἡ δὲ χλόη[79] κοπεῖσα καὶ μιγεῖσα σιτανίῳ ἀλεύρῳ[80] ἀναπλάσσεται εἰς ἀρτίσκους καὶ ἀποτίθεται· ἁρμόζει δὲ τὸ πρῶτον χύλισμα καὶ τὸ ἀπὸ ξηροῦ τοῦ σπέρματος εἰς κολλύρια ἀνώδυνα, καὶ πρὸς ῥεῦμα δριμὺ καὶ θερμὸν, ὠταλγίαν τε καὶ τὰ περὶ ὑστέραν· σὺν ἀλεύροις δὲ ἢ ἀλφίτοις πρός τε ὀφθαλμῶν φλεγμονὰς καὶ ποδῶν καὶ τὰς ἄλλας. Τὸ δὲ σπέρμα τὰ αὐτὰ παρέχει, ποιοῦν καὶ πρὸς βῆχας καὶ κατάῤῥουν καὶ ῥεῦμα ὀφθαλμῶν καὶ περιωδυνίας, πρός τε ῥοῦν γυναικεῖον καὶ τὰς ἄλλας αἱμοῤῥαγίας, ὅσον ὀβολὸς σὺν μήκωνος σπέρματι καὶ μελικράτῳ ποθέν· ἁρμόζει καὶ πρὸς ποδάγρας καὶ πρὸς ὄρχεις πεφυσσωμένους[81], μαστοὺς ἐν τοκετῷ ἐπαιρομένους, λεῖον μετ' οἴνου καταπλασ-

77) Ald. ἄσηπτον. 78) Ald. παραθλιβομένου.

79) Sic cod. N. et Marc.; χλωρά vulgo.

80) Lacuna σησαμίνῳ ἀλεύρῳ ἢ πηγάνῳ.

81) Serap. *apostema testiculorum.*

catur. Usus autem eius ad annum duntaxat prorogatur, quia facile corrumpitur. Elicitur et separatim succus e semine, cum inaruit, affusa aqua calida tuso et expresso. Est autem is expressus praestantior liquore (spontaneo) leniendisque doloribus aptior. Ipsa vero frons virens contusa, farina e tritico trimestri addita, redigitur in pastillos ac reconditur. Prius succi genus, et quod e sicco semine exprimitur, collyriis anodynis utiliter inseruntur: prosunt et contra acres calidasque fluxiones, aurium dolores matricisque mala. Cum farina vero ac polenta contra oculorum, pedum ceterarumque partium inflammationes. Semen eadem praestat, insuper etiam ad tussim, destillationem, oculorum fluxiones doloresque efficax, itemque contra fluorem muliebrem aliasque sanguinis eruptiones, si oboli pondere cum papaveris semine ex aqua mulsa bibatur. Subvenit et podagris, testibus inflatis, mammisque a partu tumentibus, si tritum ex vino imponatur.

σόμενον, καὶ εἰς τὰ ἄλλα ἀνώδυνα καταπλάσματα μίγνυται ὠφελίμως. Καὶ τὰ ἀναπεπλασμένα φύλλα εἰς πάντα τὰ ἀνώδυνα εὔχρηστα, μιγνύμενα ἀλφίτοις, καὶ καθ' ἑαυτὰ καταπλασσόμενα. Τὰ δὲ πρόσφατα φύλλα [82] καταπλασθέντα ἀνωδυνώτατα πρὸς πάντα πόνον. Τρία δὲ ἢ τέτταρα [83] ποθέντα σὺν οἴνῳ, ἠπιάλους πυρετοὺς θεραπεύει· ἑψηθέντα δὲ ὡς λάχανα καὶ βρωθέντα τρυβλίου πλῆθος μετρίαν παρακοπὴν ἐργάζεται. Φασὶ δὲ, ὅτι ἐάν τις ἕλκος ἔχοντα ἐν κώλῳ [84] ἐγκλύσῃ [85], τὸ αὐτὸ ἀπεργάζεται. Ἡ δὲ ῥίζα μετ' ὄξους ἑψηθεῖσα ὀδονταλγίας ἐστὶ διάκλυσμα.

Κεφ. ο'. [Περὶ Ψυλλίου.] Ψύλλιον [οἱ δὲ κατάφυσις, οἱ δὲ κυνοκεφάλιον, οἱ δὲ κρυστάλλιον, οἱ δὲ κυνόμυια, οἱ δὲ ψυλλερὶς, οἱ δὲ σικελιωτικὸν, οἱ δὲ Σικελοὶ κονιδιϊς, Ῥωμαῖοι σιλβάκιουμ, οἱ δὲ ἔρβα πουλικάρια, Ἀφροὶ οὐαργουγούμ] φύλλον ἔχει κορωνόποδι ὅμοιον, δασὺ καὶ μακρότε-

82) Lacuna λεῖα, perperam.

83) Sic Serap., Asulan. et sequ.; τρὶς δὲ ἢ τετράκις cod. N., Lacuna et Ald.

84) Cod. N. ἐν κόλπῳ, X. ἐν κύκλῳ.

85) Lacuna add. σὺν γλυκεῖ.

Denique et aliis cataplasmatis anodynis utiliter admiscetur. Quin et in pastillos digesta folia medicamentis dolores sedantibus omnibus, tum per se, tum ex polenta imposita, commode admiscentur. Recentia vero folia illita ad mitigandos omnis generis dolores apprime sunt idonea. Eadem terna quaternave cum vino pota febres epialas depellunt. Cocta autem olerum instar, et heminae mensura comesta, mediocrem mentis alienationem faciunt. Aiunt et idem efficere, si cui in colo ulcus sentienti infundantur. Ceterum radice in aceto decocta dentes utiliter in dolore colluuntur.

Cap. LXX. [*De Psyllio.*] Psyllium [quod alii cataphysin, alii cynocephalion aut crystallion, muscam etiam caninam, psyllerida et siculum, Siculi ipsi conidiis, Romani sylvacium seu herbam pulicariam, Afri vargugum appellant] folium habet coronopodis, hirsutum, sed lon-

ρον[86], κλῶνας δὲ σπιθαμιαίους, καὶ τὸ ὅλον βοτάνιον χορτῶδες· ἄρχεται δ' αὐτοῦ ἡ κόμη ἀπὸ μέσου τοῦ καυλοῦ, κεφάλια δὲ δύο ἢ τρία ἐπ' ἄκρου συνεσταλμένα[87], ἐν οἷς σπέρμα ψύλλοις ὅμοιον, μέλαν, σκληρόν· φύεται ἐν ἀρούραις καὶ χέρσοις. Δύναμιν δὲ ἔχει ψυκτικὴν[88]· ὠφελεῖ δὲ καταπλαττόμενον ἀρθρίτιδα, παρωτίδας, φύματα, οἰδήματα, στρέμματα[89], κεφαλαλγίαν, μετὰ ῥοδίνου ἢ ὄξους ἢ ὕδατος· ἐντεροκήλας τε τὰς ἐπὶ παίδων καὶ ἐξομφάλους ὑγιάζει, καταπλασσόμενον σὺν ὄξει. Δεῖ δὲ ὀξυβάφου πλῆθος λειαίνοντας βρέχειν ἐν δυσὶν ὕδατος κοτύλαις[90], καὶ ὅταν παγῇ τὸ ὕδωρ[91], ἐπιπλάττειν· ψύχει γὰρ ἱκανῶς. [Καὶ εἰς ὕδωρ δὲ ζέον ἐπιτιθεμένη καταστέλλει τὴν θέρμην· ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς ἐρυσιπέλατα· φασὶ δέ, ὅτι κομισθεῖσα ἐν οἴκῳ χλωρά, οὐκ ἐᾷ ψύλλας γενέσθαι· κοπεῖσα δὲ μετὰ στέατος τὰ ῥυπαρὰ καὶ κακοήθη τῶν ἑλκῶν ἀνακαθαίρει. Ὁ δὲ χυλὸς μετὰ

86) Sic Ald. Solum δασὶ legit Serap., μακρότερον omittit Asulan.

87) C. N. συνεστραμμένα.

88) Ald. add. μαλακτικήν, quod vero deest in Serap., omissum in Asulan. et sequ. Lacuna add. στυπτικήν.

89) Sic Serap. et editt. post Asulan.; σπάσματα codd. C. et N. et Ald.

90) Sic cod. C. et Serap.; δακτύλοις Ald. et editt.

91) Cod. C. addit πάντῃ.

gius, totaque herbula foeni modo gracilis est. Coma ipsius a medio caule incipit, capitulis duobus tribusve conglobatis, in quibus semen pulicibus simile, nigrum durumque. Nascitur in arvis et incultis. Vis ei refrigerans. Articulorum morbis, parotidibus, tuberculis, oedematis contorsionibusque et capitis dolori cum rosaceo aut aceto aquave impositum auxiliatur. Infantium quoque enterocelis et umbilico provoluto illitum ex aceto medetur. Acetabuli vero mensuram tritam in duabus aquae heminis macerari oportet, ac, ubi sese aqua densaverit, illini. Siquidem vehementer refrigerat. [In ferventem aquam immissa calorem reprimit: facit et contra erysipelata. Si virens herba domum importetur, pulices abigi dicuntur. Tusa porro cum adipe, sordida malignaque ulcera repurgat.

μέλιτος πρὸς ὦτα ῥευματιζόμενα ποιεῖ καὶ σκώληκας ἔχοντα][92].

Κεφ. οα΄. [Περὶ Στρύχνου.] Στρύχνος κηπαῖος, [οἱ δὲ ἥμερον, Ῥωμαῖοι στρούμουμ, οἱ δὲ κουκούβαλουμ[93], Αἰγύπτιοι ἀλληλώ, Γάλλοι σκούβουλουμ, Ἀφροὶ ἀστρεσμουνίμ.] Στρύχνος ἐδώδιμός ἐστι θαμνίσκος, οὐ μέγας, μασχάλας ἔχων πολλάς, φύλλα μέλανα, ὠκίμου μείζονα καὶ πλατύτερα, καρπὸν περιφερῆ, χλωρόν· μέλας δὲ ἢ κιῤῥὸς γίνεται μετὰ τὸ πεπανθῆναι[94]· ἀβλαβὴς δὲ ἡ βοτάνη πρὸς γεῦσιν. Δύναμιν δὲ ἔχει ψυκτικήν[95]· ὅθεν τὰ φύλλα καταπλασσόμενα ἁρμόζει πρὸς ἐρυσιπέλατα καὶ ἕρπητας μετὰ παιπάλης ἀλφίτου· καθ᾽ ἑαυτὰ δὲ ἐπιτιθέμενα λεῖα αἰγίλωπα θεραπεύει καὶ κεφαλαλγίαν, καὶ στομάχῳ καυσομένῳ βοηθεῖ[96]· παρωτίδας δὲ διαφορεῖ σὺν ἁλσὶ λεῖα καταπλασσόμενα· καὶ ὁ χυλὸς δὲ αὐτοῦ ποιεῖ πρὸς ἐρυσιπέλατα καὶ ἕρπητας σὺν ψιμυθίῳ καὶ ῥοδίνῳ καὶ λιθαργύρῳ· πρὸς αἰγίλωπα δὲ σὺν

92) Uncinis inclusa quamvis Ald. habeat cum editt. sequ., desunt tamen in codd. Vindob. Eorum loco Serap. longe alia habet, iam deperdita.

93) Sic cod. N.; κακουβαλούμ editt.

94) Plura addit Serap. de seminibus, quae nusquam alibi.

95) Serap. add. στυπτικήν.

96) Cod. C. παρηγορεῖ cum accus.

Succus auribus fluxione infestatis et vermiculosis ex melle prodest.]

Cap. LXXI. [*De Strychno.*] Strychnus hortensis [quem et domesticum, Romani strumum dicunt aut cucubalum, Aegyptii allilo, Galli scubulum, Afri astresmunim.] Strychnus edulis est fruticulus, non ita magnus, axillis plurimis, foliis nigris et quam ocimi maioribus latioribusque, fructu rotundo, (protinus) viridi, postquam maturuit, nigro aut fulvo. Est vero herba innocentis gustus. Vim habet refrigerantem, unde folia erysipelatis et herpetibus cum polline polentae convenienter imponuntur. Trita ac per se imposita aegilopa capitisque dolorem sanant, et stomacho aestuanti auxiliantur: parotidas cum sale detrita illitu discutiunt. Et ipsius succus valet adversus erysipelata et herpetas cum cerussa, rosaceo et lithargyro,

ἄρτῳ· ἁρμόζει καὶ σειριῶσι[97] παιδίοις, σὺν ῥοδίνῳ ἐμβρεχόμενος· μίγνυται δὲ καὶ κολλυρίοις ἀντὶ ὕδατος ἢ ᾠοῦ τοῖς πρὸς ῥεύματα δριμέα εἰς τὰς ἐγχρίσεις· ὠφελεῖ καὶ ὠταλγίαν ἐνσταγείς· ἴσχει δὲ καὶ ῥοῦν γυναικεῖον ἐν ἐρίῳ προστεθείς. [Ὁ δὲ χυλὸς ἀναγκαῖός ἐστι πρὸς αἰγίλωπας, συμμαλασσόμενος ἀφόδῳ πυῤῥᾷ ὀρνίθων κατοικιδίων καὶ ῥάκει ἐπιτιθέμενος][98].

Κεφ. οβ΄. [Περὶ Στρύχνου ἁλικακάβου.] Ἔστι καὶ ἕτερον στρύχνον, ὃ ἰδίως ἁλικάκαβον καλοῦσιν, οἱ δὲ φυσαλίδα, [οἱ δὲ δίρκαιον, οἱ δὲ στρύχνον μανικὸν, οἱ δὲ δορύκνιον, οἱ δὲ καλλιάδα, Ῥωμαῖοι βισσικάλις[99], οἱ δὲ ἀπολλινάρις μίνωρ, οἱ δὲ ἔρβα οὐλτικάνα, οἱ δὲ ὀψάγινεμ, Δακοὶ κυκωλίδα, Ἄφροι κακαβούμ·] φύλλοις ὅμοιον τῷ προειρημένῳ, πλατυτέροις μέντοι· οἱ καυλοὶ δὲ αὐτοῦ μετὰ τὸ αὐξηθῆναι χαμαικλινεῖς γίνονται· καρπὸν δὲ ἔχει ἐν θυλακίοις περιφερέσιν, ὅμοιον φύσσαις, πυῤῥὸν, περιφερῆ, λεῖον, ὡς ῥᾶγα σταφυλῆς, ᾧ καὶ οἱ στεφανοπλόκοι χρῶνται, καταπλέκον-

97) Cod. N. ῥιγοῦσι.

98) Quanquam uncinis inclusa Ald. et editt. habeant, absunt tamen a codd. Vindob. et Serapione.

99) Sic codd. C. et N. In editt. desideratur.

aegilopa vero cum pane. Infantibus siriasi laborantibus cum rosaceo infusus prodest. Inseritur et aquae vice vel ovi collyriis, quae contra fluxiones acres illinuntur. Quin et aurium dolori instillatus prodest: fluorem denique muliebrem sistit, in lana subditus. [Denique succus fulvo cohortalium pullorum fimo subactus et linteo appositus expedit adversus aegilopa.]

Cap. LXXII. [*De Strychno halicacabo.*] Est et aliud strychnon, quod peculiariter halicacabum, aut physalida vocant, [alii dircaeum, alii strychnon insanum, aut dorycnion, aut calliada, Romani vesicalem, aut Apollinarem minorem, herbam etiam ulticanam et opsaginem, Daci cycolida, Afri cacabum]. Foliis gaudet antedicto similibus, sed latioribus. Caules, postquam adoleverunt, in terram declinati sunt. Fructum gerit in folliculis globosis, vesicas referentibus, fulvum, globosum, laevem, sicut uvam racemi. Eo etiam coronarii utuntur, sertis imple-

τες τοὺς στεφάνους. Δύναμιν δὲ ἔχει καὶ χρῆσιν τὴν αὐτὴν τῷ κηπαίῳ στρύχνῳ, χωρὶς τοῦ βιβρώσκεσθαι. Δύναται δὲ ὁ καρπὸς αὐτοῦ πινόμενος ἴκτερον ἀποκαθαίρειν, οὐρητικὸς ὤν. Χυλίζεται δὲ ἀμφοτέρων ἡ πόα, καὶ ξηραίνεται ἐν σκιᾷ πρὸς ἀπόθεσιν· ποιεῖ δὲ πρὸς τὰ αὐτά.

Κεφ. ογ΄. [Περὶ Στρύχνου ὑπνωτικοῦ.] Στρύχνον ὑπνωτικὸν, οἱ δὲ ἁλικάκαβον[100], θάμνος ἐστὶ κλάδους ἔχων πολλοὺς, πυκνοὺς, στελεχώδεις, δυςθραύστους, φύλλων πλήρεις λιπαρῶν, ἐμφερῶν μήλῳ κυδωνίῳ· ἄνθος ἐρυθρὸν, εὐμεγέθες· καρπὸν ἐν λοβοῖς[1] κροκίζοντα· ῥίζαν φλοιὸν ἔχουσαν ὑπέρυθρον, εὐμεγέθη· φύεται ἐν πετρώδεσι τόποις[2], οὐ πόῤῥω θαλάσσης[3]. Ταύτης ὁ φλοιὸς τῆς ῥίζης ἐν οἴνῳ ποθεὶς < ὁλκὴ ὑπνωτικὴν ἔχει δύναμιν, τοῦ ὀποῦ τῆς μήκωνος ἐπιεικεστέραν. Ὁ δὲ καρπὸς οὐρητικός ἐστιν ἄγαν· δίδονται δὲ ὑδρωπικοῖς κόρυμβοι ὡς ιβ΄· πλείονες δὲ ποθέντες ἔκστασιν ἐργάζονται· βοηθοῦνται δὲ μελικράτῳ πολλῷ πινομένῳ. Μί-

100) Salmas. homon. p. 66. legit: οἱ δὲ κακαλίαν, οἱ δὲ λεαντικήν.

1) C. et X. θυλακίοις.

2) Ald. ἐν πέτραις.

3) Ultimum neque in Oribas., neque in Serap. legitur.

ctentes. Vim usumque habet strychni hortensis, nisi quod in cibos minime recipitur. Valet autem fructus epotus ad expurgandum morbum regium, cum urinam cieat. Ceterum ex utriusque strychni herba succus elicitur, qui siccatus in umbra reconditur, ac ad eadem pollet.

Cap. LXXIII. [*De Strychno somnifero.*] Strychnon somniferum, quod alii et halicacabum vocant, frutex est ramis numerosis, densis, caudicosis, fractu contumacibus, foliorum pinguium, cydoniae similium plenis, flore rubro, praegrandi: fructu in folliculis crocei coloris, radicis grandis cortice rubescente. Nascitur in petrosis locis, non procul a mari. Radicis cortex drachmae pondere in vino potus somniferam vim habet, quam opium mitiorem: fructus autem potenter urinam ciet. Exhibentur hydropicis fructus circiter duodecim: quodsi plures propinentur, mentis alienatio sequitur. Sed remedio est aqua mulsa copio-

γνυται καὶ ἀνωδύνοις ὁ φλοιὸς[4] αὐτῆς καὶ τροχίσκοις· ἐναφεψηθεὶς δὲ οἴνῳ καὶ διακρατούμενος, ὀδονταλγίαις ἀρήγει· ὁ δὲ χυλὸς τῆς ῥίζης ἀμβλυωπίας μετὰ μέλιτος ἐγχρισθεὶς παραιτεῖται.

Κεφ. οδ'. [Περὶ Στρύχνου μανικοῦ.] Στρύχνον μανικὸν, ὃ ἔνιοι πέρσιον, οἱ δὲ θρύον ἐκάλεσαν, [οἱ δὲ ἄνυδρον, οἱ δὲ πεντάδρυον, οἱ δὲ ἔνορον, οἱ δὲ ὀρθόγυιον]. Τούτου τὸ μὲν φύλλον παραπλήσιον ἐστὶν εὐζώμῳ, μεῖζον δὲ[5], πρὸς τὰ τῆς ἀκάνθης, ἥτις καὶ παίδερως καλεῖται· καυλοὺς δὲ ἀνίησιν ἀπὸ τῆς ῥίζης ὑπερφυεῖς, δέκα ἢ ιβ', ὀργυιᾶς ἔχοντας ὕψος· τὴν κεφαλὴν ἐπικειμένην, ὥςπερ ἐλαίαν, δασυτέραν δὲ, ὡς πλατάνου σφαῖραν, μείζονα δὲ καὶ παχυτέραν[6]· ἄνθος μέλαν, μετὰ δὲ τοῦτο καρπὸν ἴσχει βότρυοειδῆ, στρογγύλον, μέλανα, ῥᾶγας[7] ι' ἢ ιβ', ὁμοίας κισσοῦ κορύμβοις, μαλακὰς, ὥςπερ σταφυλή· ῥίζα δὲ ὕπεστι λευκὴ, παχεῖα, κοίλη, ὡς πήχεως. Φύεται ἐν ὀρεινοῖς χωρίοις καὶ

4) Sic Serap. et Lacuna; χυλός Ald. et sequ.

6) Serap. add. καὶ ἀκανθῶδες.

6) Oribas. et Sarac. sic legerunt; πλατυτέραν vulgo.

7) Sic cod. Par. et Oribas.; ῥαγάδας vulgo. Serap. *grana*.

sa potui data. Cortex eius et anodynis additur et pastillis. Idem decoctus in vino, si ore contineatur, dentium doloribus succurrit. Radicis denique succus cum melle inunctus oculorum hebetudines tollit.

Cap. LXXIV. [*De Strychno furiali.*] Strychnon furiale, quod nonnulli persion, alii thryon, [anydron etiam et pentadryon, enoron et orthogyion vocant]. Huius folium simile est erucae, at maius, ad acanthi, quem paederota appellant, folium accedens. Caules vero a radice proceros emittit decem aut duodecim, orgyiae altitudine. Caput sessile, olivae figura, sed platani instar fructuum hirsutius, maius tamen et crassius. Flos niger: cui succedit fructus racemosus, rotundus, niger, denis aut duodenis constans uvulis, hederae fructus aemulantibus et velut uva vitis, mollibus. Radix subest alba, crassa, concava ac fere cubitalis. Nascitur in montosis locis, vento

προςηνέμοις καὶ πλατανῶσι[8]. Δύναμιν δὲ ἔχει ἡ ῥίζα πινομένη μετ᾽ οἴνου < α΄ πλῆθος, φαντασίας ἀποτελεῖν οὐκ ἀηδεῖς· δύο δὲ < ποθεῖσαι ἐξιστάνουσιν ἄχρι τριῶν ἡμερῶν· δ΄ δὲ ποθεῖσαι καὶ ἀναιροῦσιν· ἀντιφάρμακον δὲ αὐτοῦ ἐστι μελίκρατον, πολὺ πινόμενον καὶ ἐξεμούμενον.

Κεφ. οε΄. [Περὶ Δορυκνίου.] Δορύκνιον, Κρατεύας ἁλικάκαβον ἢ καλέαν καλεῖ, θάμνος ὅμοιος ἐλαίᾳ ἀρτιφυεῖ, κλῶνας ἔχων ἐλάσσονας πήχεως· φύεται ἐν πέτραις, οὐ πόῤῥω θαλάσσης· φύλλα δὲ τῷ χρώματι ἐλαίᾳ παραπλήσια[9], μικρότερα δὲ καὶ στεῤῥότερα, καὶ τραχέα ἰσχυρῶς· ἄνθος λευκὸν, ἐπ᾽ ἄκρου ἔχει λευκὰ καὶ[10] πυκνὰ θυλάκια, ὥςπερ ἐρεβίνθου· ἐν οἷς σπερμάτια στρογγύλα ε΄ ἢ ϛ΄, ὅσον ὄροβοι μικροὶ, λεῖα, ἰσχυρὰ καὶ ποικίλα· ῥίζαν πάχος δακτύλου, μῆκος δὲ πήχεως. Δοκεῖ δὲ καὶ τοῦτο ὑπνωτικὸν εἶναι, πλεονασθὲν δὲ ἀναιρεῖν· φασὶ δέ τινες, καὶ τὸ σπέρμα αὐτοῦ εἰς τὰ φίλτρα παραλαμβάνεσθαι.

8) Sic Oribas. et Scrap.; πλαταμῶσι καὶ πλανώδεσι Ald., πλατανώδεσι Asulan., Marcell., πλαταμῶσι Cornar., Goup., Sarac.
9) Nusquam, quod Sarac. perhibet, nec in Ald., nec in Asulan., λευκά.
10) Sic Ald., quod Asulan. ad notha amandavit.

perflatis et platanorum feracibus. Vis ea est radici, ut drachmae unius pondere pota ex vino imagines haud iniucundas menti repraesentet: duplicatus autem hic modus ad triduum usque insaniam faciat. Quodsi vero drachmae quatuor sumuntur, letifera fit. Remedio autem est aqua mulsa largius pota, iterumque vomitu reddita.

Cap. LXXV. [*De Dorycnio.*] Dorycnion, quod Cratevas halicacabum vocavit aut caleam, est frutex oleae nuper prodeunti similis, ramos habet cubito minores. Nascitur in rupibus, haud procul a mari. Folia habet colore oleae, sed minora, firmiora ac valde aspera: florem candidum et in apice folliculos albos densosque, ceu ciceris, in quibus semina minuta, rotunda; quina aut sena, ervi exigui mole, laevia, firma et versicolora. Radix ad digiti crassitudinem et cubiti longitudinem succrescit. Et hoc somniferum esse putatur, copiosius vero haustum, enecare. Nec desunt, qui dicant, eius semen in amatoria expeti.

Κεφ. οϛ'. [Περὶ Μανδραγόρου.] Μανδραγόρας, οἱ δὲ ἀντίμηλον, οἱ δὲ[11] διρκαίαν, οἱ δὲ Κιρκαίαν καλοῦσιν, ἐπειδὴ δοκεῖ ἡ ῥίζα φίλτρων εἶναι ποιητική· [οἱ δὲ ἀντιμήνιον[12], οἱ δὲ βομβόχυλον, οἱ δὲ μῖνον, Αἰγύπτιοι ἀπεμοὺμ, Πυθαγόρας ἀνθρωπόμορφον, οἱ δὲ ἀλθέργιν[13], οἱ δὲ θριδακίαν, οἱ δὲ κάμμαρον, Ζωροάστρης διάμονον ἢ ἀρχίνην, προφῆται ἡμιόνους, οἱ δὲ γονογεῶνας, Ῥωμαῖοι μάλα κανίνα, οἱ δὲ μάλα τεῤῥέστρια.] Ἔστι δὲ αὐτῆς ὁ μέν τις θῆλυς, ὁ μέλας, θριδακίας καλούμενος, φύλλα ἔχων στενώτερα καὶ μικρότερα[14], βρωμώδη καὶ βαρέα κατὰ τὴν ὀσμὴν, κεχυμένα δὲ ἐπὶ γῆς· καὶ παρ' αὐτὰ μῆλα, οὔοις[15] ἐμφερῆ, ὠχρὰ[16], εὐώδη, ἐν οἷς καὶ καρπὸς, ὥςπερ ἀπίου· ῥίζαι εὐμεγέθεις, δύο ἢ τρεῖς, ἀντεμπεπλεγμέναι ἀλλήλαις, μέλαιναι κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν[17], ἔνδοθεν λευκαὶ καὶ παχύφλοιοι[18]· καυλὸν δὲ οὐ φέρει. Τοῦ δὲ ἄῤῥενος καὶ λευκοῦ, ὃν ἔνιοι νώριον[19] ἐκάλεσαν,

11) Ald. *οἱ δέ κίρκαιον, οἱ δὲ ξηράνθη.*
12) Sic cod. N.; *ἀντίμνιον, ἀντίμιον* vulgo.
13) Sic cod. N.; *ἀλοίτην* vulgo.
14) Sic cod. C., Oribas., Ald., Asulan., Cornar., Marcell., Goupyl.; *μακρότερα* Sarac. solus.
15) Sic Oribas., Serap.; *λεκύθοις ᾠῶν* codd. C. N. et Ald.
16) N. *ὠχροειδῆ.*
17) C. *καθάπερ ἔφην* addit.
18) N. *φλοιώδεις.*
19) N. *τόριον.* Serap. *ἀντίμενος.*

Cap. LXXVI. [*De Mandragora.*] Mandragoram nonnulli antimelum, vel dircaeam, alii etiam Circaeam ideo vocant, quod credatur radix in amatoriis efficax esse. [Nonnulli etiam antimenium aut bombochylum, alii minon, Aegyptii apemum, Pythagoras anthropomorphon, alii althergin, seu thridacian, alii cammaron, Zoroastres diamon aut archinen, prophetae hemionus, aut gonogeonas, Romani mala canina aut mala terrestria vocant.] Altera species est femina, nigra, thridacias vocata, quae folia habet angustiora et minora, virosa ac graveolentia, humi diffusa. Inter ipsa mala gerit, sorbis similia, e luteo pallida, odorata, in quibus et fructus pyriformis. Radices praegrandes, binae aut ternae, invicem implicitae, foris nigrae, intus albae, crasso cortice vestitae. Caule vero caret. Altera species mascula et albidior, quam nonnulli

φύλλα ἐστὶ μεγάλα, λευκὰ, πλατέα, λεῖα, καθάπερ τεύτλου· τὰ δὲ μῆλα διπλάσια, κροκίζοντα τῇ χροιᾷ, εὐώδη μετὰ βάρους τινός· ἃ καὶ ἐσθίοντες οἱ ποιμένες[20] *πoσῶς ὑποκαροῦνται*[21]*· ῥίζα δὲ ὁμοία τῇ πρὸ αὐτῆς, μείζων δὲ καὶ λευκοτέρα*[22]*· ἄκαυλος δὲ καὶ αὐτή.*

Χυλίζεται δὲ ὁ φλοιὸς τῆς ῥίζης χλωρὸς κοπεὶς καὶ ὑποτεθεὶς πιεστῆρι· δεήσει δὲ ἡλιάσαντας[23] *μετὰ τὸ συστραφῆναι ἀποτίθεσθαι ἐν ὀστρακίνῳ ἀγγείῳ· χυλίζεται δὲ καὶ τὰ μῆλα ὁμοίως, ἀνειμένον δὲ γίνεται τὸ ἐξ αὐτῶν χύλισμα· καὶ ὁ φλοιὸς δὲ τῆς ῥίζης περιαιρεθεὶς καὶ διαβληθεὶς λίνῳ, κρεμᾶται εἰς ἀπόθεσιν· ἔνιοι δὲ καθεψοῦσιν οἴνῳ τὰς ῥίζας ἄχρι τρίτου καὶ διϋλίσαντες ἀποτίθενται, χρώμενοι ἐπὶ τῶν ἀγρύπνων καὶ περιοδυνώντων κυάθῳ ἑνὶ, καὶ ἐφ' ὧν βούλονται ἀναισθησίαν τεμνομένων ἢ καιομένων ποιῆσαι. Ὁ δὲ ὀπὸς ποθεὶς ὀβολῶν δυοῖν πλῆθος ὁλκῆς σὺν μελικράτῳ, ἄγει ἄνω φλέγμα καὶ μέλαιναν χολὴν, ὡς ἐλλέβορος· πλείων δὲ ποθεὶς*

20) C. N. *ποιμαίνοντες.*
21) C. *ἐπικαροῦνται.*
22) Lacuna *λεπτοτέρα.*
23) Sic cod. C., Oribas., Serap.; *ἐκπιάζοντας* N., *λεάναντας* Ald. et editt.

norion vocant, folia habet magna, albida, lata, glabra, ut betae: poma priore duplo maiora, colore in croceum vergente, odorata cum gravitate quadam. Iis et pastores, si iis vescuntur, quodammodo soporantur. Radix ante dictae similis, sed maior et albidior. Et haec caule caret.

E radicis recentis cortice tuso ac prelis subiecto succus exprimitur, quem in sole versatum, ubi densatus fuerit, fictili vase recondi oportet. Succus fit et e malis simili modo, sed vi est remissior. Quin et detractus radici cortex filoque traiectus ad usum suspenditur. Nonnulli radices in vino ad tertiam partem decoquunt, excolatumque ius asservant, eiusque cyathum unum propinant in pervigiliis gravioribusque doloribus, itemque ante sectiones ustionesque, ne sentiantur. Ipse vero liquor binis obolis ex aqua mulsa potus, hellebori instar superne pituitam atramque bilem evacuat, sed largius potus vitam

ἐξάγει τοῦ ζῆν. Μίγνυται δὲ[24] καὶ εἰς τὰς ὀφθαλμικὰς καὶ ἀνωδύνους δυνάμεις καὶ πεσσοῖς μαλακτικοῖς· καθ' ἑαυτὸν δὲ ὅσον ἡμιώβολον προςτεθεὶς ἔμμηνα καὶ ἔμβρυα ἄγει, δακτυλίῳ τε ἀντὶ βαλάνου ἐπιτεθεὶς, ὕπνον ποιεῖ. Μαλάσσειν δὲ καὶ ἐλέφαντα[25] λέγεται ἡ ῥίζα συνεψομένη αὐτῷ ἐπὶ ὥρας ϛ', καὶ εὔπλαστον αὐτὸν εἰς ὃ ἄν τις βουληθῇ σχῆμα παρασκευάζειν. Τὰ δὲ φύλλα πρόςφατα ἁρμόζει πρός τε ὀφθαλμῶν φλεγμονὰς καὶ τὰς ἐπὶ τῶν ἑλκῶν, μετὰ ἀλφίτου καταπλασσόμενα· διαφορεῖ δὲ καὶ πᾶσαν σκληρίαν καὶ ἀποστήματα, χοιράδας, φύματα· παρατριβόμενά τε ἡσυχῇ ἐπὶ ἡμέρας ε' ἢ ϛ', στίγματα ἄνευ τοῦ ἑλκοῦν ἀφανίζει· ταριχευθέντα δὲ τὰ φύλλα ἀποτίθεται πρὸς τὰς αὐτὰς χρείας. Ἡ δὲ ῥίζα σὺν ὄξει λεία ἐρυσιπέλατα ἰᾶται· πρὸς δὲ ἑρπετῶν πληγὰς, σὺν μέλιτι ἢ ἐλαίῳ· σὺν ὕδατι δὲ χοιράδας καὶ φύματα διαχεῖ· καὶ ἄρθρων πόνους παύει μετὰ ἀλφίτων. Σκευάζεται δὲ καὶ δίχα ἑψήσεως οἶνος ἐκ τοῦ φλοιοῦ τῆς ῥίζης· δεῖ δὲ ἐμβάλλειν μνᾶς γ'[26] εἰς μετρητὴν οἴνου γλυκέος, δι-

24) Serap. legit τῆς ῥίζης ὁ φλοιός.
25) C. N. ἐλεφάντας.
26) Serap. legit ῥίζας μεγάλας γ'.

adimit. Miscetur et oculorum medicamentis iisque, quibus dolores leniuntur, ac pessis quoque emollientibus. Per se autem, semioboli pondere appositus, menses ciet partusque: sedi quoque pro balano inditus, somnum conciliat. Quid quod et radix fertur ebur emollire, quae per sex horas cum eo cocta fuerit, hactenus etiam tractabile illud reddere, ut, quam quisque voluerit, formam facile suscipiat. Folia vero recentia oculorum inflammationibus iisque, quae ulceribus superveniunt, cum polenta convenienter imponuntur. Sed et duritias omnes, apostemata, strumas et tubercula discutiunt. Eadem, si per quinque aut sex dies leniter affricentur, stigmata citra exulcerationem delent. Ea quoque ad eosdem usus in muria servantur. Radix ex aceto trita erysipelatis medetur: serpentium ictibus ex melle aut oleo: ex aqua vero, strumas ac tubercula dissipat, et articulorum dolores cum polenta sedat. Paratur et sine coctione vinum e cortice radicis, dum minae tres

δόναι τε ἐξ αὐτοῦ κυάθους γ΄[27] *τοῖς μέλλουσι τέμνεσθαι ἢ καίεσθαι, ὡς προείρηται· οὐ γὰρ ἀντιλαμβάνονται τοῦ ἀλγήματος, διὰ τὸ καταφέρεσθαι. Τὰ δὲ μῆλα ὀσφραινόμενα καὶ ἐσθιόμενα*[28], *καρωτικά, καὶ ὁ ἐξ αὐτῶν χυλός· πλεονασθέντα δὲ καὶ ἀφώνους ποιεῖ· τὸ δὲ σπέρμα τῶν μήλων ποθὲν, ὑστέραν καθαίρει· προςτεθὲν δὲ μετ᾽ ἀπύρου θείου, ῥοῦν ἵστησιν ἐρυθρόν. Ὀπίζεται δὲ περιχαραττομένης τῆς ῥίζης πολυειδῶς*[29], *καὶ τοῦ συῤῥέοντος εἰς τὴν κοιλότητα συλλεγομένου· ἔστι δὲ ἐνεργέστερος τοῦ ὀποῦ ὁ χυλός· οὐκ ἐν παντὶ δὲ τόπῳ φέρουσιν ὀπὸν αἱ ῥίζαι· ὑποδείκνυσι δὲ τὸ τοιοῦτον ἡ πεῖρα.*

Ἱστοροῦσι[30] *δὲ καὶ ἑτέραν μόριον*[31] *λεγομένην, φυομένην ἐν παλισκίοις καὶ περὶ τὰ ἄντρα, φύλλα ἔχουσαν ὅμοια τῷ λευκῷ μανδραγόρᾳ, μικρότερα δὲ ὡς σπιθαμιαῖα, λευκὰ, κύκλῳ περὶ τὴν ῥίζαν, οὖσαν ἁπαλὴν καὶ λευκὴν, μικρῷ*

27) Serap. legit *ὀβόλους δ΄*.

28) N. *ἐσθιόμενα καὶ μὴ ὀσφραινόμενα*.

29) Sic Ald.; *θολοειδῶς* Marcell., *θυλοειδῶς* (*θηλοειδῶς*) cod. C., *θαλοειδῶς* cod. N.

30) Quanquam codices nonnulli hoc additamento careant, habet tamen iam Serap.

31) Sic Ald. et Asulan.; *μώριον* Marcell., Cornar. et rell.; Serap. interpres مريض (*morbus*) pro مرين (*morion*).

in vini dulcis amphoram (cadum) coniiciuntur: eius tres cyathi dantur iis, qui secandi sunt aut urendi, ut ante dictum est: altiore enim somno sepeliti dolorem non percipiunt. Poma vero et olfactu et cibo sunt soporifera, itemque expressus ex iis succus: nimia vero copia vocem praecludunt. Semen autem ipsorum epotum matricem purgat, subditumque cum sulfure ignem non experto, fluorem sistit rubrum. Ceterum radice multifariam circumscarificata liquor erumpit, qui in cavitatem receptus colligitur. At succus expressus hoc liquore efficacior est. Neque vero, quod experientia testatur, ubique liquorem radices fundunt.

Aliam deinde tradunt esse speciem, morion dictam, in opacis et iuxta specus provenientem. Haec folia habet albae mandragorae, sed minora, fere dodrantalia, alba, radicem ambeuntia. Haec vero tenera est et candida, do-

μείζονα σπιθαμῆς, πάχος δακτύλου μεγάλου· ἣν φασι πινομένην ὅσον < α΄, ἢ μετὰ ἀλφίτων ἐσθιομένην ἐν μάζῃ ἢ ὄψῳ, ἀποκαροῦν[32]· καθεύδει γὰρ ὁ ἄνθρωπος ἐν ᾧπερ ἂν φάγοι σχήματι, αἰσθανόμενος οὐδενὸς ἐπὶ ὥρας γ΄ ἢ δ΄, ἀφ᾽ οὗπερ ἂν προςενέγκηται· χρῶνται δὲ καὶ ταύτῃ οἱ ἰατροί, ὅταν τέμνειν ἢ καίειν μέλλωσι· φασὶ δὲ καὶ ἀντίδοτον εἶναι τὴν ῥίζαν, πινομένην μετὰ στρύχνου τοῦ καλουμένου μανικοῦ.

Κεφ. οζ΄. [Περὶ Ἀκονίτου.] Ἀκόνιτον, οἱ δὲ παρδαλιαγχὲς, οἱ δὲ κάμμορον, οἱ δὲ θηλυφόνον, οἱ δὲ μυοκτόνον, οἱ δὲ θηροφόνον[33]. Φύλλα ἔχει τρία ἢ τέσσαρα, κυκλαμίνῳ ἢ σικύῳ[34] ὅμοια, μικρότερα δὲ καὶ ὑποτραχέα· καυλὸς δὲ σπιθαμῆς· ῥίζα ὁμοία σκορπίου οὐρᾷ, στίλβουσα ἀλαβαστροειδῶς. Τούτου τὴν ῥίζαν φασὶ προςαχθεῖσαν σκορπίῳ παραλύειν αὐτὸν, διεγείρεσθαι δὲ πάλιν, ἐλλεβόρου προςτεθέντος· μίγνυται δὲ καὶ ὀφθαλμικαῖς ἀνωδύνοις δυνάμεσι·

32) Sic Serap. et Marcell.; ἀπομωροῦν Ald. et editt.

33) Sic Ald.; Asulan. vero, Marcell. et Cornar. θηροφόνον ceu adiectivum μυοκτόνῳ apponunt. Veram lectionem, neglecta Aldina, iterum e cod. Paris. restituit Goupyl.

34) Oribas. add. ἀγρίῳ.

drante paullo maior, pollicis crassitudine. Hanc ferunt epotam drachmae pondere, aut cum polenta in maza aut obsonio comestam, in veternum coniicere. Obdormiscit enim homo, eadem, qua illam comederit, figura, sensus impos per tres aut quatuor, ex quo data est, horas. Sed et illa medici utuntur, cum secandi urendive necessitas adest. Aiunt insuper pro antidoto esse radicem, si cum strychno furiali bibatur.

Cap. LXXVII. [*De Aconito.*] Aconitum nonnulli pardalianches, alii cammorum, alii thelyphonon, alii myoctonon aut therophonon appellant. Folia habet terna aut quaterna, cyclamini aut cucumeri (agresti) similia, minora tamen et subaspera: caulem dodrantalem: radicem scorpii caudae similem, et alabastri modo splendentem. Huius, ut aiunt, radice admota scorpius resolutus torpescit, rursusque expergefit apposito helleboro. Miscetur et oculorum medicamentis anodynis. Enecat et pardales

κτείνει δὲ καὶ παρδάλεις καὶ σῦς καὶ λύκους καὶ πᾶν θηρίον, κρεαδίοις ἐντιθέμενον καὶ παραβαλλόμενον.

Κεφ. οη'. [*Περὶ ἑτέρου Ἀκονίτου.*] Ἀκόνιτον ἕτερον, ὃ ἔνιοι κυνοκτόνον, οἱ δὲ λυκοκτόνον καλοῦσι [οἱ δὲ κύαμον λευκὸν, Ῥωμαῖοι κολομέστρουμ. Τούτου γένη εἰσὶ τρία· ἓν μὲν, ᾧ ἐν θηραῖς[35] χρῶνται· τοῖς δὲ δυσὶν οἱ ἰατροί· ὧν τὸ τρίτον, λεγόμενον ποντικὸν] γεννᾶται μὲν πλεῖστον ἐν Ἰταλίᾳ ἐν τοῖς καλουμένοις Οὐεστίνοις[36] ὄρεσι· διαφέρον τοῦ πρὸ αὐτοῦ. Φύλλα δὲ ἔχει ὅμοια τοῖς τοῦ πλατάνου, μᾶλλον δὲ ἐπεσχισμένα, καὶ μικρότερα[37] πολλῷ καὶ μελάντερα· καυλὸν δὲ καθάπερ πτέριδος, μόσχον ψιλὸν, ὕψος πήχεως, ἢ καὶ μείζονα· καρπὸν δὲ ἐν λοβοῖς ἐπιμήκεσι ποσῶς· ῥίζας ὥσπερ πλεκτάνας καρίδων μελαίνας· αἷς χρῶνται πρὸς τὰς τῶν λύκων θηρὰς, ἐντιθέντες κρέασιν ὠμοῖς· βρωθεῖσαι γὰρ ὑπὸ τῶν λύκων, ἀναιροῦσιν αὐτούς.

Κεφ. οθ'. [*Περὶ Κωνείου.*] Κώνειον [οἱ δὲ αἴγυνος, οἱ δὲ ἤθουσα, οἱ δὲ ἀπολήγουσα[38], οἱ δὲ δολία, οἱ δὲ

35) Sic cod. N.; ᾧ οἱ κυνόθηρες Ald. et cod. C., sed haec vox pro θηραταὶ aut θηρευτῆρες sine auctoritate est.

36) Sic cod. C. et Paris. apud Goupyl.; *Ἰουστίνοις* Ald. et sequ. Cf. lib. 1. c. 9. n. 56.

37) Ald. *μακρότερα*. 38) N. *ἀπολύουσα*.

et sues et lupos, ferarum denique omne genus, carnium frustulis inditum et appositum.

Cap. LXXVIII. [*De altero Aconito.*] Alterum aconitum nonnulli cynoctonon, alii lycoctonon, [alii fabam albam vocant, Romani colomestrum. Huius tria sunt genera. Primo in venationibus utuntur: duobus reliquis medici. Tertium, ponticum dictum,] nascitur ubertim in Italiae montibus Vestinis, a superiore differens. Folia enim habet similia platani, sed profundius incisa, minora multo et nigriora: caulem, velut filicis stipitem, nudum, cubiti altitudine, aut maiorem, et semen in siliquis aliquantum oblongis. Radices in modum squillae marinae cirrorum nigrae adhibentur ad luporum venationes: crudis enim carnibus insertae et a lupis voratae eos enecant.

Cap. LXXIX. [*De Conio.*] Conium [nonnullis aegynos, aliis ethusa, aliis apolegusa, aut dolia, amaurosis,

ἀμαύρωσις, οἱ δὲ παράλυσις, οἱ δὲ ἄφρων, οἱ δὲ κρηΐδιον, οἱ δὲ κοίτην, οἱ δὲ κατεχομένιον, οἱ δὲ ἀβίωτον, οἱ δὲ ἀψευδὴς, οἱ δὲ ἀγεόμωρον, οἱ δὲ τιμωρὸν, οἱ δὲ πολυανώδυνος, οἱ δὲ δαρδανὶς, οἱ δὲ κατάψυξις, Ὀσθάνης βαβάθυ, Αἰγύπτιοι ἀπεμφὶν, Ῥωμαῖοι κικοῦταμ]. Καυλὸν ἀνίησι γονατώδη, ὡς μάραθρον, μέγαν, φύλλα δὲ νάρθηκι[39] ἐμφερῆ, στενώτερα δὲ καὶ βαρύοσμα· ἐπ' ἄκρων δὲ ἀποφύσεις καὶ σκιάδια[40]· ἄνθος ὑπόλευκον· σπέρμα ἐμφερὲς ἀνίσῳ, λευκότερον· ῥίζα [κοίλη][41] οὐ βαθεῖα. Ἔστι δὲ καὶ αὐτὸ τῶν φθαρτικῶν, κατὰ ψύξιν ἀναιροῦν· βοηθεῖται δὲ ἀκράτῳ. Χυλίζεται οὖν ἄκρα ἡ κόμη[42] πρὸ τοῦ ξηρανθῆναι τὸ σπέρμα, καὶ ἐκθλίβεται κοπτομένη, καὶ συστρέφεται ἐν ἡλίῳ. Ἔστι δὲ πολύχρηστον εἰς τὴν ὑγιαστικὴν χρῆσιν ξηρανθὲν, καὶ οἴνῳ[43] μιγνύμενον ἐπιτηδείως τοῖς ἀνωδύνοις κολλυρίοις τὸ χύλισμα· ἕρπητάς τε καὶ ἐρυσιπέλατα καταπλασθὲν σβέν-

39) Sic codd. omnes et ipse Serap. Plin. 25, 95. quidem verius coriandro similia habet folia, unde Anguill. p. 273. et nostrum textum mutare ausus est.

40) C. ἐπ' ἄκρῳ δὲ ἀπόφυσις σκιαδίων ἄμφω ὑπολεύκων.

41) Nec Oribas., nec Serap., nec Anguillarae cod. hoc habent.

42) Sic cod. C. N. et Serap.; χυλίζονται δὲ τὰ ἄκρα πρὸ τοῦ ξηρ. τὸ σπέρμα, ἢ ἡ κόμη.

43) Sic optime cod. C.

paralysis etiam et aphron, creïdion et coete, aliis catechomenion aut abioton, aliis apseudes, aut ageomoron, aliis timoron et polyanodynos, aliis dardanis et catapsyxis, Osthani babathy, Aegyptiis apemphin, Romanis cicuta dicitur.] Caulem edit geniculatum, more foeniculi, magnum, foliis ferulae similibus, sed angustioribus et graveolentibus. In cacuminibus sunt ramorum propagines et umbellae, flos albidus: semen ceu anisi, sed candidius. Radix [cava] non profunda. Est autem in letalium venenorum genere, quippe quod refrigerante sua vi enecet: remedio vero est merum. Contusa summa coma, antequam semina arescunt, succus exprimitur, qui dein sole densatur ac cogitur. Huius autem siccati multiplex est ad tuendam sanitatem usus, et vino mixtum collyriis anodynis idoneum est. Herpetas et erysipelata illitu restin-

νυσιν. Ἡ δὲ πόα καὶ ἡ κόμη λεία καταπλαττομένη τῶν διδύμων ὀνειρώττουσι βοηθεῖ· παρίησι δὲ καὶ αἰδοῖα καταπλασθέντα· καὶ γάλα σβέννυσι, μαστούς τε ἐν παρθενίᾳ κωλύει αὔξεσθαι, καὶ διδύμους ἀτρόφους ποιεῖ ἐπὶ παιδίων. Ἐνεργέστατον δέ ἐστι τὸ κρητικὸν καὶ μεγαρικὸν καὶ τὸ ἀττικὸν καὶ τὸ ἐν τῇ Χίῳ[44] *καὶ Κιλικίᾳ γεννώμενον.*

Κεφ. π'. [Περὶ Σμίλακος.] Σμίλαξ, οἱ δὲ θύμαλον, Ῥωμαῖοι δὲ τάξον καλοῦσι. Δένδρον ἐστὶ παραπλήσιον ἐλάτῃ τοῖς φύλλοις καὶ μεγέθει, ἐν Ἰταλίᾳ καὶ Ναρβωνίᾳ[45] *τῇ κατὰ τὴν Ἱσπανίαν φυόμενον. Τοῦ δὲ ἐν Ἰταλίᾳ γεννωμένου τὸν καρπὸν ὀρνίθια ἐσθίοντα πνίγεται*[46]*· οἱ δὲ προςενεγκάμενοι διαῤῥοίαις περιπίπτουσι. Τὸ δὲ ἐν τῇ Ναρβωνίᾳ τοσαύτης δυνάμεως μετέχει, ὥς καὶ ἐκ τῆς σκιᾶς τοὺς ὑποκαθίσαντας ἢ κοιμηθέντας βλάπτεσθαι, πολλάκις δὲ καὶ θνήσκειν. Ἱστορεῖται δὲ περὶ αὐτῆς, χάριν τοῦ προφυλάττεσθαι.*

44) *Χίῳ* abest ab Oribas., sed legitur in Serap. Eius loco *τὸ κῷον* habet cod. Cantacuz. apud Matthiol. et post *κρητικὸν*, *τὸ ἐν τῇ Ἀσίᾳ γεννώμενον*, quod etiam in cod. C. legitur.

45) Sic Asulan. primus. *Ναρβωνίτιδα* Strabo vocat, *Ναρβωνησίαν* Marcianus. Ald. *Καρβωνίᾳ*, quam nusquam reperimus, ni forte *Καρπητανοὶ* ad Tagi ripas in Hispania intelliguntur. Strabo lib. 3. p. 433.

46) Sic Lacuna legit. Cf. Nicandr. alex. v. 628. et Eutecn. ad h. l. *μελαίνεται* vulg.; *πιαίνεται* suspicatus est Sarac., propter Ruellii testimonium.

guit. Herba vero cum coma trita testibusque circumlita pollutionibus nocturnis opitulatur. Sed et genitalia illita effoeta reddit. Lac itidem exstinguit, et mammas virginum crescere non patitur: puerorum quoque testes tabidos facit. Efficacissimum est creticum et megaricum et atticum, tum id, quod in Chio et Cilicia provenit.

Cap. LXXX. [*De Taxo.*] Smilax, quam alii thymalum, Romani autem taxum appellant, est arbor abietem foliis et statura referens, in Italia et Narbonensi provincia, Hispaniae contermina, nascitur. Si italicae taxi fructibus vescuntur pulli gallinacei, suffocantur: qui eumdem ederint homines, alvi profluviis corripiuntur. Narbonensis vero eam vim habet, ut, qui sub eius umbra sederint aut obdormiverint, laedantur, saepenumero etiam moriantur. Ceterum haec de taxo traduntur eo consilio ut ab ea quisque caveat.

Κεφ. πα΄. [Περὶ Ἀποκύνου.] Ἀπόκυνον, οἱ δὲ κύναγχον, οἱ δὲ παρδαλιαγχὲς, οἱ δὲ κυνόμορον, οἱ δὲ κυνοκράμβην καλοῦσι, [οἱ δὲ κυνοκτόνον, οἱ δὲ φάλεως, οἱ δὲ κυνάγχη, οἱ δὲ ὀλίγωρος, οἱ δὲ ἱππομανὲς, οἱ δὲ ὄνιστις, οἱ δὲ ὀφιοσκόροδον, οἱ δὲ κυναρικὴ, οἱ δὲ ἐλαφόσκορδον, προφῆται παράλυσις, Ῥωμαῖοι βράσσικα ῥούστικα, οἱ δὲ κανίνα] θάμνος ἐστὶ ῥάβδους ἔχων μακρὰς[47], λυγώδεις, [δυςώδεις][48], δυςθραύστους· φύλλα κισσῷ ὅμοια, μαλακώτερα δὲ καὶ ὀξύτερα κατ᾽ ἄκρον, βαρύοσμα, ὑπόγλισχρα, ὀποῦ μεστὰ μηλίνου· καρπὸς δὲ ὡσεὶ λοβὸς κυάμων, περὶ δακτύλου τὸ μῆκος, θυλακώδης, ἐφ᾽ ὧν σπερμάτια σκληρὰ, μέλανα[49]. Ταύτης τὰ φύλλα σὺν στέατι ἀρτοποιηθέντα καὶ παραβληθέντα κτείνει κύνας, λύκους, ἀλώπεκας, παρδάλεις· παραχρῆμα δὲ παραλύει αὐτῶν τὰ ἴσχια.

Κεφ. πβ΄. [Περὶ Νηρίου.] Νήριον, οἱ δὲ ῥοδοδάφνη, οἱ δὲ ῥοδόδενδρον, [οἱ δὲ σπόγγος, οἱ δὲ αἱμοσταρὶς, Ῥω-

47) Sic Asul. et cod. C.; μικρὰς Ald.

48) Ald. sola.

49) Ald. addit λευκὰ, σμικρά.

Cap. LXXXI. [*De Apocyno.*] Apocynon, quod nonnulli cynanchum, alii pardalianches, aut cynomoron, aut cynocramben vocant, [alii cynoctonon, alii phaleos, alii cynanche, alii oligoros, alii hippomanes, alii onistis, alii ophioscorodon, alii cynaricen, alii elaphoscordon, prophetae paralysin, Romani brassicam rusticam aut caninam] frutex est virgis elongatis, vitilium modo flexilibus, [mali odoris], fractu contumacibus: foliis hederae, sed mollioribus et apice acutioribus, graveolentibus, subglutinosis et luteo succo scatentibus. Fructus ceu fabarum siliqua, digiti longitudine, folliculum refert, minutis intus seminibus duris nigrisque. Huius folia cum subacta farina in panes coacta et pabuli vice proiecta, canes interimunt, lupos, vulpes et pardales: eorum enim coxendices protinus resolvunt.

Cap. LXXXII. [*De Nerio.*] Nerium, quod alii rhododaphnen, alii rhododendron, [alii spongos aut haemo-

μαῖοι ὀλεάνδρουμ[50], *οἱ δὲ λαυροῤῥόσα, Λευκάνοι ἰκμανὴ, Αἰγύπτιοι σκινφή*][51]. *Θάμνος γνώριμος, ἀμυγδαλῆς μακρότερα καὶ παχύτερα*[52] *ἔχων φύλλα· τὸ δὲ ἄνθος ῥοδοειδές· καρπὸν δὲ φέρει ὡς κέρατα*[53], *ἀνεῳγμένον πλήρη ἐριώδους φύσεως*[54], *ὁμοίας τοῖς ἀκανθίνοις πάπποις*[55]. *Ῥίζα δὲ ἄποξυς καὶ μακρὰ, ξυλώδης, γευσαμένῳ ἁλμυρά. Φύεται ἐν παραδείσοις καὶ παραθαλασσίοις τόποις καὶ παρὰ ποταμοῖς. Δύναμιν δὲ ἔχει τὸ ἄνθος καὶ τὰ φύλλα κυνῶν μὲν καὶ ὄνων καὶ ἡμιόνων καὶ τῶν πλείστων τετραπόδων δὲ ζώων*[56] *φθαρτικὴν, ἀνθρώπων δὲ σωστικὴν, σὺν οἴνῳ πινόμενα, πρὸς δήγματα θηρίων, καὶ μᾶλλον, εἰ πηγάνῳ παραμίξειας· τὰ δὲ ἀσθενέστερα*[57] *τῶν ζώων, ὡς*[58] *αἶγες καὶ πρόβατα, ἐπὰν τὸ ἀπόβρεγμα αὐτῶν πίῃ, ἀποθνήσκει.*

50) *ῥοδάνδρουμ* vulgo, *ῥοράνδρουμ* C., qui codex sequens addit synonymon.

51) Vulgo additur: *Ἀφροὶ ῥοδοδάφνη*, ineptum.

52) Sic Lacuna et Asulan.; *τραχύτερα* Ald. et cod. C.

53) Sic codd. C., N. et Cantacuz.; *καρπὸν δὲ ἐμφερῆ ἀμυγδάλῳ, ὡς κέρατι* vulgo.

54) C. *ὑφέσεως*, forte *ὑφῆς*.

55) Sic optime cod. C. et Cantacuz.; *ὅμοιον τοῖς ὑακινθίνοις πάπποις* vulgo. C. tamen *παπύροις*.

56) C. *κτηνῶν μὲν πάντων φθαρ.*

57) C. *ἀσθενέστατα.*

58) *ὡς* deest in codd. C. et N.

staris, Romani oleandrum vocant aut laurorosam, Lucani icmanen, Aegyptii scinphe]. Frutex est notus, folia habet quam amygdalus longiora crassioraque, florem rosaceum. Fructum fert cornuum forma; dum aperitur, lanosa substantia farctus, quae acanthii pappos refert. Radix acuminata est et longa, lignosa, gustanti salsa. Nascitur in viridariis, maritimis locis et secus amnes. Vim habent flores et folia in canibus, asinis mulisque et in plerisque quadrupedibus letiferam; homines vero noxis eripiunt a bestiarum venenatarum morsu ortis, si e vino bibantur, eoque magis ruta addita. Imbecilliores autem animantes, ut caprae ac oves, si aquam biberint, in qua illa maduerint, moriuntur.

Κεφ, πγ'. [*Περὶ Μυκήτων.*] *Μυκήτων διαφορὰ διττή· ἢ γὰρ βρώσιμοί εἰσιν, ἢ φθαρτικοί· παρὰ πολλαῖς δὲ αἰτίαις*[59] *γίνονται τοιοῦτοι· ἢ γὰρ ἥλοις κατιωμένοις, ἢ ῥάκεσι σεσηπόσιν*[60] *ἢ ἑρπετῶν φωλεοῖς παραφύονται, ἢ δένδρεσιν ἰδίως βλαπτικοὺς φέρουσι τοὺς καρπούς*[61]*· ἔχουσι δὲ καὶ γλοιώδη*[62] *οἱ τοιοῦτοι ἐπίπαγον· κατατεθέντες δὲ μετὰ τὸ ἀφαιρεθῆναι, ταχέως διαφθείρονται σηπόμενοι· οἱ δὲ μὴ τοιοῦτοι*[63]*, ζωμοποιοὶ ἡδεῖς· πλεονασθέντες μέντοι καὶ οὗτοι βλάπτουσι δυςπεπτούμενοι, πνίγοντες ἢ*[64] *χολέραν ἐπάγοντες. Βοηθοῦνται δὲ πάντες ποτιζόμενοι ἐλαίῳ*[65] *καὶ νίτρῳ ἢ κονίᾳ, μετὰ ὀξάλμης ἢ θύμβρας ἀποζέματι, ἢ ὀριγάνῳ, ἢ ὀρνιθείῳ κόπρῳ μετ' ὄξους πινόμενοι, ἢ μέλιτι ἐκλειχόμενοι πολλῷ· τρόφιμοι δέ εἰσι καὶ δυςδιάλυτοι· ὁλοσχερεῖς γὰρ ὡς ἐπιτοπολὺ σὺν τοῖς περιττώμασιν ἀποδίδονται.*

59) Samb. iam accusativum substituit, quem in textum recepissem, ni Cilicismum auguratus essem.

60) Plin. 22, 46. easdem caussas recenset. Serap. forte non intellexit locum, sola enim *loca putrida* accusat.

61) Oribas. *δένδρεσι βλαπτικοῖς.*

62) C. *γλινώδη.* 63) Oribas. *ἐδώδιμοι.*

64) C. *ἔμετον καὶ χ.*

65) Sic Oribas. et Lacuna. Deest *ἐλαίῳ* in editt. et Serap.

Cap. LXXXIII. [*De Fungis.*] Fungorum differentia duplex. Aut enim edules sunt, aut exitiosi. Ac tales quidem multis de caussis evadunt: nempe quia iuxta clavos rubiginosos, aut putridos pannos, aut serpentium latibula gignuntur, aut etiam prope arbores, noxiis fructibus onustas. Tales habent in superficie coagulum quoddam glutinosum, atque, si eruti reponantur, putredine celeriter corrumpuntur. Qui haud tales sunt, iuscula reddunt sapori grata. Sed et hi largius sumti nocent, quod difficulter concoquuntur, strangulant, aut choleram arcessunt. Praesidio est omnibus potio ex oleo et nitro aut e lixivio cum muria acida, aut thymbrae decoctae aut origani, stercoris etiam gallinacei cum aceto, aut e copioso melle linctus. Quanquam illi alibiles sunt, aegre tamen dissolvuntur, namque integri ut plurimum cum excrementis reiiciuntur.

Κεφ. πδ΄. [Περὶ Κολχικοῦ.] Κολχικὸν, οἱ δὲ ἐφήμερον, οἱ δὲ βολβὸν ἄγριον, [Ῥωμαῖοι βούλβουμ ἀγρέστεμ] λήγοντος τοῦ φθινοπώρου ἀνίησιν ἄνθος ὑπόλευκον, ὅμοιον κρόκου ἄνθει· ὕστερον δὲ τὰ φύλλα φέρει βολβῷ παραπλήσια, λιπαρώτερα· καυλὸν σπιθαμιαῖον, καρπὸν ἔχοντα πυῤῥόν[66]· ῥίζαν, φλοιὸν ἔχουσαν ἔγκιῤῥον ἐν τῷ μέλανι· ἥτις λεπιζομένη λευκὴ καὶ ἁπαλὴ καὶ ὀποῦ μεστὴ εὑρίσκεται καὶ γλυκεῖα· ἔχει δὲ ὁ βολβὸς διάφυσιν[67] μέσην, καθ᾽ ἣν τὸ ἄνθος ἀφίησι. Γεννᾶται δὲ πλεῖστον ἐν τῇ Μεσσηνίᾳ[68] καὶ Κόλχοις. Βρωθεῖσα δὲ κτείνει κατὰ τὸν πνιγμὸν ὁμοίως μύκησιν. Ἀνεγράψαμεν δὲ αὐτὴν, ἵνα μὴ λάθῃ βρωθεῖσα ἀντὶ βολβοῦ· παραδόξως γάρ ἐστιν ἐπακτικὴ διὰ τὴν ἡδονὴν τοῖς ἀπείροις· βοηθεῖ δὲ τοῖς φαγοῦσιν, ὅσα καὶ τοῖς μύκητας φαγοῦσι, καὶ γάλα βόειον πινόμενον· ὥςτε, ὅταν παρῇ τοῦτο, μηδενὸς ἄλλου δεῖσθαι βοηθήματος.

Κεφ. πε΄. [Περὶ Ἐφημέρου.] Ἐφήμερον, οἱ δὲ ἶριν ἀγρίαν[69], φύλλα καὶ καυλὸν ὅμοια ἔχει κρίνῳ, λεπτότερα

66) C. addit ἐν τῷ μέλανι. Conf. Salmas. exerc. Plin. p. 171.
67) C. διάχυσιν. 68) Cum Salmasio l. c. p. 172. suspicor Μυσίᾳ.
69) Sic Galen. fac. simpl. lib. 6. p. 879. et Paull. p. 237. Ἐφή-

Cap. LXXXIV. [*De Colchico.*] Colchicum, quod aliqui ephemeron, alii [et Romani] bulbum agrestem vocant, sub finem autumni florem edit albicantem: deinceps vero folia bulbi (esculenti) sed nitidiora; caulem spithamaeum cum fructu rufo: radicem cortice praeditam e nigro fulvescente, quae, cortice detracto, candida apparet, tenera, succi plena ac dulcis. Habet vero bulbus mediam rimam, e qua flos erumpit. Plurimum nascitur in Messenia (Moesia, Mysia?) et apud Colchos. Comesta radix fungorum more strangulando enecat. Descripsimus hanc herbam, ne quis inscius eam pro bulbo (esculento) comedat: mire enim allicit imperitos iucunditate saporis. Opem ferunt eadem, quae fungis devoratis, praecipue vero lac bubulum epotum, ut, si hoc affuerit, aliud nullum desideretur auxilium.

Cap. LXXXV. [*De Ephemero.*] Ephemerum, quod alii irin agrestem appellant, caulem foliaque habet lilii,

δέ· ἄνθη λευκὰ, μικρά[70]*· καρπὸν δὲ μαλακόν· ῥίζα δὲ ὕπεστι δακτύλου πάχος μία, μακρὰ, στυπτικὴ, εὐώδης· φύεται ἐν δρυμοῖς καὶ παλισκίοις. Τούτου ἡ μὲν ῥίζα ὀδονταλγίας ἐστὶ φάρμακον διακλυζομένη*[71]*· τὰ δὲ φύλλα ἐν οἴνῳ ἑψηθέντα καὶ καταπλασθέντα, οἰδήματα καὶ φύματα διαφορεῖ, μήπω ὑγρὸν*[72] *ἔχοντα.*

Κεφ. πς΄. [Περὶ Ἑλξίνης.] Ἑλξίνη, οἱ δὲ παρθένιον, οἱ δὲ σιδηρῖτιν, οἱ δὲ ἡράκλειαν, οἱ δὲ ἀσυρίαν[73]*, οἱ δὲ ὑγιεινὴν*[74] *ἀγρίαν, οἱ δὲ κλιβάδιον*[75]*, οἱ δὲ πολυώνυμον καλοῦσι· φύεται ἐπὶ θριγκοῖς καὶ τοίχοις. Καυλία δὲ ἔχει λεπτὰ*[76]*, ὑπέρυθρα· φύλλα ὅμοια λινοζώστει, δασέα· περὶ δὲ τοὺς καυλοὺς, οἱονεὶ σπερμάτια τραχέα, ἀντιλαμβανόμενα*

μερον, *οὐ τὸ δηλητήριον, ὃ καὶ κολχικὸν ὀνομάζουσιν, ἀλλ' ὅπερ ἶρις ἀγρία καλεῖται.* Unde hallucinatur Dodon. p. 203., qui hic *κρίνον ἄγριον* legendum esse putat. Sed patet, et Colchicum *ἐφημέρον* nomine notum fuisse, unde et in cod. C. hoc nomine illud, non nostrum, inscribitur.

70) Vulgo *πικρά.*

71) Lacuna *παύει γὰρ τὴν ὀδύνην* e cod. addit.

72) Galen. l. c. p. 880. *πρὶν ἐκπυῆσαι*, unde Fuchs. hist. stirp. p. 239. *πύον*, non *ὑγρὸν*, legendum esse censet.

73) Corruptam vocem Sarac. habet, pro qua substituendum est *περδίκιον.*

74) Sarac. ex Apuleio *ὀξίνην.*

75) *Κλυβάτιν* existimat Sarac. e Nicol. Myreps. Oribas. adiungit *ἐλεῖτιν.*

76) Sic Ald. Lectio, quam Sarac. citat, pertinet ad cod. C. lib. huius c. 35.

sed hac tenuiora, flores candidos, minutos; fructum mollem; radicem unam, digitali crassitudine, longam, astringentem, odoratam. Nascitur in sylvis et opacis. Huius radix dentium doloribus collutu medetur. Folia vero, in vino cocta ac illita, oedemata et tubercula discutiunt, quae humidi nihildum contraxere.

Cap. LXXXVI. [*De Parietaria.*] Parietaria, quam et parthenion et sideritin, heracleam etiam et asyriam, hygienem sylvestrem, clibadium ac polyonymon vocant, nascitur in maceriis et parietibus. Cauliculos profert tenues ac subrubentes, folia mercurialis, hirsuta et circa caules velut exigua semina, aspera, vestibus adhaerentia. Vim

τῶν ἱματίων. Δύναμιν δὲ ἔχει τὰ φύλλα ψυκτικὴν, στυπτικήν· ὅθεν καταπλασσόμενα ἰᾶται ἐρυσιπέλατα, κονδυλώματα, κατακαύματα, φύγεθλα ἀρχόμενα, καὶ πᾶσαν φλεγμονὴν καὶ οἰδήματα. Ὁ δὲ χυλὸς αὐτῆς μιγεὶς ψιμυθίῳ, ἐρυσιπέλατα καὶ ἕρπητας ὠφελεῖ καταχριόμενος, καὶ ποδάγρας σὺν κηρωτῇ κυπρίᾳ ἀναληφθεὶς, ἢ τραγείῳ στέατι· ὠφελεῖ καὶ βήττοντας χρονίως ὁ χυλὸς καταῤῥοφούμενος ὅσον κύαθος· καὶ παρισθμίοις φλεγμαίνουσιν ἀναγαργάρισμα καὶ διάχρισμα ὠφέλιμόν ἐστι· καὶ ὠταλγίαν σὺν ῥοδίνῳ ἐγχεόμενον ὠφελεῖ.

Κεφ. πζ'. (πη'.) [Περὶ Φακοῦ τοῦ ἐπὶ τῶν τελμάτων[77]*.] Φακὸς ὁ ἐπὶ τελμάτων [οἱ δὲ φακὸς ἄγριος, οἱ δὲ ἐπίπτερον, Ῥωμαῖοι βιπεράλις, οἱ δὲ ἰκεοσμίγδονος] εὑρίσκεται ἐπὶ τῶν στασίμων ὑδάτων, βρύον ὂν, ὅμοιον φακῷ, ψύχων τῇ δυνάμει· ὅθεν*[78] *πάσαις φλεγμοναῖς καὶ ἐρυσιπέλασι καὶ ποδάγραις ἁρμόζει καταπλασσόμενος, καθ' ἑαυτόν τε*[79] *καὶ σὺν ἀλφίτῳ· παρακολλᾷ δὲ καὶ ἐντεροκήλας τὰς ἐπὶ παίδων.*

77) Quod Sarac. capitulum habet *περὶ ἀλσίνης*, iam in libr. 2. c. 214. affuit.

78) Sic cod. C. Editiones *ὅθεν* omittunt.

79) Deest in cod. C., sed habet N. et Ald.

habent folia refrigerantem, astringentem: qua ex caussa sanant illitu erysipelata, condylomata, adusta, incipientes panos, omnes inflammationes et oedemata. Succus eius cum cerussa erysipelatis et herpetibus utiliter illinitur, uti et podagris, si cerato cyprino aut hircino sebo exceptus fuerit. Quin et tonsillis inflammatis utiliter gargarizatur et oblinitur, nec non et aurium dolorem cum rosaceo instillatus levat.

Cap. LXXXVII. (LXXXVIII.) [*De Lenticula stagnina.*] Lenticula stagnina, [quam et agrestem et epipteron, Romani viperalem, alii iceosmigdonon vocant] invenitur in residibus aquis, muscus scilicet, lenticulae similis, vi refrigerans: omnibus igitur inflammationibus et erysipelatis et podagris tum per se, tum cum polenta imposita, conducit. Agglutinat quoque intestina infantium provoluta.

Κεφ. ρκγ'. (ρκε'.) [Περὶ Ψευδοβουνίου.] Ψευδοβούνιον θαμνίον ἐστὶ σπιθαμιαῖον ἐν Κρήτῃ, ἔχον φύλλα καὶ κλωνία[93] βουνίῳ ὅμοια, δριμέα. Δύναται δὲ καὶ τὰ ἐξ αὐτοῦ πινόμενα κλωνία ὅσον δ' σὺν ὕδατι στρόφους καὶ στραγγουρίαν καὶ πλευρᾶς πόνον[94] θεραπεύειν· διαφορεῖ δὲ καὶ χοιράδας μετὰ ἁλῶν καὶ οἴνου καταπλασσόμενα χλιαρά.

89) C. γιζάρ. 90) C. θεμψώ.

91) Quae sequuntur, verbotenus e cod. C. et Ald. transscripsi. Lectio vulgaris ad Oribas. ab Asulano formata, haec est: τετράγωνον, εὐμήκη, πάχος δακτυλιαῖον· φύλλα δὲ ὅμοια σελίνῳ.

92) C. τριβόλου. Lacuna τριβόλου ἢ κορίου. Dodon. πρὸς τῷ ἄκρῳ.

93) Καὶ κλωνία habent codd. Vindob. et Paris., Aldina etiam, sed post δριμέα positum. Asulan. cum rell. reiiciunt.

94) Cod. X. πλευρῶν ἀλγήματα.

zigar aut thepso vocant] caulem emittit tetragonum, cuius ramusculi numerosi, foliolis minutis floribusque confertim obsiti, longitudine digitales sunt: folia radicalia selinum aemulantur, multo tamen tenuiora, et ad coriandri formam accedunt. Flos est anethi, semen odoratum, hyoscyami semine minus. Ciet id urinas, excalefacit, et secundas evocat, lieni, renibus ac vesicae utile. Ceterum seminis, tam humidi quam sicci, itemque succi ex eo una cum radicibus, caulibus ac foliis expressi usus est ex aqua mulsa.

Cap. CXXIII. (CXXV.) [*De Pseudobunio.*] Pseudobunium fruticulus est dodrantalis in Creta, folia ramulosque bunii ferens, acri gustu. Quatuor eius ramuli ex aqua bibiti tormina, stranguriam laterisque dolores sanant: discutiunt et strumas, si cum sale et vino tepentes imponuntur.

Κεφ. ρκδ'. (ρκς'.) [*Περὶ Χαμαικίσσου.*] *Χαμαίκισσος* [*οἱ δὲ χαμαιλεύκη, οἱ δὲ κισσὸς ἄκαρπος, οἱ δὲ γῆς στέφανος, οἱ δὲ σεληνῖτις, Ῥωμαῖοι ἔδερα πλουβιάτικα*] *φύλλα ἔχει ὅμοια κισσοῖς*[95], *μακρότερα*[96] *δὲ καὶ λεπτότερα, πολλά· κλωνία σπιθαμιαῖα, περίπλεα φύλλων ἀπὸ τῆς γῆς ε' ἢ ς'· ἄνθη λευκοΐοις ὅμοια, λεπτότερα δὲ*[97] *καὶ πικρὰ πρὸς τὴν γεῦσιν ἰσχυρῶς· ῥίζα λεπτὴ, λευκὴ, ἄχρηστος· φύεται ἐν ἐργασίμοις χωρίοις. Ἁρμόζει δὲ τὰ φύλλα ἰσχιαδικοῖς, ὅσον τριώβολος ἐν ὕδατι κυάθοις τρισὶ πινόμενα ἐπὶ ἡμέρας μ' ἢ ν'*[98], *καὶ ἴκτερον δὲ ἀποκαθαίρει, ὁμοίως πινόμενα πρὸς ς' ἢ ζ' ἡμέρας.*

Κεφ. ρκε'. (ρκζ'.) [*Περὶ Χαμαιπεύκης.*] *Χαμαιπεύκη*[99] *ποιεῖ πρὸς ὀσφύος ἀλγήματα, ἐν ὕδατι λεία πινομένη.* [*Ἐν*

95) Cod. C. *πυροῖς*, quod cum Plin. 24, 84. (*spicata est tritici modo*) congruit.

96) Cum Fuchsio, stirp. hist. 877, reliqui commentatores fere omnes *μικρότερα* volunt: repugnant tamen codd. et interpretes prisci.

97) Solum *λεπτότερα* habent Oribas. et cod. C., *λευκότερα καὶ λεπτότερα* Ald., *μικρότερα* solum Asulan. cum sequentibus.

98) Plin. l. c. *septem diebus.*

99) Marcell., Ruell. et Valer. Cord. in codd. sic scriptum invenerunt, quod cum Plin. 24, 86. congruit. *Χαμαιλεύκη*, synonymon *βηχίου* (lib. 3. c. 116. [126.]) eodem nomine a Plinio 24, 85. distinguitur, *farfarum* dicta. Et, quanquam Galen. et Paull. *χαμαιλεύκην* a *βηχίῳ* removeant, in iis auctoribus nostra lectio substituenda esse videtur. Cf. Alpin. exot. p. 77.

Cap. CXXIV. (CXXVI.) [*De Chamaecisso.*] Chamaecissus [aliis chamaeleuce, aliis hedera sterilis, aut terrae corona, aliis selenitis, Romanis hedera pluviatica dicitur] folia habet hederae similia, sed longiora ac tenuiora, numerosa: ramulos a radice quinos senosve, dodrantales, foliosos: flores levcoïum (colore) referentes, minores tamen et gustu admodum amaros. Radix est tenuis, alba, inutilis. Nascitur in cultis locis. Folia conveniunt ischiadicis, dum tribus obolis in aquae cyathis totidem per quadraginta aut quinquaginta dies bibuntur: regium quoque morbum expurgant, simili modo pota per sex aut septem dies.

Cap. CXXV. (CXXVII.) [*De Chamaepeuce.*] Chamaepeuce facit adversus lumborum dolores, si trita ex

ἄλλῳ][100]. Ἔστι δὲ ἡ βοτάνη ὁλόχλωρος, ἔχουσα φυλλάρια ἐπικαμπῆ, καὶ τοὺς κλάδους ἐπικαμπεῖς, καὶ ἄνθη ὡς ῥόδα.

Κεφ. ρκϛ΄. (ρκη΄.) [Περὶ Βουγλώσσου.] Βούγλωσσον [προφῆται γόνος αἰλούρου, Ὀσθάνης σαννουχὶ[1], Αἰγύπτιοι ἀντὸν ἐριν-βεσώρ, Ῥωμαῖοι λογγαίβουμ, οἱ δὲ λίγγουα βόβουμ[2], οἱ δὲ λιβανὶν[3], Ἄφροι ἀνσανάφ[4], Δακοὶ βουδάλλα[5]][6] ἔοικε φλόμῳ[7]· φύλλον δὲ ἔχει χαμαιπετὲς, τραχύ τε καὶ μελάντερον, ἀκανθῶδες καὶ μικρότερον[8], ὅμοιον βοὸς γλώσσῃ· ὅπερ καθιέμενον εἰς τὸν οἶνον, εὐφρόσυνον δοκεῖ εἶναι. [Φύεται ἐν πεδίοις καὶ ὑποτραχέσι τόποις][9].

100) Sic Ald. 1) Sic C.; τζανουχεί Ald.

2) Hoc add. C.

3) C. addit λικανεῖ.

4) C. ἀλσουνάλφ.

5) Hoc addit C.

6) Quae iam sequuntur in Aldina, nothis adiudicata a Marcell., Asulan. et qui sequuti sunt, tam manifesto peregrina sunt, cum nullus codex antiquior habeat, neque interpretes prisci, neque medicorum quisquam, qui Dioscoridem excerpserunt, ut, ne uncinis quidem inclusa, audeam textui inserere. Sunt autem haec: *Γεννᾶται εἰς τόπους ὁμαλοὺς καὶ ἀτμώδεις* (*ἀμμώδεις* forte Sarac.). *Συνάγεται δὲ ἐν Ἰουλλίῳ μηνί. Φασὶ δὲ πρὸς ῥίγη λυσιτελεῖν· πρὸς μὲν τριταῖον, τοῦ ἔχοντος βουγλώσσου γ΄ καυλοὺς ὅλην ἀποτριτώσας μετὰ τῶν ῥιζῶν καὶ τοῦ σπέρματος τὴν βοτάνην, δίδου πιεῖν· τοῦ δὲ τέσσαρας ἔχοντος τῷ τεταρταΐζοντι· ἡ δὲ ἕψησις τούτων σὺν οἴνῳ· καὶ πρὸς ἀποστήματά φασιν αὐτὸ χρησιμεύειν.* In quo quidem panno assuto protinus insolentia verborum *εἰς* cum accus. loco *ἐν* cum dat., *λυσιτελεῖν* loco *ἀρήγειν*, *ὠφελεῖν* etc. et *Julius mensis* nos offendunt, cum *πυραμητόν* dixisset Diosc. Dein eadem in cap. de *ἀρνογλώσσῳ* suadentur, quae Plin. 25, 41. ad cynoglosson transtulit.

7) C. N. *φλοιῷ*. Serap. *caromas*, scilicet قرمس pro فلمس legit.

8) Duo haec adiectiva habent codd. C. et Cantacuz., *μικρότερον* etiam Oribas. et Serap.

9) Uncinis inclusa leguntur in cod. X.

aqua bibatur. Est autem herba tota viridis, foliolis ramisque inflexis, floribus rosaceis.

Cap. CXXVI. (CXXVIII.) [*De Buglosso.*] Buglossum [prophetae felis genituram, Osthanes sannuchi, Aegyptii anton erinbesor, Romani longaevum, aut linguam bovis, aut libanin, Afri ansanaph, Daci budalla vocant] verbasco simile est, folio in terram sparso, aspero tamen et nigriore, spinoso et minore, bubulae linguae simili: quod vino inditum hilaritatem afferre creditur. [Nascitur in campis et asperis locis.]

Κεφ. ρκζ΄. (ρκϑ΄.) [Περὶ Κυνογλώσσου.] Κυνόγλωσσον [οἱ δὲ φυτὸν, οἱ δὲ καβαλλάτιον, οἱ δὲ σπληνίον, οἱ δὲ σκόλυμος, Ῥωμαῖοι λίγγουα κάνις, οἱ δὲ λίγγουα κανίνα] φύλλα ἔχει ἀρνογλώσσῳ τῷ πλατυφύλλῳ ἐμφερῆ, στενώτερα δὲ καὶ μικρότερα, χνοώδη· ἄκαυλον, ἐπὶ γῆς ἐστρωμένον· φύεται ἐν ἀμμώδεσι τόποις. Δύναμιν δὲ ἔχει τὰ φύλλα λεῖα σὺν στέατι παλαιῷ ὑείῳ κυνόδηκτα καὶ ἀλωπεκίας καὶ κατακαύματα ἰᾶσθαι· ἑψηθεῖσα δὲ ἡ πόα, καὶ πινομένη σὺν οἴνῳ, κοιλίας ἐστὶ μαλακτική.

Κεφ. ρκη΄. (ρλ΄.) [Περὶ Φυτεύματος.] Φύτευμα[10] φύλλα ἔχει ὅμοια στρουθίῳ, μικρότερα δέ· καρπὸν πολὺν τετρημένον[11]· ῥίζην μακρὰν[12], λεπτὴν, ἐπιπόλαιον· ἣν ἀναγράφουσί τινες[13] εὐθετεῖν πρὸς φίλτρον.

Κεφ. ρκϑ΄. (ρλα΄.) [Περὶ Λεοντοποδίου.] Λεοντοπόδιον [οἱ δὲ ζωόνυχον, οἱ δὲ ἀετώνυχον, οἱ δὲ κῆμος, οἱ δὲ δαμναμένη, οἱ δὲ ἰδιόφυτον, οἱ δὲ φυτοβασίλα, οἱ δὲ κρόσσιον, οἱ δὲ κροσσόφϑοον, προφῆται αἷμα κροκοδείλου, οἱ δὲ

10) C. addit: οἱ δὲ ἀδρώδης, Ῥωμαῖοι ἀπλουμέρους.
11) C. τετμημένον.
12) Sic Marcell. et C.; μικρὰν vulgo.
13) C. ἥν τινες ἀνέγραψαν.

Cap. CXXVII. (CXXIX.) [*De Cynoglosso.*] Cynoglossum [aliis phyton, aliis caballation, aut splenion, aut scolymos dicitur, Romani linguam canis seu caninam appellant] folia habet plantaginis latifolia, sed angustiora, minora et lanuginosa. Caule caret, humique sternitur. Provenit in sabuletis. Vim habent folia trita cum adipe suillo veteri canum morsus, calvitiem et ambusta sanandi. Decocta vero herba et cum vino bibita alvum mollit.

Cap. CXXVIII. (CXXX.) [*De Phyteumate.*] Phyteuma habet folia struthio similia, sed minora: fructum copiosum, foratum; radicem longam, tenuem et superficialem, quam ad amatoria idoneam esse nonnulli tradunt.

Cap. CXXIX. (CXXXI.) [*De Leontopodio.*] Leontopodium [quod nonnulli zoonychon, alii aëtonychon, aut cemos, domitricem, etiam et idiophyton, phytobasila, crossion et crossophthoon, prophetae sanguinem crocodili, aut

κροκομέριον, Αἰγύπτιοι δαφνοινὴς, Ῥωμαῖοι Μινέρκιουμ, οἱ δὲ νεουμάτους, οἱ δὲ Παλλάδιουμ, οἱ δὲ φλάμμουλα] διδακτυλιαῖόν ἐστι βοτάνιον, ἔχον φυλλάρια στενὰ[14], ὡς τεσσάρων δακτύλων ἢ καὶ τριῶν τὸ μῆκος, δασέα, ἐριωδέστερα[15] τὰ πρὸς τῇ ῥίζῃ[16] καὶ ὑπόλευκα· ἐπ' ἄκρων δὲ τῶν καυλῶν κεφάλια ὥςπερ τετμημένα[17], ἐν οἷς ἄνθη μέλανα[18]· ὁ δὲ καρπὸς αὐτοῦ[19] δυςθεώρητος διὰ τὸν περικεχυμένον αὐτῷ[20] χνοῦν· ῥίζα δ' ὕπεστι μικρά. Φασὶ δὲ καὶ ταύτην εὐχρηστεῖν εἰς φίλτρα περιαπτομένην, καὶ φύματα διαφορεῖν[21].

Κεφ. ρλ'. (ρλβ'.) [Περὶ Ὑπογλώσσου.] Ὑπόγλωσσον[22] [οἱ δὲ καὶ τοῦτο ἀντίῤῥινον, οἱ δὲ ἀνάῤῥινον, οἱ δὲ καὶ λυχνίδα ἀγρίαν καλοῦσι] θαμνίσκος ἐστὶ μυρσίνῃ ἀγρίᾳ καὶ λεπτῇ[23] τὰ φύλλα ὅμοιος· κόμην δὲ ἀκανθώδη ἔχει καὶ

14) Asul. addit ἰσχυρά, quod sequentes repetunt, nec tamen legitur in Ald., nec in codd.

15) Sic cod. C., Ald., Cornar., Goup. et Sarac.; εὐωδέστερα Asul. et Marcellus.

16) Asul. τὴν ῥίζαν.

17) Sic cod. C., Ald., Hermol., cod. Paris. apud Goupyl.; τετρημένα Asulan. et qui sequuntur.

18) C. μήλινα.

19) Sarac. αὐτῷ.

20) Sarac. αὐτοῦ.

21) Cur ultima περιαπτ. — διαφορεῖν Asul. reiecerit, non liquet, cum in codd. et Ald. adsint.

22) Sic cod. C., Plin., Galen. et Paull.; ἱππόγλωσσον vulgo.

23) Dalechamp. p. 206. mavult λευκῇ.

crocomerion, Aegyptii daphnoenes, Romani Minercium, aut neumatum, Palladium etiam et flammulam vocant]. Herbula est duorum digitorum, foliola habens angusta, trium aut quatuor digitorum (transversorum) longitudine, hirsuta; quaeque radici proxima sunt magis lanata et albicantia. In summis caulibus capitula sunt incisa, in quibus flores nigricantes. Semen vero visu difficile est, propter circumfusam lanuginem. Radix subiacet parva: quam etiam tradunt amuleti ratione alligatam ad amatoria prodesse, et tubercula discutere.

Cap. CXXX. (CXXXII.) [*De Hypoglosso.*] Hypoglossum [nonnulli et hoc antirrhinum vel anarrhinum, alii et lychnidem agrestem vocant]. Fruticulus est folia habens myrti sylvestris tenuisque figura; comam autem

ἐπ' ἄκρου ὥςπερ γλωσσίδια, παραφύσεις μικρὰς[24] παρὰ τοῖς φύλλοις. Δοκεῖ δὲ ἡ κόμη περίαμμα εἶναι χρήσιμον κεφαλαλγοῦσι· μίγνυται δὲ καὶ εἰς μαλάγματα ἥ τε ῥίζα καὶ τὸ χύλισμα.

Κεφ. ρλα'. (ρλγ'.) [Περὶ Ἀντιῤῥίνου.] Ἀντίῤῥινον[25], οἱ δὲ ἀνάῤῥινον, ἔνιοι δὲ καὶ ταύτην λυχνίδα ἀγρίαν ἐκάλεσαν· πόα ἐστὶν ἐμφερὴς ἀναγαλλίδος φύλλοις καὶ καυλῷ· τὰ δὲ ἄνθη λευκὰ, ἐμπόρφυρα, εὐειδῆ[26]· διὸ καὶ ἀγρία λυχνὶς ἐκλήθη· καρπὸν δὲ φέρει μόσχου ῥισὶν ὅμοιον, [ῥούσιον ἰδεῖν][27]. Ἱστορεῖται δὲ τοῦτο ἀντιπαθὲς εἶναι φαρμάκοις περιαπτόμενον, ἐπίχαρίν τε ποιεῖν ἀλειφόμενον σὺν ἐλαίῳ κρινίνῳ ἢ κυπρίνῳ.

Κεφ ρλβ'. (ρλδ'.) [Περὶ Κατανάγκης.] Κατανάγκη [οἱ δὲ δαμναμένη[28], οἱ δὲ Διονυσιὰς, οἱ δὲ θύρσιον, οἱ δὲ δῆμος, οἱ δὲ κῆμος, οἱ δὲ κρότιον, προφῆται ἀρχαρὰς, οἱ

24) Sic cod. C.; ὥςπερ γλωσσίδα παρὰ τ. φ. vulgo. Ἐπ' ἄκρου, καὶ ὥςπερ γλωττίδας παρὰ τ. φ. Dalechamp. Καὶ ἀπ' ἄκρου ὥςπερ ἐπιγλωττίδας παρὰ τ. φ. Lacuna. Cf. Fab. Columna phytob. p. 55.

25) Κυνοκέφαλον C.

26) Sic codd. C. et N.; ἄνθη πορφυρᾶ, ὅμοια λευκοΐῳ, μικρότερα δέ editt.

27) Uncinis inclusa desunt in codd. Vindob.

28) Ald. δαμναμέτη.

spinosam, et versus apicem appendices parvas, ceu lingulas, secundum folia exeuntes. Coma caput dolentibus amuletum utile creditur. Radix succusque expressus malagmatis admiscentur.

Cap. CXXXI. (CXXXIII.) [*De Antirrhino.*] Antirrhinum, aliis anarrhinum: non desunt, qui et hanc lychnidem dicant agrestem. Herba est foliis cauleque anagallidem referens, flores albi, purpurascentes, aspectu amoeni: quapropter et lychnis agrestis vocatur. Fructum fert vituli nares repraesentantem (rubricae colore). Traditur amuleti instar adalligatum veneficiis adversari, iisque gratiam conciliare, qui eo cum oleo liliaceo cyprinove peruncti fuerint.

Cap. CXXXII. (CXXXIV.) [*De Catanance.*] Catanance [quae et domitrix et dionysias et thyrsion, demos etiam et cemos, aut crotion, prophetis archaras et

δὲ ἀρκόπους, Ῥωμαῖοι ἔρβα φιλικλὰ, οἱ δὲ δατίσκα, οἱ δὲ Ἰόβις μάδιους, Δακοὶ καροπίθλα.] Ἡ μέν τις αὐτῆς ἔχει φύλλα μακρὰ, ὡς κορωνόποδος, ῥίζαν λεπτὴν, σχοινώδη, κεφαλὰς δὲ ϛ' ἢ ζ', ἐν αἷς καρπὸς ὅμοιος ὀρόβῳ· κάμπτεται δὲ ξηραινόμενος[29] εἰς[30] τὴν γῆν, καὶ ἰκτίνου ὄνυξιν ὁμοιοῦται νεκροῦ[31]. Τὸ δὲ ἕτερον μήλου μέγεθος ἔχει μικροῦ[32], ῥίζαν δὲ μικράν[33]· τὰ δὲ φύλλα σχήματι καὶ χροιᾷ ἐοικότα ἐλαίᾳ, μαλακὰ δὲ, ἐπὶ γῆς ἐστρωμένα καὶ ἐπεσχισμένα· καρπὸν ἐπὶ ῥαβδίοις μικρὸν, τετρημένον κατὰ πολλὰ μέρη, ὡς ἐρέβινθον[34]· ἀμφοτέρας δὲ ἱστοροῦσί τινες εἰς φίλτρα ἁρμόζειν· χρῆσθαι δὲ λέγουσιν αὐταῖς τὰς θεσσαλὰς γυναῖκας.

Κεφ. ρλγ'. (ρλέ.) [Περὶ Τριπολίου.] Τριπόλιον[35] [οἱ δὲ ψυχὴν, οἱ δὲ μηρὶς, οἱ δὲ ποταμογείτων, οἱ δὲ σταχυΐτης, Ῥωμαῖοι κολιουμάρης]. Φύεται ἐν παραθαλασσίοις

29) Sarac. mavult ξηραινομένη.

30) Sic cod. N.; ἐπί vulgo.

31) C. ἰκτῖνος νεκροῦ ὄνυχι ὁμ.

32) C. μικροῦ μηλίνου.

33) Quod editt. habent ὅσον ἐλαία, deest in codd., et manifesto redundat.

34) Asulan. solus addit φοινικοῦν, quod deest in codd. et Ald.

35) Serap. *Turbith* appellat, et in textu *Caricamon*. Illud تربد ex ترپل (*tripol*) manifesto ortum. *Caricamon* e καλιουμάρης forte natum est.

arcopus, Romanis herba filicula, aut datisca, aut Iovis madius, Dacis caropithla vocatur]. Altera eius species habet folia longa, velut coronopodis, radicem tenuem, iunceam, capitula sena aut septena, in quibus semen ervo simile. Arescens in terram curvatur, atque ad speciem unguium milvi exanimati. Alterum vero pomi parvi mole est, radicem habet parvam, folia oleae figura et colore, mollia tamen, per terram strata et divisa: fructum in virgulis minutum, multifariam foratum, ciceris figura. Utramque narrant nonnulli in amatoria expeti, thessalisque mulieribus in usu esse.

Cap. CXXXIII. (CXXXV.) [*De Tripolio.*] Tripolium, [quod nonnulli psychen, alii merida, alii potamogetona aut stachyïten, Romani calamarem nominant]

τόποις[36], *οὓς ἐπικλύζει θάλασσα καὶ ὑποχωρεῖ, οὔτε δὲ ἐν ξηρᾷ, οὔτε ἐν θαλάσσῃ· φύλλα δὲ ἔχει ἰσάτῃ*[37] *παραπλήσια, ξηρὰ*[38], *πλατύτερα*[39] *μέντοι· καυλὸν σπιθαμιαῖον, ἄνωθεν ἐπεσχισμένον. Ταύτης ἱστορεῖται τὸ ἄνθος*[40] *τρὶς τῆς ἡμέρας μεταβάλλειν τὸ χρῶμα, πρωῒ*[41] *μὲν λευκὸν, κατὰ δὲ τὴν μεσημβρίαν πορφυρίζον, ὀψὲ*[42] *δὲ φοινικοῦν· ῥίζα λευκὴ, εὐώδης*[43], *θερμαντικὴ γευομένῳ· ἥτις πινομένη ἐν οἴνῳ ⋖ β' πλῆθος, κατὰ κοιλίας ὕδωρ ἄγει καὶ οὖρα· τέμνεται δὲ καὶ εἰς ἀλεξιφάρμακα.*

Κεφ. ρλδ'. (ρλϛ'.) [Περὶ Ἀδιάντου.] Ἀδίαντον[44], *οἱ δὲ πολύτριχον, οἱ δὲ καλλίτριχον, οἱ δὲ τριχομανὲς, οἱ δὲ ἐβενότριχον, [οἱ δὲ ἄργιον, οἱ δὲ κόριον ἔνυγρον, Αἰγύπτιοι ἐπιὲρ, Ῥωμαῖοι κιγκινάλις, οἱ δὲ τέῤῥαι καπίλλους, οἱ δὲ σουπερκίλιουμ τέῤῥαι, Δακοὶ φιθοφθεθελά], φυλλάρια ἔχει*

36) Plin. et Lacuna *πέτραις*.

37) Codd. et editt. omnes sic scribunt, quanquam *ἰσάτιδι* vera sit lectio.

38) *Ξηρά* est in codd. et in Ald., reiicitur a Marcello et editoribus sequentibus, vindicatur a Fab. Columna ecphras. 1. p. 162.

39) Sic C., quam lectionem et Columna praefert; *παχύτερα* Oribas. et editt.

40) Lacuna *τὰ φύλλα*.

41) C. *ἕωθεν*. 42) C. *δείλης*.

43) Lacuna *λευκή*. Anguill. e Crateva solum *παχυτέρα*.

44) In cod. C. inscribitur *Καλλίτριχον*.

nascitur in maritimis locis, quae mare inundat, vicissim vero retro cedit: sed neque in sicco provenit, neque in mari ipso. Folia habet isati similia, sed exsucca et latiora; caulem dodrantalem, superne divisum. Eius flos ter de die colorem mutare perhibetur: ita ut mane candidus, meridie purpureus, vesperi puniceus sit. Radix est alba, odorata, gustu calefaciens: quae drachmis duabus in vino pota, aquas urinamque per alvum ducit. Conciditur et in medicamenta, quae alexipharmaca vocant.

Cap. CXXXIV. (CXXXVI.) [*De Adianto.*] Adiantum, quod et polytrichum et callitrichum et trichomanes et ebenotrichum dicunt, [nonnulli et argion et coriandrum aquaticum, Aegyptii epier, Romani cincinalem, aut terrae capillum, supercilium etiam terrae, Daci phithophthe-

κοριάνδρῳ ὅμοια, ἐπεσχισμένα ἐπ᾽ ἄκρου· τὰ δὲ ῥαβδία[45] μέλανα, ἰσχυρῶς λεπτὰ[46], σπιθαμιαῖα, στίλβοντα[47]· οὔτε δὲ καυλὸν, οὔτε ἄνθος, οὔτε καρπὸν φέρει· ῥίζα ἄχρηστος. Δύναται δὲ τὸ ἀφέψημα τῆς πόας πινόμενον βοηθεῖν ἀσθματικοῖς, δυςπνοϊκοῖς, ἰκτερικοῖς, σπληνικοῖς, δυςουροῦσι· θρύπτει δὲ καὶ λίθους, καὶ κοιλίαν ἵστησι, καὶ θηριοδήκτοις βοηθεῖ· καὶ στομάχου ῥεύματι, σὺν οἴνῳ πινόμενον· ἄγει δὲ καὶ ἔμμηνα καὶ λόχια· ἵστησι δὲ καὶ αἵματος ἀναγωγήν· καταπλάττεται δὲ καὶ πρὸς θηριόδηκτα ὠμὴ, καὶ ἀλωπεκίας δασύνει, χοιράδας διαφορεῖ[48]· καὶ ἀποσμᾷ πίτυρα καὶ ἀχῶρας σὺν κονίᾳ· σὺν λαδάνῳ δὲ καὶ μυρσινίνῳ καὶ ὑσσώπῳ[49] καὶ οἴνῳ τρίχας ῥεούσας παρακρατεῖ· καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ αὐτοῦ, σὺν κονίᾳ καὶ οἴνῳ σμηχόμενον, ποιεῖ καὶ τοὺς ἀλεκτρυόνας καὶ τοὺς ὄρτυγας μαχιμωτέρους, μιγνύμενον τῇ τροφῇ· [φυ-

45) Sic C., et N.; *καυλία, ἐφ᾽ ὧν ἐπέφυκε* vulgo.

46) Sic Oribas. et Ald.; *ἰσχυρῶς λεῖα* C., *ἰσχυρὰ καὶ λεπτά* Serap. et Matthiol. cod.

47) His addit Ald. *φύλλα ὅμοια πτέριδι, μικρὰ λίαν.* Quod sine codicum interpretumque priscorum auctoritate omnino reiiciendum est. Valer. Cord. ad h. l. p. 72 b.

48) Sic cod. C., qui tamen adiicit *καὶ ἀποστήματα* loco sequentis: *σκορπίζει* vulgo.

49) Sic Serap., Ald., Goupyl.; *οἰσύπῳ* Lacuna et Sarac.

thela.] Foliola habet coriandro similia, apice incisa: virgulae sunt nigrae, valde subtiles, spithameae, splendentes. At neque caulem, neque florem, neque fructum fert. Radix est inutilis. Decoctum herbae epotum anhelantibus aut dyspnoeicis, morbo regio, lienis vitio et urinae difficultate laborantibus prodest. Calculos quoque comminuit, alvum cohibet, et venenatorum morsibus resistit. Contra stomachi fluxiones in vino bibitur. Menstrua insuper ciet et secundas. Sed et sanguinis reiectiones inhibet. Contra venenatorum morsus herba cruda illinitur: calvitiem eadem pilis donat, et strumas discutit. Ex lixivio furfures et achores detergit. Cum ladano vero ac myrtino et susino aut hyssopo etiam et vino defluentes capillos continet: sed et decoctum eius, affrictum cum lixivio et vino, idem praestat. Facit et gallinaceos et coturnices pugnaciores, in pabulum eorum additum. Circa

τεύεται δὲ ἐπ' ὠφελείᾳ προβάτων ἐν ταῖς μάνδραις[50]. Φύεται δὲ ἐν παλισκίοις[51] τόποις καὶ τοίχοις ἐνίκμοις καὶ περὶ τὰς κρήνας.

Κεφ. ρλέ. (ρλζ'.) [Περὶ Τριχομανοῦς] Τριχομανὲς, [οἱ δὲ πτέριον, οἱ δὲ ὄπτερον, Ῥωμαῖοι καπιλλάρεμ, οἱ δὲ πίνουλαμ, οἱ δὲ φιλίκλαμ] οἱ δὲ καὶ τοῦτο ἀδίαντον καλοῦσι· φύεται κατὰ τοὺς αὐτοὺς τόπους, ὅμοιον πτέριδι, μικρὸν, λεῖον[52]· στοιχηδὸν ἐξ ἑκατέρου μέρους τὰ φύλλα ἔχον λεπτὰ, φακοειδῆ, ἐναντία ἀλλήλοις, ἐπὶ ῥαβδίων λεπτῶν καὶ στιλπνῶν καὶ στρυφνῶν, ὑπομελάνων. Δοκεῖ δὲ τὰ αὐτὰ δύνασθαι τῷ προειρημένῳ.

Κεφ. ρλς'. (ρλη'.) [Περὶ Ξανθίου.] Ξάνθιον, οἱ δὲ φάσγανον, οἱ δὲ ἀντιθέσιον, οἱ δὲ χάσκανον, οἱ δὲ χοιραδόλεθρον, οἱ δὲ καὶ ταύτην ἀπαρίνην καλοῦσι, [Ῥωμαῖοι λάππαμ]. Φύεται ἐν εὐγείοις τόποις καὶ λίμναις ἀνεξηραμέναις. Καυλὸν ἔχει πηχυαῖον, λιπαρὸν, γωνιοειδῆ[53] καὶ ἐπ' αὐτοῦ μασχάλας πλείονας· ἀτραφάξει δὲ τὰ φύλλα ἐμ-

50) Ultima desunt in codd. Vindob., habet tamen Serap.

51) Ald. addit καὶ ἑλώδεσι, C. καὶ ἀχυρώδεσι.

52) Sic Oribas.; λίαν Ald., λείαν Asul., Marcell., Cornar. et Goupyl.

53) C. γωνιώδη. Asul., Marc., Cornar. γωνοειδῆ.

ovilia quoque in usum pecorum plantatur. Nascitur in umbrosis locis et muris humidis ac circa fontes.

Cap. CXXXV. (CXXXVII.) [*De Trichomane.*] Trichomanes [quod alii pterion aut opteron vocant, Romani capillarem, pinnulam et filiculam]: nonnulli et hoc nominant adiantum. Nascitur iisdem locis, filici simile, exile, glabrum. Folia tenuia, lenticulae similia, serie duplici utrinque disposita, opposita inter se, in virgulis itidem tenuibus, lucidis, austeris, nigricantibus. Eadem, quae modo dictum, praestare videtur.

Cap. CXXXVI. (CXXXVIII.) [*De Xanthio.*] Xanthium, alii phasganon, alii antithesion, chascanon aut choeradolethron, nonnulli et aparinen vocant, [Romani lappam.] Nascitur in solo laeto ac in lacubus siccatis. Caulem habet cubitalem, pinguem, angulosum, axillis pluribus: folia vero atriplicis, incisuras habentia, nastur-

φερῆ ἔχει, ἐντομὰς ἔχοντα, καρδάμῳ δὲ τὴν ὀσμὴν παραπλήσια· καρπὸν δὲ στρογγύλον, ὡς ἐλαίαν μεγάλην, ἀκανθώδη, ὡς πλατάνου σφαίρας, ἀντιλαμβανόμενον τῶν ἱματίων κατὰ[54] τὴν ψαῦσιν. Δύναται δὲ ὁ καρπὸς, πρὶν τελείως ξηρανθῆναι συλλεγεὶς[55] καὶ κοπεὶς καὶ ἀποτεθεὶς εἰς κεραμεοῦν ἀγγεῖον, ξανθὰς τρίχας ποιεῖν, ἐάν τις ἐπὶ τῆς χρήσεως λαβὼν τρυβλίου πλῆθος ἐξ αὐτοῦ, διείς τε ὕδατι χλιαρῷ, καὶ προεκνιτρώσας τὴν κεφαλὴν καταπλάσῃ· τινὲς δὲ καὶ μετ᾽ οἴνου κόψαντες αὐτὸ, ἀποτίθενται· καταπλάττεται δὲ καὶ πρὸς οἰδήματα ὁ καρπὸς ἐπιτηδείως.

Κεφ. ρλζ΄. (ρλθ΄.) [Περὶ Αἰγίλωπος.] Αἰγίλωψ [οἱ δὲ σιτόσπελος, οἱ δὲ σίφων, οἱ δὲ βρῶμος, Ῥωμαῖοι ἀβένα][56] βοτάνιόν ἐστι φύλλα πυρῷ ἔχον ὅμοια, μαλακώτερα δὲ, ἐπ᾽ ἄκρας δὲ τῆς κεφαλῆς καρποὺς ἔχον ἐν β΄ ἢ γ΄ ἐλύτροις[57], ἐφ᾽ ὧν ἀθέρες οἱονεὶ τρίχες ἐκπεφύκασι· θεραπεύει δὲ ἡ πόα μετὰ ἀλεύρου καταπλασθεῖσα αἰγιλώπια, καὶ σκλη-

54) Sic codd. et editt., exceptis Goup. et Sarac., qui μετά habent.

55) C. συναχθείς.

56) His addit cod. C.: οἱ δὲ ἀπιάτην, οἱ δὲ ἀκρόσπελος, Ἄφροι γυμμάθ.

57) Sic cum Serap. et Avicenna lego. Codd. C. et N. καρπὸν ἔχον γ΄ ἢ δ΄ ἐνίοτε καὶ ἐρυθρά. Editt. καρποὺς ἔχον β΄ ἢ γ΄ ἐρυθρούς.

tium odore imitantia: fructum teretem, grandis olivae instar, et platani globulorum modo spinosum, qui contactu vestibus adhaerescit. Is ante collectus, quam perfecte siccescat, dein tusus ac fictili vase reconditus, flavos facit capillos; siquidem, cum usus exigit, eius heminam aqua tepida diluas, moxque eo caput, nitro ante perfrictum, illinas. Sunt et qui in vino tundant atque ita asservent. Commode quoque oedematis fructus imponitur.

Cap. CXXXVII. (CXXXIX.) [*De Aegilope.*] Aegilops [quam et sitospelos, et siphonem et bromon, Romani vero avenam vocant] herbula est, quae folia tritici habet, sed molliora, et in summo capite semina in binis ternisve involucris, e quibus aristae velut capillaceae enascuntur. Herba cum farina imposita sanat aegi-

ρίας διαφορεῖ[58]· ἀποτίθεται δὲ ὁ χυλὸς πρὸς τὰ αὐτὰ, μιγεὶς ἀλεύρῳ καὶ ξηρανθείς.

Κεφ. ρλη΄. (ρμ΄.) [Περὶ Βρώμου[59].] Βρῶμος [οἱ δὲ σιφώνιον, οἱ δὲ ἀκρόσπελος, Ῥωμαῖοι ἀβέναμ] πόα ἐστὶν αἰγίλωπι ἐμφερὴς, δύναμιν ἔχουσα ἐπιξηραντικήν· ἀφεψηθεῖσαν οὖν σὺν ταῖς ῥίζαις μεθ' ὕδατος, ἕως ἀποτριτωθῇ[60] τὸ ἀπόζεμα, διϋλίζων αὐτὸ ἐπίμισγε μέλι τοσοῦτον καὶ ἕψει, μέχρις ἂν σχῇ πάχος ὑγροῦ μέλιτος· καὶ ποιεῖ ἐπὶ τῶν ὀζαινικῶν, εἰ βρέχων ὀθόνην προστίθῃς τῷ μυκτῆρι, καὶ καθ' ἑαυτὸ μέντοι ποιεῖ οὕτως· ἔνιοι δὲ ἀλόην λειώσαντες παραμίσγουσι, καὶ οὕτω χρῶνται· ποιεῖ δὲ καὶ μετὰ ῥόδων ξηρῶν ἀφεψηθεὶς σὺν οἴνῳ πρὸς τὰς τοῦ στόματος δυςωδίας.

Κεφ. ρλθ΄. (ρμα΄.) [Περὶ Γλαυκός.] Γλαὺξ κυτίσῳ[61] ἢ φακῷ τὰ φύλλα ἔοικεν, ὧν τὰ κάτωθεν λευκότερα, ἄνωθεν δὲ χλωρά· κλωνία δὲ ἐπὶ γῆς[62] ἀνίησι ε΄ ἢ ς΄, λεπτὰ,

58) Ultimum non habet cod. C., attamen Serap.

59) Adulterinum hoc caput esse, inde iam Marc. effecit, quod in pluribus vetustis exemplaribus desit, desit etiam in Oribasio, Paullo et Serapione, dictio quoque aliquantum peregrina sit.

60) C. εἰς τρίτον ἔλθῃ.

61) Sic e Plinio Ruell. et Sarac. correxerunt. Sic et cod. C. Κιττῷ editt. Ald. — Goupyl.

62) Sic e Plin. et codd. correxit Marcell.; ἀπὸ γῆς vulgo.

lopas, duritiasque discutit. Ad eadem succus cum farina permixtus siccatusque reconditur.

Cap. CXXXVIII. (CXL.) [*De Avena.*] Avena [quam et siphonion et acrospelos vocant] herba est aegilopi cognata, vi gaudens exsiccante. Quapropter si cum radicibus in aqua decoquatur ad tertias, iurique colato par modus mellis admisceatur rursumque discoquatur, donec mellis crassitudinem adipiscatur, medicamentum parabitur, quo imbutum linteum et naribus etiam per se inditum, ad graveolentia narium ulcera efficax erit. Sunt, qui tritam aloën addant, eodemque modo utantur. Cum rosis siccis in vino decocta gravem oris halitum emendat.

Cap. CXXXIX. (CXL.) [*De Glauce.*] Glaux folia cytiso aut lenti similia habet, supra virentia, subtus albidiora: ramulos spargit per terram quinque aut sex, tenues,

σπιθαμιαῖα ἀπὸ τῆς ῥίζης· ἄνθη λευκοΐοις[63] ὅμοια, μικρότερα δὲ, πορφυρᾶ· φύεται παρὰ θάλατταν· αὕτη ἑψομένη μετὰ ἀλεύρου κριθίνου καὶ ἁλὸς καὶ ἐλαίου, καὶ ῥοφηθεῖσα, γάλα σβεννύμενον ἀνακαλεῖται.

Κεφ. ρμ΄. (ρμβ΄.) [Περὶ Πολυγάλου.] Πολύγαλον θαμνίον ἐστὶ σπιθαμιαῖον, ἔχον φύλλα φακοειδῆ, γεύσει ὑπόστρυφνον[64]· ποθὲν δὲ καὶ τοῦτο γάλα δοκεῖ πλεῖον ποιεῖν.

Κεφ. ρμα΄. (ρμγ΄.) [Περὶ Ὀσύριδος.) Ὄσυρις, φρυγάνιον μέλαν, λεπτόραβδον, δύςθραυστον, καὶ περὶ αὐτὸ φυλλάρια[65], ὥςπερ λίνου, μέλανα καταρχὰς, μεταβαλλόμενα δὲ ὑπέρυθρα γίνονται· ταύτης τὸ ἀφέψημα πινόμενον ἰκτέρῳ βοηθεῖ.

Κεφ. ρμβ΄. (ρμδ΄.) [Περὶ Σμίλακος τραχείας.] Σμίλαξ τραχεῖα [οἱ δὲ ἐπακτῖτις[66], οἱ δὲ λυκάνθεμον, οἱ δὲ κυνόςβατον, οἱ δὲ ἀνίκητον, οἱ δὲ ἡλιόφυτον, οἱ δὲ ἀνατολικὸν, οἱ δὲ δυτικὸν, οἱ δὲ ἑλίδη[67], Αἰγύπτιοι λυϊσθῆ[68],

63) Sic Sarac.; λευκοΐᾳ Ald., Goupyl.

64) Cod. C. ὑποστίφον.

65) In editt. additur γ΄, ἔστι δὲ καὶ δ΄ ἢ ε΄ ἢ ς΄ αὐτῆς. Quae satis inepta desunt in Plin., Oribas. et bonis codd.

66) Sic cod. C.; ἐπαπήτης N., ἐπάπιτις Ald.

67) C. addit οἱ δὲ κλυτόν.

68) C. λυειαθῆ, οἱ δὲ κόνυσσον.

a radice spithamaeos: flores albae violae, minores tamen et purpureos. Nascitur iuxta mare. Ipsa decocta cum farina hordeacea, sale et oleo, in sorbitione lac suppressum provocat.

Cap. CXL. (CXLII.) [*De Polygalo.*] Polygalon fruticulus est spithamaeus, folia habet lentiformia, gustu austero. Potus is itidem lactis abundantiam facere creditur.

Cap. CXLI. (CXLIII.) [*De Osyride.*] Osyris virgultum est nigrum, tenuibus virgis fractuque difficilibus: ambeunt id foliola lini similia, initio nigra, dein, colore mutato, rubescentia. Decoctum eius potu iuvat arquatos.

Cap. CXLII. (CXLIV.) [*De Smilace aspera.*] Smilax aspera [nonnulli epactitin, alii lycanthemon, cynosbaton, aniceton etiam et heliophyton, anatolicon et dyticon, denique helidem, Aegyptii autem lyisthe, Romani mer-

Ῥωμαῖοι μεργῖνα [69], Θοῦσκοι ῥαδία·] τὰ μὲν φύλλα ἔχει περικλυμένῳ ὅμοια καὶ κλήματα πολλὰ, λεπτὰ, ἀκανθώδη, ὡς παλίουρος ἢ βάτος· ἑλίσσεταί τε περὶ τὰ δένδρα ὡς ἄνω καὶ κάτω νεμομένη· καρπὸν δὲ φέρει βοτρυώδη, ὡς ἐπιφυλλίδα [70], πεπανθέντα δὲ ἐρυθρὸν, ὑποδάκνοντα ἠρέμα ἐν τῇ γεύσει· ῥίζαν σκληρὰν, παχεῖαν· φύεται ἐν τόποις ἑλώδεσι καὶ τραχέσι. Ταύτης τὰ φύλλα καὶ ὁ καρπὸς θανασίμων ἐστὶν ἀντίδοτος, προπινόμενα καὶ ἐπιπινόμενα· παραδέδοται, ὅτι ἐάν τις ἀρτιγενεῖ [71] παιδίῳ τρίψας τι τούτων δῷ πιεῖν, ὑπ' οὐδενὸς δηλητηρίου φαρμάκου βλαβήσεται· τέμνεται δὲ καὶ εἰς ἀλεξιφάρμακα [72].

Κεφ. ρμγ΄. (ρμε΄.) [Περὶ Σμίλακος λείας.] Σμίλαξ λεία ὅμοια κισσῷ τὰ φύλλα ἔχει, μαλακώτερα δὲ καὶ λειότερα καὶ λεπτότερα [73], τὰ δὲ κλήματα, ὥςπερ ἡ πρὸ αὐτῆς, ἀκάνθας οὐκ ἔχοντα· ἑλίσσεται περὶ τὰ δένδρα, ὥςπερ ἡ

69) C. addit *οἱ δὲ βούλουκρουμ λέντουμ.*

70) Non deest *ὡς ἐπιφυλλίδα* in textu Ald., nec superfluum est. Cf. Bodaeum ad Theoph. 3. p. 280. Sed Asulan. reiecit.

71) C. *ἀῤῥηγενεῖ.*

72) Ultimum deest in Ald.

73) *λεπτότερα* deest in cod. C.

ginam, Etrusci radiam appellant] folia habet periclymeni, sarmenta multa, tenuia, paliuri aut rubi modo spinosa: arboribus semet circumvolvit, sursum deorsumque iis pasta. Fructum vero profert racemosum, velut exilem labruscae racemulum, qui, ubi maturuit, colorem obtinet rubrum, gustuque leniter mordet. Radicem duram habet crassamque. Nascitur locis palustribus asperisque. Huius folia fructusque letalium antidota sistunt, seu ante, seu post bibantur. Quin et memoriae proditum est, si quis horum aliquid tritum infanti recens nato propinaverit, nulla ei postea esse venena nocitura. Conciditur et ad alexipharmaca.

Cap. CXLIII. (CXLV.) [*De Smilace laevi.*] Smilax laevis habet folia hederae similia, sed molliora, laeviora et tenuiora: surculi se eodem modo habent ac prioris: sed nequaquam spinosi. Circumvolvitur arboribus

προτέρα· καρπὸν δὲ ἔχει θέρμου[74] μέλανα, μικρόν· ἀεὶ δὲ ἐπάνω ἔχοντα ἄνθη λευκὰ, πολλὰ κατὰ πᾶσαν τὴν σμίλακα καὶ περιφερῆ· καὶ σκηναὶ δι' αὐτῆς γίνονται τοῦ θέρους· φυλλοῤῥοεῖ δὲ τῷ φθινοπώρῳ. Τούτου ὁ καρπὸς μετὰ δορυκνίου πινόμενος, τριώβολον ἀττικὸν ἑκατέρου[75] ἐνύπνια ποιεῖν πολλὰ καὶ ταραχώδη[76] ἱστορεῖται.

Κεφ. ρμδ'. (ρμς'.) [Περὶ Μυρσίνης ἀγρίας.] Μυρσίνη ἀγρία[77], οἱ δὲ μυρτάκανθα[78], οἱ δὲ ἱερόμυρτον, οἱ δὲ ὀξυμυρσίνη, [οἱ δὲ μυάκανθα, οἱ δὲ ἄγονον, οἱ δὲ σκίγκος, οἱ δὲ μίνθη, οἱ δὲ κατάγγελος, οἱ δὲ ἀνάγγελος, οἱ δὲ ἄκαιρον, οἱ δὲ ὀκνηρὸν, οἱ δὲ κίνην, οἱ δὲ λειχήνη, οἱ δὲ χαμαιπίτυς, οἱ δὲ χαμαιμύρτη, Βοιωτοὶ δὲ γυρηνίας, προφῆται γόνος Ἡρακλέους, Ῥωμαῖοι ῥούσκουμ·] τὸ μὲν φύλλον μυρσίνῃ ἔχει ὅμοιον, πλατύτερον[79] δὲ, λογχοειδὲς, ὀξὺ ἐπ' ἄκρου· τὸν δὲ καρπὸν στρογγύλον, μέσῳ τῷ πετάλῳ περι-

74) Lobel. advers. p. 271. ἔρβου (vox latina). Dalechamp. p. 1423. suspicatur ἐπὶ θυλάκου s. ἐπὶ τοῦ ἕρκους.

75) Sic cod. C. et Matthiol.

76) Sic cod. C. Editt. omittunt ποιεῖν; post ταραχώδη ponunt ὁρᾷν.

77) In cod. C. inscribitur Μυρτάκανθον.

78) In Ald. adest, a Sarac. male ad marginem relegatur. In cod. Paris. caput hoc incipit: Μυῤῥίνη ἀγρία, ἢ ὀξυμυῤῥίνη, ἧς ἀσπάραγος νεοθαλὴς διουρητικὸς ὢν, καρπὸν ἔχει περιφερῆ, ἐρυθρὸν ἐν τῷ πεπαίνεσθαι etc.; ea ipsa sunt Oribasii verba.

79) C. ἐλαττότερον.

ut prior: fructum vero gerit ceu lupini, nigrum, parvum: cui semper insident flores candidi, per omnem plantam numerosi et rotundi. Ex hac per aestatem tentoria seu umbracula conficiuntur: sed autumno folia amittit. Huius fructus cum dorycnio potus, singulorum drachmae semisse efficere narratur insomnia multa et turbulenta.

Cap. CXLIV. (CXLVI.) [*De Myrto sylvestri.*] Myrtus agrestis, quam et myrtacanthen, hieromyrton et oxymyrsinen, [alii myacanthan, agonon, scincum, mentham, catangelon, anangelon, acaeron, ocneron, cinen, lichenen, chamaepityn, chamaemyrten, Boeotii gyreniam, prophetae genituram Herculis, Romani ruscum appellant] folium habet myrto simile, sed latius, lanceolatum, acutum: fructum vero globosum, medio folio adnatum, qui

φυῇ[80]*, ἐρυθρὸν ἐν τῷ πεπαίνεσθαι, ἔχοντα τὸ ἐντὸς ὀστῶδες· κλωνία λυγοειδῆ, πολλὰ ἐκ τῆς ῥίζης αὐτῆς, δύςθραυστα, ὅσον πήχεως, φύλλων μεστά· ῥίζαν παραπλησίαν ἀγρώστει, γευομένῳ στρυφνὴν, ὑπόπικρον*[81]*. Φύεται ἐν τραχέσι τόποις καὶ κρημνώδεσι*[82]*. Δύναμιν δὲ ἔχει τὰ φύλλα καὶ ὁ καρπὸς ἐν οἴνῳ πινόμενα οὖρα κινεῖν, καταμήνια ἄγειν, καὶ λίθους τοὺς ἐν κύστει θρύπτειν. Θεραπεύει δὲ καὶ ἴκτερον καὶ στραγγουρίαν καὶ κεφαλαλγίαν· καὶ τὸ ἀφέψημα δὲ τῆς ῥίζης σὺν οἴνῳ ποθὲν τὰ αὐτὰ ποιεῖ· καὶ ἀντὶ ἀσπαράγου δὲ οἱ καυλοὶ νεοθαλεῖς λαχανευόμενοι ἐσθίονται· εἰσὶ δὲ ἔμπικροι καὶ διουρητικοί.*

Κεφ. ρμέ. (ρμζ'.) [Περὶ Δάφνης ἀλεξανδρείας.] Δάφνη ἀλεξάνδρεια, οἱ δὲ ἰδαίαν, οἱ δὲ Δανάην, οἱ δὲ ὑπόγλωττον, οἱ δὲ ζάλειαν, οἱ δὲ στεφάνην, [οἱ δὲ δαφνὸς, οἱ δὲ σαμοθρακικὴ, οἱ δὲ μέθριον, οἱ δὲ ὑπογλώσσιον] φύλλα ὀξυμυρσίνῃ ὅμοια ἔχει, μείζονα δὲ καὶ μαλακώτερα καὶ λευ-

80) Sic corrigendum esse censeo vulg. *ἐν μέσῳ δὲ τῷ πετάλῳ περιφερῆ*, quae repetitio fieri nequit. Interpretes prisci sensisse id videntur; habent enim: *fructum in medio folio haerentem, rotundum.* Quid Serap. legerit, non liquet: *fructum rotundum, aliquantulum depressum et latum, inter folia eius repertum.*

81) C. N. *ὑπόκιῤῥος*. Sed nobiscum Serap.

82) C. addit *καὶ ἐνίκμοις*, quod tamen deest in Serap.

per maturitatem rubet, nucleumque osseum includit. Ramuli ex eadem radice numerosi, vitilium modo lenti, fractu contumaces, cubitales, foliorum pleni. Radix gramini similis, gustanti acerba et subamara. In asperis nascitur et praeruptis locis. Folia cum fructu in vino pota urinas cient, menses pellunt, et calculos vesicae frangunt. Morbo quoque regio, urinae stillicidio et capitis dolori medentur. Et radicis decoctum in vino potum eosdem praebet effectus. Denique et cauliculi recentes asparagorum vice ac olerum modo in cibo sumuntur: sunt autem subamari, et urinas cient.

Cap. CXLV. (CXLVII.) [*De Lauro alexandrina.*] Laurus alexandrina, quam et idaeam et Danaen, hypoglotton etiam et zaleam et coronam, [alii vero daphnon, samothracicam, methrion et hypoglossium vocant] folia habet myrti agrestis, maiora tamen, molliora et albidio-

κότερα· καρπὸν δὲ ἐν μέσοις ἐρυθρὸν, ἐρεβίνθου τὸ μέγεθος· κλῶνας ἐπὶ γῆς σπιθαμιαίους ἢ καὶ μείζονας· ῥίζαν παραπλησίαν τῇ ὀξυμυρσίνῃ, μείζονα δὲ καὶ εὐώδη καὶ μαλακωτέραν· φύεται ἐν τόποις ὀρεινοῖς. Δύναμιν δὲ ἔχει ἡ ῥίζα πινομένη < *ϛʹ πλῆθος μετ᾽ οἴνου γλυκέος*[83] *βοηθεῖν ταῖς δυςτοκούσαις καὶ στραγγουριῶσιν· ἄγει δὲ καὶ αἷμα.*

Κεφ. *ρμϛʹ. (ρμηʹ.) [Περὶ Δαφνοειδοῦς.] Δαφνοειδὲς [ὅμοιον ἀλύπῳ, ἄνθος ὡς νυμφαίας, καὶ μέσον τούτου κώνῳ ἐμφερὲς, ἐν ᾧ τὸ σπέρμα· οἱ δὲ εὐπέταλον, οἱ δὲ χαμαιδάφνην, οἱ δὲ πέπλιον καλοῦσι]*[84]*· θαμνίσκος ἐστὶ πηχυαῖος*[85]*, κλάδους πολλοὺς ἔχων ἱμαντώδεις πρὸς τὸ ἄνωθεν ἥμισυ φυλλοφόρους· φλοιὸς δὲ περὶ τὰς ῥάβδους γλίσχρος ἰσχυρῶς*[86]*· φύλλα δάφνῃ ἐοικότα, μαλακώτερα δὲ καὶ ἰσχνότερα*[87]*, καὶ οὐκ εὔκλαστα, δάκνοντα καὶ πυροῦντα τὸ στόμα καὶ τὸν φάρυγγα· ἄνθη λευκὰ, καρπὸν δὲ μέλανα*[88]*,*

83) Lacuna addit *κυάθου ἑνός.*

84) Nisi in paucis codd. non leguntur, quae uncinis inclusa sunt.

85) C. *πηχυαίους κλάδους ἔχων.*

86) C. *ἰσχυρός.*

87) Sic C., Oribas. et Ald.; *ἰσχυρότερα* N. et Lacuna; *tenaciora* Serap.

88) Ald. *καρπὸς δὲ μέγας.*

ra: fructum in mediis foliis rubrum, ciceris mole. Ramos per terram spargit dodrantales, aut etiam maiores: radicem myrti agrestis similem, maiorem tamen, odoratam molilioremque. Nascitur in montosis. Radix drachmarum sex pondere in vino dulci pota difficulter parientibus urinaeque stillicidio laborantibus auxiliatur. Sed et sanguinem pellit.

Cap. CXLVI. (CXLVIII.) [*De Daphnoide.*] Daphnoides [alypo simile, flore nymphaeae, cuius medium conum refert, in quo et semen: alii id eupetalon, alii chamaedaphnen aut peplion appellant] fruticulus est cubitalis, ramis multis loriformibus, a medio sursum foliosis. Cortex virgarum valde tenax est: folia laurinis similia, at molliora, graciliora fractuque difficilia, quorum gustatu os faucesque mordentur et uruntur: flores albi, fructus, ubi maturuit, niger. Radix nullius est usus. Na-

ὅταν πεπανθῇ· ῥίζα ἄχρηστος. Φύεται ἐν ὀρεινοῖς τόποις. Ἄγει δὲ καὶ τὸ φύλλον αὐτοῦ ξηρὸν ἢ νεαρὸν ποθὲν κατὰ κοιλίαν φλεγματώδη[89], *κινεῖ καὶ ἐμέτους καὶ ἔμμηνα· καὶ διαμασσηθὲν ἀποφλεγματίζει· ἔστι δὲ καὶ πταρμικόν· καθαίρει δὲ καὶ ὁ καρπὸς αὐτοῦ, ὅσον κόκκοι ιε´ πινόμενοι.*

Κεφ. ρμζ´. (ρμθ´.) [Περὶ Χαμαιδάφνης.] Χαμαιδάφνη, [οἱ δὲ δαφνίτην, οἱ δὲ ὑδραγωγὸν, Ῥωμαῖοι λαυρέολα, οἱ δὲ λακτάγω, Γάλλοι οὐσουβίμ], οἱ δὲ καὶ ταύτην ἀλεξάνδρειαν ἐκάλεσαν· ῥάβδους ἀνίησι μονοκλώνους[90], *πηχυαίους, ὀρθὰς, λεπτὰς καὶ λείας· καὶ ταύτης δὲ τὰ φύλλα ὅμοια δάφνῃ, λειότερα δὲ πολλῷ*[91] *καὶ χλωρότερα· καρπὸν δὲ περιφερῆ, ἐρυθρὸν, τοῖς φύλλοις ἐπιπεφυκότα. Ταύτης τὰ φύλλα λεῖα καταπλασθέντα κεφαλαλγίαις καὶ στομάχου ἐγκαύσεσιν*[92] *ἀρήγει· ποθέντα δὲ μετ' οἴνου στρόφους παύει· ὁ δὲ χυλὸς, σὺν οἴνῳ ποτιζόμενος, καταμήνια καὶ οὖρα ἄγει, καὶ ἐν πεσσῷ προστεθεὶς τὸ αὐτὸ ποιεῖ.*

89) Serap. legit *καὶ διψῶδές ἐστιν.*

90) Sic Ald. et codd. Vindob., Asulan. ad notha ablegavit; Sarac. restituit.

91) Lacunae cod. et ex eo Sarac. *καὶ λεπτότερα.*

92) Sarac. suspicatur e Serap. *ἐμπνευματώσεσιν.*

scitur in montosis. Folium, seu aridum, seu etiam recens potum, pituitosa per alvum eiicit; ciet quoque vomitus mensesque: quin et commanducatum mucum detrahit: sternutamenta etiamnum movet. Purgant et fructus grana quindecim epota.

Cap. CXLVII. (CXLIX.) [*De Chamaedaphne.*] Chamaedaphne [alii daphnitin, alii hydragogon, Romani laureolam seu lactaginem, Galli usubim] nonnulli et hanc (laurum) alexandrinam vocant: virgas emittit simplices, rectas, tenues ac glabras. Sed et huius folia lauri similia sunt, at multo laeviora et viridiora. Fructus est globosus, ruber, foliis annexus. Huius folia trita illitaque capitis doloribus et ventriculi ardoribus prosunt: bibita cum vino tormina sedant. Succus autem cum vino propinatus menses ciet urinasque: idem quoque in pesso subditus praestat.

Κεφ. ρμη'. (ρν'.) [*Περὶ Ἐλλεβόρου λευκοῦ.*] *Ἐλλέβορος λευκὸς* [*οἱ δὲ ἀσκίδα, οἱ δὲ ἔκτομον*[93], *οἱ δὲ πιγνατόξαρις, προφῆται γόνος Ἡράκλειος, οἱ δὲ πολύειδες, οἱ δὲ ἀνάφυστος*[94], *Αἰγύπτιοι σομφία, οἱ δὲ οὖνρε, Ῥωμαῖοι βεράτρουμ ἄλβουμ, Γάλλοι λάγινον, οἱ δὲ ἀνεψᾶ*] *φύλλα ἔχει ὅμοια τοῖς τοῦ ἀρνογλώσσου ἢ σεύτλου ἀγρίου*[95], *βραχύτερα δὲ καὶ μελάντερα καὶ ἐρυθρὰ τὴν χρόαν*[96]· *καυλὸν δὲ παλαιστιαῖον*[97], *κοῖλον, περιφλοιζόμενον, ὅταν ἄρξηται*[98] *ξηραίνεσθαι. Ῥίζαι δ' ὕπεισι πολλαὶ, λεπταὶ, ἀπὸ κεφαλίου μικροῦ καὶ ἐπιμήκους, ὥςπερ κρομμύου, συμπεφυκυῖαι. Φύεται ἐν ὀρεινοῖς τόποις καὶ τραχέσι. Συλλέγειν δὲ δεῖ τὰς ῥίζας περὶ τὸν πυραμητόν· ἄριστος δέ ἐστιν αὐτοῦ ὁ μετρίως τεταμένος*[99] *καὶ λευκὸς καὶ εὔθραυστος καὶ σαρκώδης,*

93) Sic optime cod. C. Ita et Theophr. hist. 9, 10. cod. *Urbin.* Hippocr. morb. mul. I. p. 627. Foës. de nigro elleboro; *ἄτομον* vulgo.

94) Sic cod. C., Ald., Marcell., Asulan.; *ἀνάφυτος* Cornar., Goupyl., Sarac.

95) Deest *ἢ σ. ἀ.* in cod. C.

96) Sic legerunt Oribas. et Serap.; Plin. vero et cod. C. *τῇ ῥάχει ἐρυθρόν*, in quo et consentit Marcell.

97) Sic Oribas., Serap. et Ald. In codd. C. et N. omnis de caule sermo omittitur. Cum naturae repugnet mensura, Bod. a Stapel ad Theophr. p. 1065. *πηχυαῖος* legendum esse suadet.

98) Sic cod. C., sed statim post *τῇ ῥάχει ἐρυθρόν· ὅτε ἄρξεται* vulg. Serap. addit, quae nusquam obvia sunt, de putrescente caule et superstitibus capillorum speciebus.

99) C. et Aët. *τετανός*; N. *τετανώδης*.

Cap. CXLVIII. (CL.) [*De Elleboro albo.*] Elleborus albus [quem alii ascida, alii ectomon, aut pignatoxarin, prophetae genituram herculeam, aut polyïdes, anaphystos etiam, Aegyptii somphia et unre, Romani veratrum album, Galli laginum, et alii anepsa vocant] folia habet plantaginis aut betae sylvestris, sed breviora, colore etiam nigriora aut rubescentia: caulem palmarem, concavum, corticis tunicas deiicientem, cum arescere incipit. Radices subiacent numerosae, tenues, ab exiguo oblongoque capitulo, velut a cepa, exeuntes et connatae. Nascitur in montosis et asperis. Colligi autem debent radices messis tempore. Optimus habetur, qui modice extentus est, albus, fragilis et carnosus, minime acuminatus aut

οὐκ ἄποξυς δὲ καὶ σχοινώδης, ἢ χνοῦν ἀφιεὶς ἐν τῷ θραύεσθαι, ἔχων δὲ καὶ τὴν ἐντεριώνην λεπτὴν, ἐκπυρῶν[100] *τὴν γεῦσιν οὐ λίαν, οὐδὲ ἀθρόως σίελον ἐπισπώμενος· πνιγώδης γὰρ ὁ τοιοῦτος. Πρωτεύει δὲ ὁ ἀντικύρινος*[1]*· ὁ δὲ γαλατικὸς καὶ καππαδοκικὸς*[2] *λευκότερος καὶ σχοινώδης*[3] *καὶ πνιγωδέστερος. Καθαίρει δὲ δι᾽ ἐμέτων, ἄγων ποικίλα· μίγνυται δὲ καὶ κολλυρίοις τοῖς δυναμένοις τὰ ἐπισκοτοῦντα ταῖς κόραις ἀποκαθαίρειν· καὶ ἔμμηνα ἄγει, καὶ ἔμβρυα κτείνει προςτιθέμενος· πταρμούς τε ἐρεθίζει, καὶ μύας κτείνει σὺν μέλιτι καὶ ἀλφίτῳ φυραθείς· συγκαθεψόμενός τε κρέασι*[4]*, συντήκει αὐτά· δίδοται δὲ νήστεσι καθ᾽ ἑαυτὸν καὶ μετὰ σησάμου καὶ πτισάνης χυλοῦ*[5]*, ἢ ἄλικος, ἢ μελικράτου, ἢ πόλτου φακί-*

100) C. *πυροῦντα.*

1) Sic cod. N. Anticyra duplex, maliaca et phocensis. Strab. lib. 9. p. 497. Serapion forte *ἡρακλεωτικόν* legit, optimum enim esse dicit e terra *Ercehalon*. Heraclea in Ponto (Bithyniae) est. In Ponto autem et Theophr. elleborum album optimum nasci perhibet. Cod. C. *ἀγκυρατικός*, quod minus placet, quia Ancyra, insignis Galatiae metropolis fuit, galaticus autem elleborus statim post ponitur. Vulgata lectio *κυρηναϊκός*, quanquam et ab Oribasio et Aëtio repetatur, taxanda esse videtur, quod nusquam alibi Cyrene ellebori albi patria nominatur, neque clima eius regionis plantae favet.

2) Serap. et Lacunae cod. *ἰταλικός.*

3) Sic Serap. et codd. C. et N.; *χνοώδης* editt.

4) C. *κέρασι.*

5) E Paullo et Serap. sic correxit Sarac.; *μετὰ σησαμοειδοῦς καὶ θαψίας χυλοῦ* cod. C. et Ald.

iuncum referens, aut, dum frangitur, lanuginem emittens, tenuem habens medullam, gustuque non admodum fervens, neque salivam copiose attrahens: talis enim strangulat. Primatum tenet anticyrenus. Galaticus autem ac cappadocicus albidior, iunco similis, maiorem strangulandi vim habet. Vomitionibus varii coloris humores extrahit: collyriis itidem admiscetur, quae caliginem oculorum discutiendi vim habent. Menses pellit partusque necat appositus. Sternutamenta movet. Mures quoque interficit, cum melle et polenta subactus: quin et carnes, simul coctus, colliquat. Datur autem ieiunis vel per se, vel cum sesamo et ptisanae succo aut alicae, aut cum aqua

νου[6], *ἢ ἄλλου ῥοφήματος· συσσιτοποιεῖται δὲ καὶ ἄρτῳ, καὶ ὀπτᾶται. Ἡ δὲ προςαγωγὴ καὶ ἐπιδιαίτησις ἐξείργασται παρὰ τοῖς προηγουμένως περὶ τῆς δόσεως αὐτῆς γράψασι· μάλιστα δὲ συγκατατιθέμεθα Φιλωνίδῃ τῷ Σικελῷ, τῷ ἀπὸ Ἔννης· μακρὸν γάρ ἐστιν ἐν ὕλης παραδόσει προηγουμένως θεραπευτικὴν ἐκτίθεσθαι ἀγωγήν*[7]. *Διδόασι δὲ ἔνιοι σὺν πόλτου ῥοφήματι*[8] *ἢ χόνδρου χυλῷ*[9]*· ἢ καὶ τροφὴν ὀλίγην προδιδόντες, ἐπιδιδόασι τὸν ἐλλέβορον εὐθέως, ἐφ᾽ ὧν μάλιστα πνιγμὸς ὑποπτεύεται ἢ ἀσθένεια σώματος ὑπόκειται· ἀκίνδυνος γὰρ ἐπὶ τῶν οὕτω λαμβανόντων ἡ κάθαρσις· διὰ τὸ μὴ ἀκαίρως τὸ φάρμακον παρατίθεσθαι τοῖς σώμασι*[10]. *Καὶ βάλανοι δὲ ἐξ αὐτοῦ προςτεθεῖσαι τῇ ἕδρᾳ μετ᾽ ὄξους*[11] *ἐμέτους κινοῦσιν.*

6) Sic e Serap. legendum; *ἢ πόλτου ἢ φακοῦ* vulgo; *ἢ φακοῦ ῥοφήματος*, omisso *πόλτου*, cod. C.

7) Longe aliter, nec male, cod. N. *τῷ Σικελῷ, τῷ μηδὲ λίαν ἐν ὕλαις θεραπευτικὴν ἀναγράφειν ἀγωγήν.*

8) Sic Ald. et Serap. Sic et codd. C. et N. Asul. vero, quem Sarac. sequitur, *σὺν πολλῷ ῥοφήματι.*

9) Ald. *χόνδρου πλήθει*; C. *ἢ χόνδρῳ*; *σὺν χυλῷ* Serap.

10) Longe aliter haec posteriora in codd. Vindob. *Κινδυνώδης γὰρ ἡ τοιαύτη κάθαρσις, διὰ τὸ ἀκαίρως παρακεῖσθαι τὸ φάρμακον τοῖς σώμασι.*

11) *Μετ᾽ ὄξους* in cod. C. deest.

mulsa, vel pulte lenticulae, aut alia sorbitione. Sed et cogitur cum pane, atque ita inassatur. Apparatus vero et subsequens victus ratio diligenter ab iis tradita est, qui ex professo de ipsius dosi scripserunt. Sed maxime Philonidi Siculo Ennaeo assentimur. Longum enim est, in hac materiae medicae tractatione curandi viam omnem ex professo aperire. Nonnulli etiam exhibent cum pultis sorbitione aut alicae cremore: vel exhibito parciore cibo confestim elleborum offerunt: in iis maxime, quibus strangulatio imminet, aut corporis imbecillitas adest. Eo enim modo sumentibus purgatio periculi expers est, quod non intempestive iustove citius medicamentum corporibus accedat. Ceterum et balani ex eo, cum aceto ano subditae, vomitiones concitant.

Κεφ. ρμθʹ. (ρναʹ.) [Περὶ Ἐλλεβόρου μέλανος.] Ἐλλέβορος μέλας, οἱ δὲ Μελαμπόδιον, οἱ δὲ ἔκτομον[12], οἱ δὲ πολύῤῥιζον, οἱ δὲ Προίτιον[13], οἱ δὲ κοιράνειον[14], οἱ δὲ μελανόῤῥιζον, [προφῆται ζωμαρῖτις[15], Αἰγύπτιοι ἰσαία, οἱ δὲ ἐλαφυὴς[16], οἱ δὲ κεμελὲγ[17], Ῥωμαῖοι βεράτρουμ νίγρουμ[18], οἱ δὲ σαράκα, Δακοὶ προδίορνα.] Μελαμπόδιον δὲ λέγεται, ἐπειδὴ δοκεῖ Μελάμπους τις αἰπόλος τὰς Προίτου θυγατέρας μανείσας ἐν αὐτῷ καθᾶραι πρῶτος καὶ θεραπεῦσαι. Ἔχει δὲ τὰ φύλλα χλωρὰ, πλατάνῳ προςεμφερῆ, ἐλάττονα δὲ [πρὸς τὰ τοῦ σπονδυλίου[19]] καὶ πολυσχιδέστερα καὶ μελάντερα καὶ ὑποτραχέα· καυλὸς βραχὺς[20]· ἄνθη δὲ φέρει[21] ἐμπόρφυρα, τῷ δὲ σχήματι ῥοδοειδῆ[22]· καὶ ἐν αὐτῷ καρπὸς κνίκῳ ὅμοιος, ὃν καὶ αὐτὸν καλοῦσιν οἱ ἐν Ἀντικύρᾳ σησαμοειδῆ· χρώμενοι πρὸς τὰς καθάρσεις αὐτῷ. Ῥίζαι δ᾽

12) Ἐκστομον vulgo; vid. supra nota 93. Eius loco Ὀρέστιον habet cod. C.

13) Sic iam Marcell. correxit πρώτιον vulg.

14) Sic cod. C.; κυΐράνιον Ald.

15) Sic cod. C.; ζωμαρίτιόν Ald.

16) Sic cod. C.; ἐλαφινέ Ald.

17) C. οἱ δὲ ἑρμιέλυ.

18) C. οἱ δὲ κονσάλικο.

19) Inclusa desunt in codd. C. et N.; ἀσφοδέλου legit Serap.

20) Sic cod. C. et Serap.; τραχὺς vulgo.

21) Sic cod. C. et N.; ἄνθη δὲ λευκὰ, ἐμπόρφυρα vulgo.

22) Sic cod. C. et N.; βοτρυώδη vulg. et Serap.

Cap. CXLIX. (CLI.) [*De Elleboro nigro.*] Elleborus niger, quem et Melampodium, ectomon, polyrrhizon et Proetium, alii dominicum aut melanorrhizon, [prophetae zomaritin, Aegyptii isaeam, aut elaphyen, aut kemeleg, Romani veratrum nigrum, vel saracam, Daci prodiornam vocant]. Melampodium autem appellatur, quoniam Melampus, caprarum quidam pastor, furentes Proeti filias eo primus purgasse et sanasse dicitur. Folia habet viridia, platano similia, sed minora, [ad sphondylii folia accedentia], multo magis divisa et nigriora ac subaspera. Caulis brevis est, flores vero fert purpurascentes, forma rosaceos, et in ipso fructus est cnico similis, quem et Anticyrae incolae sesamoiden vocant, ad purgationes eo utentes. Radices sub-

ὕπεισι λεπταὶ, μέλαιναι, οἱονεὶ ἀπό τινος κεφαλίου κρομμυώδους ἠρτημέναι, ὧν καὶ ἡ χρῆσις. Φύεται ἐν τραχέσι καὶ γεωλόφοις καὶ καταξήροις τόποις. Καὶ ἄριστος ὁ ἐκ τῶν τοιούτων λαμβανόμενος χωρίων· οἷός ἐστιν ὁ ἐκ Ἀντικύρας· καὶ γὰρ ὁ μέλας καὶ κάλλιστος ἐν αὐτῇ γεννᾶται· ἐκλέγου δὲ τὸν εὔσαρκον καὶ εὔτροφον, λεπτὴν[23] *ἔχοντα τὴν ἐντεριώνην, δριμὺν ἐν τῇ γεύσει καὶ πυρώδη· τοιοῦτος δέ ἐστιν ὁ ἐν τῷ Ἑλικῶνι καὶ Παρνασσῷ καὶ Οἴτῃ*[24] *φυόμενος· διαφέρει μέντοι ὁ ἑλικώνιος. Καθαίρει δὲ τὴν κάτω*[25] *κοιλίαν, ἄγων φλέγμα καὶ χολὴν, καθ᾽ ἑαυτὸν, ἢ μετὰ σκαμμωνίας διδόμενος καὶ ἁλῶν* < *α´ ἢ τριωβόλου ὁλκῆς· συνέψεται δὲ καὶ φακῇ καὶ ζωμοῖς τοῖς εἰς κάθαρσιν λαμβανομένοις· ὠφελεῖ δὲ ἐπιληπτικοὺς, μελαγχολικοὺς, μαινομένους, ἀρθριτικοὺς, παραλελυμένους· προςτεθεὶς δὲ ἔμμηνα ἄγει καὶ ἔμβρυα κτείνει· σύριγγάς τε καθαίρει κατατεθεὶς καὶ μετὰ τρίτην ἐξαιρεθείς· ὁμοίως καὶ ἐπὶ δυςηκοούντων*[26] *καθ-*

23) C. *λευκήν.*

24) Sic cod. X., ut et Theophr. hist. 9, 10.; *καὶ Αἰτωλίᾳ* legitur in editt., quod vero codd. C. et N. non habent.

25) E Serap. et ipsa natura Sarac. sic correxit vulgare *ἄνω.*

26) C. *δυςκωφούντων.*

sunt tenues, nigrae, velut e capitulo quodam cepae simili dependentes, quarum etiam usus est. Provenit in asperis, collibus et aridis locis. Optimus autem e talibus locis petitur, qualis est ex Anticyra: niger enim et probatissimus ibi gignitur. Elige vero carnosum, plenum, cui tenuis sit medulla, acrem gustu ferventemque. Huiusmodi est et in Helicone, Parnasso et Oeta natus: heliconius vero praecellit. Purgat autem per inferiora, trahitque pituitam bilemque, datus per se, aut cum scammonia et sale ad drachmam dimidiam vel integram. Decoquitur cum lente ac iusculis, quae purgationis causa sumuntur. Prodest comitialibus, melancholicis, furentibus, arthriticis et resolutione nervorum laborantibus. Subditus menses trahit partusque enecat: fistulas inditus ac tertia die exemptus purgat. Similiter in auditu difficili immittitur in

ἵεται εἰς τὸ οὖς, ἐώμενος ἐπὶ β′ ἢ γ′ ἡμέρας[27]*· θεραπεύει δὲ καὶ ψώρας μετὰ λιβανωτοῦ ἢ κηροῦ καὶ πίσσης*[28] *καὶ κεδρίνου ἐλαίου καταχριόμενος· μετ᾽ ὄξους δὲ καθ᾽ ἑαυτὸν καταπλασσόμενος, ἀλφοὺς καὶ λειχῆνας καὶ λέπρας θεραπεύει· ἑψηθεὶς δὲ σὺν ὄξει ὀδονταλγίας πραΰνει διακλυζόμενος· σηπταῖς δὲ μίγνυται*[29]*· μετὰ δὲ κριθίνου ἀλεύρου καὶ οἴνου κατάπλασμά ἐστιν ὑδρωπικοῖς ὠφέλιμον· συμφυτευθεὶς δὲ ἀμπέλοις πρὸς τῇ ῥίζῃ, τὸν ἐξ αὐτῶν οἶνον καθαρτικὸν ἐργάζεται· περιῤῥαίνουσι δὲ καὶ οἰκίαις αὐτὸν, καθαρτικὸν εἶναι νομίζοντες· ὅθεν καὶ ὀρύσσοντες ἵστανται προςευχόμενοι Ἀπόλλωνι καὶ Ἀσκληπιῷ, φυλαττόμενοι ἀετόν· ἐφίπτασθαι γάρ φασιν οὐκ ἀκινδύνως· δίδωσι γὰρ θάνατον ὁ ὄρνις, ἐάν περ ἴδῃ τὴν ὀρυγὴν τοῦ ἐλλεβόρου*[30]*· συντόμως δὲ δεῖ ὀρύττειν, διὰ τὸ καρηβαρίαν ἐκ τῆς ἀποφορᾶς γίνεσθαι· ὅθεν εἰς προφυλακὴν οἱ ὀρύττοντες ἐσθίουσι σκόροδα, καὶ οἶνον*

27) N. *ἕως μείνῃ ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας.*

28) Deest *πίσσης* in cod. C., adest tamen in Serap.

29) Ultimum hoc in utroque cod. C. et N. legitur, deest in X.

30) Theophr. hist. 4, 8. *ταῦτα μὲν ἐπιθέτοις ἔοικεν.*

aurem, ibique ad biduum triduumve sinitur. Scabiem quoque sanat, cum ture, aut cera et pice ac cedrino oleo perunctus. Vitiligini vero, impetigini ac lepris ex aceto impositus per se medetur. Dentium dolores coctus cum aceto collutione mitigat. Septicis insuper medicamentis admiscetur. Quin et cum farina hordeacea et vino utile in hydropicis constituit cataplasma. Consitus autem iuxta vitium radices, vino inde expresso purgandi vim impertit. Sed et eo domos aspergunt, purgandi expiandique vim ei tribuentes. Quamobrem et qui ipsum effodiunt, stantes Apollinem et Aesculapium precantur, observant etiam aquilae volatum: eam enim avem tradunt non absque periculo advolare, atque etiam mortem inferre ei, quem, dum elleborum effoderet, conspexerit. Celeriter quoque effodiatur oportet, quoniam halitu caput aggravat: quapropter ad id praecavendum effossuri allia praesumunt et vinum sorbent, quo facto noxae minus opportuni

πίνουσιν· ἀβλαβέστεροι γὰρ οὕτω διατίθενται· ἐξεντερίζεται δὲ, ὥςπερ καὶ ὁ λευκὸς ἐλλέβορος.

Κεφ. ρν'. (ρνβ'.) [Περὶ Σησαμοειδοῦς τοῦ μεγάλου.] Σησαμοειδὲς τὸ μέγα[31] *[οἱ δὲ σησαμίτης, οἱ δὲ σησαμὶς, οἱ δὲ λυκοσκυτάλιον, οἱ δὲ ἐλλέβορος λευκὸς, οἱ δὲ ἀντικύρικον] ἐν Ἀντικύρᾳ δὲ ἐλλέβορον καλοῦσι*[32]*, διὰ τὸ μίγνυσθαι ἐν ταῖς καθάρσεσι τῷ λευκῷ ἐλλεβόρῳ· ἔοικεν ἡ πόα ἠριγέροντι ἢ πηγάνῳ*[33]*· φύλλα μακρὰ, ἄνθος λευκόν· ῥίζα ἰσχνὴ, ἄπρακτος· σπέρμα ὅμοιον σησάμῳ, πικρὸν ἐν τῇ γεύσει· ὃ καθαίρει τὴν ἄνω κοιλίαν*[34]*, φλέγμα τε καὶ χολὴν, ὅσον τοῖς τρισὶ δακτύλοις λεῖον ληφθὲν μετὰ ἐλλεβόρου λευκοῦ τριῶν ἡμιωβόλων σὺν μελικράτῳ.*

Κεφ. ρνα'. (ρνγ'.) [Περὶ Σησαμοειδοῦς τοῦ μικροῦ.] Σησαμοειδὲς τὸ μικρὸν[35] *[οἱ δὲ κορώνιον, οἱ δὲ σήσαμον ἄγριον καλοῦσι] καυλία ἐστὶ σπιθαμιαῖα, ἔχοντα φύλλα κο-*

31) *Τὸ μέλαν* dici in antiquissimis exemplaribus, testatur Marcell.

32) C., omisso *ἐν Ἀντικύρᾳ: ἐλλέβορον δὲ καλοῦσι.* N. *οἱ δὲ ἀντικύρικον ἐλλέβορον καλοῦσι.*

33) Deest *ἢ πηγάνῳ* in codd. Vindob.; solum adest in Oribas.

34) Sic codd. C. et N. et Ald. Primus Asul. omisit *τὴν κοιλίαν,* quem sequentes imitati sunt.

35) Codd. Vindob. *τὸ λευκόν* habent.

redduntur. Emedullatur denique eodem, quo albus elleborus, modo.

Cap. CL. (CLII.) [*De Sesamoide magna.*] Sesamoides magnum [quod et sesamiten, sesamin, lycoscytalion quoque, alii elleborum album, alii anticyricum vocant]. In Anticyra autem elleborum appellant, quoniam in purgationibus albo elleboro admiscetur. Similis est herba senecioni aut rutae: folia longa: flos candidus: radix gracilis, inefficax: fructus similis sesamo, gustu amaro. Hic per superiora ventrem bile ac pituita exonerat, si tritus, quantum tribus digitis capitur, cum ellebori albi sesquiobolo ex aqua mulsa detur.

Cap. CLI. (CLIII.) [*De Sesamoide parvo.*] Sesamoides parvum [alii coronion, alii sesamum sylvestre vocant]. Cauliculi sunt spithamaei, folia coronopi, at hir-

ρωνόποδι ὅμοια, δασύτερα μέντοι καὶ μικρότερα[36]*· ἐπ᾿ ἄκρου δὲ τῶν καυλίων κεφάλια ἀνθίων ὑποπορφύρων, ὧν τὸ μέσον λευκὸν, ἐν οἷς σπέρμα σησάμῳ ἐοικὸς, πικρὸν, κιῤῥόν· ῥίζα λεπτή. Καθαίρει δὲ χολὴν καὶ φλέγμα κάτω ποθὲν τὸ σπέρμα, ὀξυβάφου ἥμισυ σὺν μελικράτῳ· καταπλασθὲν δὲ μεθ᾿ ὕδατος φύματα καὶ οἰδήματα διαφορεῖ. Φύεται ἐν τραχέσι χωρίοις.*

Κεφ. ρνβ΄. (ρνδ΄.) [Περὶ Σίκυος ἀγρίου.] Σίκυς ἄγριος [οἱ δὲ ἐλατήριον, οἱ δὲ γρῦνον, οἱ δὲ βαλὶς, οἱ δὲ σύγκρισις, οἱ δὲ βουβάλιον, οἱ δὲ σκόπιον, οἱ δὲ φέρομβρον, οἱ δὲ πευκεδανὸν, οἱ δὲ νότιον, Ῥωμαῖοι ἀγκέντουμ[37]*, οἱ δὲ κουκούμερεμ ῥούστικουμ*[38]*, οἱ δὲ ἀγρέστεμ, Ἄφροι κουσίμεζαρ] τῷ καρπῷ μόνῳ διαφέρει τοῦ ἡμέρου σίκυος, ἐλάσσονα πολλῷ ἔχων, βαλάνοις*[39] *ἐπιμήκεσιν ἐοικότα· τὰ δὲ φύλλα καὶ τὰ κλήματα ἡμέρῳ ὅμοια· ῥίζα δὲ λευκὴ καὶ μεγάλη. Φύεται ἐν οἰκοπέδοις καὶ ἀμμώδεσι*[40] *τόποις·*

36) Lobel. advers. p. 237. *μακρότερα* suspicatur.

37) Sic C.; *ἀγκέλουμ* Ald., Asul., Marc., Corn.; *ἀγτέιουμ* Goup. et Sarac.

38) Hoc e cod. C. Solum *ἀγρέστεμ* habent editt.

39) Ex priscorum interpretum auctoritate et ipsa natura sic legendum loco vulg. *βαλανείοις*.

40) C. *ἀμπελώδεσι*.

sutiora ac minora: in summis cauliculis capitula flosculorum paene purpureorum, quorum medium albicat: in iis fructus sesami similis, amarus, fulvus, radix tenuis. Fructus potus dimidio acetabulo in aqua mulsa bilem ac pituitam per inferiora purgat. Ex aqua vero impositum tubercula et oedemata discutit. Nascitur in asperis locis.

Cap. CLII. (CLIV.) [*De Cucumere sylvestri.*] Cucumis sylvestris [alii elaterion, alii grynon, nonnulli balida, vel syncrisin, alii bubalion, aut scopion, quidam pherombron, peucedanon et notion appellant, Romani et ancentum, Afri cusimezar] fructu solo differt a cucumere sativo, quem longe minorem parit, oblongis glandibus similem: folia et surculi sativo similes: radix alba, magna. Nascitur in ruderibus et sabuletis, frutice in totum amaro.

ὅλος δὲ ὁ θάμνος πικρός. Ἁρμόζει δὲ ὁ τῶν φύλλων χυλὸς ἐνσταζόμενος ὠταλγίαις· ἡ δὲ ῥίζα καταπλασθεῖσα μετὰ ἀλφίτου, πᾶν οἴδημα παλαιὸν διαφορεῖ· μετὰ ῥητίνης δὲ τερεβινθίνης ἐπιτεθεῖσα φύματα ῥήττει· μετ᾽ ὄξους δὲ ἑψηθεῖσα[41] καὶ καταπλασθεῖσα ποδάγρας διαφορεῖ[42]· καὶ ἰσχιάδος δέ ἐστιν[43] ἔγκλυσμα, καὶ ὀδονταλγίας διάκλυσμα τὸ ἀφέψημα· ξηρὰ δὲ λεία ἀλφούς, λέπρας καὶ λειχῆνας σμήχει· οὐλάς τε μελαίνας καὶ σπίλους τούς ἐν προσώπῳ ἀποκαθαίρει· καὶ ὁ χυλὸς δὲ τῆς ῥίζης, πλῆθος τριῶν ἡμιωβολίων τὸ ἐλάχιστον, καὶ ὁ φλοιὸς δὲ ὅσον τέταρτον ὀξυβάφου καθαίρει φλέγμα καὶ χολὴν, καὶ μάλιστα ἐπὶ ὑδρωπικῶν, δίχα δὲ τοῦ τὸν στόμαχον ἀδικεῖν, ποιεῖ[44] τὴν κάθαρσιν· δεῖ δὲ τῆς ῥίζης λαβόντα[45] ἡμίλιτρον, μετὰ δυοῖν ξεστῶν οἴνου, μάλιστα λιγυστικοῦ[46], λεαίνειν, καὶ διδόναι ἐκ τούτου κυάθους γ', νήστεσιν παρ᾽ ἡμέρας τρεῖς[47], ἕως ἂν ὁ ὄγκος ἱκανῶς συσταλῇ.

41) C. ὑποτεθεῖσα. N. neutrum habet.
42) X. ὠφελεῖ ποδαγρικούς.
43) C. καὶ ἰσχιαδικῶν ἐστι.
44) Sic codd. C. et N.; ποιεῖται editt.
45) N. codd. ὡςεί.
46) Sic codd. C., N. et X.; λιβυκοῦ editt.; Lacuna αἰγυπτίου γλυκέος; *Babylonici* Serap.
47) Sic cod. C. et N., Serap. et Ald. Sed cum Asulano editiones omittunt νήστεσιν παρ᾽ ἡμέρας γ'.

Foliorum succus instillatus aurium doloribus confert. Radix autem illita cum polenta vetus quodvis oedema discutit: imposita cum resina terebinthina tubercula rumpit: cocta ex aceto ac illita podagras discutit: in coxendicis morbo alvus ea decocta eluitur, os in dentium dolore colluitur. Arida ea tritaque vitiligines, lepras et impetigines abstergit: cicatrices nigras naevosque faciei emendat. Quin et radicis succus, sesquioboli pondere minimum, itemque cortex acetabuli quarta parte bilem ac pituitam purgant, maximeque in hydropicis, idque citra ventriculi offensionem. Radicis selibra in vini, praesertim ligustici, sextariis duobus conteritur, danturque ex eo ieiunis cyathi terni tertio quoque die, donec tumor plurimum subsederit.

[*Κεφ. ρνε΄. Περὶ Ἐλατηρίου*][48]. *Τὸ δὲ λεγόμενον ἐλατήριον ἐκ τοῦ καρποῦ τῶν σικύων σκευάζεται τὸν τρόπον τοῦτον· τοὺς ἅμα τῷ ἅψασθαι σικύους ἀποπηδῶντας ἐκλέγων ἀποτίθεσο, ἐῶν νύκτα*[49]· *τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ἐπὶ κρατῆρι κόσκινον μὴ πυκνὸν ἐπίθες, καὶ μαχαίριον ὕπτιον ἁρμόσας, τὴν ἀκμὴν ἔχον ἄνω, λαμβάνων ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ καθ᾿ ἕνα τῶν σικύων, διαίρει καὶ ἔκθλιβε*[50] *τὸ ὑγρὸν εἰς τὴν ὑποκειμένην κρατηρίαν· προςεκθλίβων καὶ τὸ ἐν αὐτοῖς σαρκῶδες, ὃ δὴ προςπίπτει τῷ κοσκίνῳ, ἵνα καὶ αὐτὸ διεκπίπτῃ*[51]. *καὶ εἰς λεκάνην παρακειμένην τὰ ἐκθλιβόμενα τῶν σικύων*[52] *βάλλε· σωρεύσας δὲ τὰ τετμημένα ἐπὶ τοῦ κοσκίνου, ὕδατί τε γλυκεῖ περιχέας καὶ ἀποπιέσας*[53], *ταῦτα μὲν ῥίπτε*[54]· *ταράξας δὲ τὸ ἐν τῇ λεκάνῃ ὑγρὸν καὶ σκεπάσας*

48) Codices hoc naturaliter cohaerens cum praecedente iunctim scribunt.

49) C. et N. codd. *μίαν*.

50) Quod interpositum habent editt. *διὰ τοῦ κοσκίνου*, deest in codd. C., N. et X.

51) C. *ἃ δὴ καὶ τῷ κοσκίνῳ προςεκθλίβων ἔα καὶ αὐτὰ ἐκπίπτειν.* Ald. addit: *καὶ ὅταν ὅλον ἐκθλίψῃς, ἔασον αὐτὸ καταστῆναι.* Id autem ignoratum ab interpretibus priscis, Asulan. nothis adiudicavit.

52) Sic cod. C. Editt. omittunt *τῶν σικύων*.

53) C. et N. *ἀποκλύσας καὶ περιπιέσας*.

54) C. et N. *τὰ αὐτὰ νίπτε*.

[Cap. CLV. *De Elaterio.*] Quod elaterium dicitur, sequenti modo e cucumerum agrestium fructu conficitur. Cucumeres eligito, qui, simulac tanguntur, dissiliunt, eosque decerptos per noctem unam sinito. Postero die, imposito supra craterem rariore cribro, insuperque resupinato ita cultello, ut aciem sursum versus habeat, prehensos utraque manu cucumeres dividito, humoremque in vas subiectum exprimito, simulque carnosam cucumerum partem, quae cribro adhaeret, quo ipsa transmittatur, exterito, et quae e cucumeribus expressa sunt, in pelvim adstantem coniicito. Acervata autem super cribro segminum frustula, ubi aqua dulci perfuderis itidemque expresseris, reiice. Exceptum vero pelvi succum agitato,

ὀθόνῃ[55]; *τίθεσο ἐν ἡλίῳ· καὶ ὅταν συστῇ*[56], *πᾶν τὸ ἐπινηχόμενον ὕδωρ μετὰ τοῦ ἐπιπάγου*[57] *ἀπόχει, καὶ τοῦτο ποίει πολλάκις, ἄχρις οὗ καταστῇ τὸ ἐφιστάμενον ὕδωρ*[58]· *ὅπερ ἐκσπογγίσας*[59] *ἐπιμελῶς, τὴν ὑποστάθμην βαλὼν εἰς θυΐαν, λέαινε καὶ ἀνάπλαττε τροχίσκους· ἔνιοι δὲ πρὸς τὸ ταχέως ἀνικμασθῆναι τὸ ὑγρὸν, τέφραν σεσησμένην ἐπὶ γῆς καταστρώσαντες καὶ κοιλάναντες τὸ μέσον, ὀθόνιον τριπλοῦν ἐπιτείναντες, κατὰ τούτου τὸ ἐλατήριον σὺν τῇ ἰκμάδι ἐπιχέουσιν· ἀναξηρανθὲν δὲ ἐν θυΐᾳ*[60] *λεαίνουσιν, ὡς προείρηται· ἔνιοι δὲ ἀντὶ τοῦ ὕδατος θάλατταν παραχέοντες, πλύνουσιν· οἱ δὲ τῇ τελευταίᾳ πλύσει μελίκρατον παραχέουσι. Δοκεῖ δὲ ἐλατήριον κάλλιστον εἶναι τὸ μετὰ τοῦ λευκοῦ ἡσυχῇ ἔνικμον, κοῦφον, λεῖον, πικρότατον τῇ γεύσει, καὶ προσαχθὲν λύχνῳ, εὐκαές*[61]· *τὸ μέντοι πρασίζον καὶ τραχὺ καὶ*

55) Cod. X. *περικαλύψας ὀθονίῳ.*

56) Sic codd. C. et N. ac Oribas.; *ὅτε στῇ* editt.

57) N. *ἐπιπαγέντος.*

58) C. et N. non habent *ἄχρις* — *ὕδωρ.* Sed adest in Orib. et Serap.

59) Sic codd. C., N. et X.; *σπογγιάσας* Lacuna; *ἐκστραγγίσας* editt.

60) Sic C. In editt. *ἀναξηρανθὲν, ἐν δὲ θυΐᾳ.*

61) Sic Codd. et interpretum consensu; *ἀκαὲς* cod. X.

dein opertum linteo soli exponito. Atque ubi coïerit, supernatantem aquam cum eo, quod in summo concretum est, effundito, illudque iterato, quamdiu aquae aliquid superfuerit. Id autem solerter spongia exterge: sedimentum ipsum, mortario inditum, conterito, pastillos ex eo formaturus. Nonnulli, ut confestim humores exhauriant, cribratos cineres humi sternunt, ac in eorum medio excavata foveola triplicatum linteolum obtendunt, cui elaterium cum humoribus suis infundunt, siccatum vero in pila, ut ante dictum est, conterunt. Nonnulli pro dulci aqua marinam affundunt, atque ita eluunt. Alii in postrema lotura mulsam addunt. Elaterium autem optimum creditur, quod cum candore modice humectum est, leve, glabrum, gustu amarissimum, quodque lucernae admotum

θολερὸν τῇ ὄψει[62], γέμον ὀροβίου[63] καὶ τέφρας, βαρύ τε[64] καὶ φαῦλον[65]· ἔνιοι δὲ καὶ τῷ χυλῷ τοῦ σικύου μιγνύουσιν ἄμυλον, πρὸς τὸ μιμήσασθαι αὐτοῦ τὸ λευκὸν[66] καὶ κοῦφον· εἰς μέντοι τὰ καθαρτικὰ ὁ διετὴς ἁρμόζει ἄχρι δεκαετῶν· ἡ δὲ τελεία δόσις[67], ὀβολὸς, ἡ δ' ἐλαχίστη, ἡμιωβόλιον· παιδίοις δὲ δίχαλκον· πλεῖον γὰρ ποθὲν κίνδυνον ἐπιφέρει· κινεῖ δὲ τὴν κάτω καὶ τὴν ἄνω κάθαρσιν, ἄγον φλέγμα καὶ χολήν· ἀρίστη δὲ τοῖς δυςπνοοῦσιν ἡ δι' αὐτοῦ κάθαρσις· εἰ μὲν οὖν θέλεις κατὰ κοιλίαν καθαίρειν, διπλάσιον ἁλῶν μίξας καὶ σινήπεως[68], ὅσον χρῶσαι, δι' ὕδατος ὀροβιαῖα καταπότια δίδου, ἐπιῤῥοφείτω δὲ χλιαροῦ ὕδατος κύαθον ἕνα· εἰς δὲ ἔμετον, ὕδατι ἀνιεὶς, πτερῷ τοὺς ὑπὸ γλῶσσαν διάχριε τόπους ὡς ὅτι ἐσωτάτω· εἰ δὲ δυςεμὴς εἴη, ἢ

62) Codd. C. et N. ὀλερὸν τῇ γεύσει.

63) Oribas. ῥυπαρίας.

64) Serap. aliud legit: *adulterinum*.

65) N. ἄχρηστον.

66) Sic N.; αὐτὸ λευκόν vulgo.

67) Sic cod. Paris. apud Goup. et Sarac.; Ald. et sequ. πόσις; C. et N. χρῆσις.

68) Ex euporistis, Galeno et Aëtio Sarac. vulgare στίμμεως sic emendat. Serap. ἁλὸς ἀμμωνιακοῦ legit. C. Hofm. var. lect. 2, 6. κόμμεως suspicatur.

facile accenditur. At quod porraceum est, scabrum, turbidum aspectu, ervi cinerisque plenum, grave iuxta est ac vitiosum. Nec desunt, qui cucumeris succo amylum immisceant, ut candorem eius et levitatem imitentur. Purgationibus idoneus est succus biennis ad decennem. Integra dosis est obolus, minima semiobolus: infantibus autem quarta oboli pars: nam copiosius haustum periculum affert. Bilem ac pituitam per inferiora pariter ac superiora eiicit, quod quidem purgationis genus in iis expeditissimum est, qui difficiles spiritus ducunt. Quodsi cupiveris per alvum purgare, adiecto salis duplo et sinapis tantillo, quantum ad colorandum satis sit, ex aqua catapotia ervi mole formato: quae posteaquam exhibueris, aquae tepidae cyathum unum sorbendum dato. Si vomitum concitare volueris, elaterium aqua diluito intinctaque

ἐλαίῳ ἢ ἰρίνῳ μύρῳ διεὶς, κώλυε δὲ κοιμᾶσθαι. Τοῖς δὲ ὑπερκαθαιρομένοις συνεχῶς προσφέρειν δεῖ οἰνέλαιον· οὕτως γὰρ παύσονται ἐμοῦντες· μὴ ἀποκαθισταμένων δὲ[69] τῶν ἐμέτων, ὕδωρ ψυχρὸν καὶ ἄλφιτον καὶ ὀξύκρατον καὶ ὀπώραν, καὶ ὅσα δύνανται τὸν στόμαχον πυκνῶσαι, προσενεκτέον· κινεῖ δὲ τὸ ἐλατήριον καὶ ἔμμηνα, καὶ ἔμβρυα κτείνει ἐν προσθέτῳ· ἐγχυθὲν δὲ[70] μετὰ γάλακτος εἰς τοὺς ῥώθωνας[71], ἴκτερον ἀποκαθαίρει, καὶ κεφαλαλγίας τὰς χρονίους ἀπαλλάττει· συναγχικοῖς δὲ διάχρισμα πρακτικὸν[72] μετ' ἐλαίου παλαιοῦ, ἢ μέλιτος, ἢ χολῆς ταυρείας. Τοῦ δὲ ἡμέρου σικύου ἡ ῥίζα λεία ποθεῖσα σὺν ὑδρομέλιτι < α', ἐμέτους κινεῖ· εἰ δέ τις μετὰ τὸ δεῖπνον πραέως ἐμέσαι ἐθέλει, ἀρκοῦσιν ὀβολοὶ β'[73].

Κεφ. ρνγ'. (ρνς'.) [Περὶ Σταφίδος ἀγρίας.] Σταφὶς ἀγρία [οἱ δὲ τρίφυλλον, οἱ δὲ στήσιον, οἱ δὲ ἀσταφὶς, οἱ

69) Sic codd. C. et N.; ἐμοῦντες γὰρ ἀποκαθίστανται. μὴ παυομένων δέ vulgo.

70) Sic N.; ἐγχυθέν τε vulgo.

71) N. εἰς τὸ οὖς.

72) Marcelli cod., C. et N. πταρμικόν. Sed Serap. tuetur nostram lectionem: *confert squinantiae iuvamentum maximum* (contra Marcell.)

73) Haec ultima licet in omnibus adsint exemplaribus, omissa tamen a Marc., uncinis inclusa sunt a Sarac.

penna subiectas linguae partes quam penitissime oblinito. At si aeger ad vomitum difficilis fuerit, vel oleo, vel irino unguento diluito: somnum vero inhibeto. Iis, qui praeter modum purgantur, frequenter vinum oleo mixtum propinari oportet: sic enim desinent vomere. Quodsi non cessaverint vomitiones, aqua frigida, polenta, posca, poma, et quaecunque stomachum densare possunt, offerenda sunt. Elaterium menses quoque ciet, et partus enecat, in pesso subditum. Cum lacte vero naribus infusum, et regium morbum depellit, et diuturnos capitis dolores summovet. In anginis autem efficaciter illinitur cum oleo vetere, melle et felle taurino. Sativi cucumeris radix contrita et drachmae pondere in hydromelite pota, vomitus ciet. Si cui a coena placide vomere libuerit, oboli duo sufficient.

Cap. CLIII. (CLVI.) [*De Staphide agria.*] Staphis agria, [quam alii trifolium, alii stesion, aut astaphis, phthi-

δὲ φθειροκτόνον, οἱ δὲ φθείριον, οἱ δὲ ἀπάνθρωπον, οἱ δὲ πολυειδὲς, οἱ δὲ ψευδοπαθὲς, οἱ δὲ ἀρσενοτὴ, Αἰγύπτιοι ἰβησαοιδὴ, Ῥωμαῖοι ἔρβα πεδικουλάρια[74]*] φύλλα μὲν ἔχει ὥςπερ ἀμπέλου ἀγρίας ἐπεσχισμένα· καυλία ὀρθὰ, μαλακὰ, μέλανα, τὸ δὲ ἄνθος φέρει ἰσάτῃ ὅμοιον· τὸν δὲ καρπὸν ἐν θυλακίοις χλωροῖς, ὥςπερ ἐρεβίνθου, τρίγωνον, τραχὺν*[75]*, ὑπόκιῤῥον ἐν τῷ μέλανι, τὰ δὲ ἔνδον λευκὸν, γευσαμένῳ δριμύν. Τούτου κόκκους ιέ*[76]*, ἐάν τις λεάνας ἐν μελικράτῳ δῷ, καθαίρει δι' ἐμέτων πάχη· περιπατείτωσαν δὲ οἱ πεπωκότες· δεῖ μέντοι προςέχειν συνεχῶς*[77] *μελίκρατον διδόντας, διὰ τὸ ἐπιφέρειν τοὺς κατὰ πνιγμὸν κινδύνους*[78]*, καὶ καίειν τὸν φάρυγγα· ἁρμόζει δὲ τριφθεῖσα καθ' ἑαυτὴν καὶ μετὰ σανδαράχης*[79]*, συγχρισθεῖσα δὲ μετ' ἐλαίου*[80] *πρὸς φθειριάσεις καὶ κνησμοὺς καὶ ψώρας· διαμασσηθεῖσα δὲ φλέγμα ἄγει*

74) N. add. *οἱ δὲ μιουτεσσούδια.*

75) C. *παχύν.*

76) Sic cod. C. Serap. et Avic. p. 209. diserte خمس عشر حبة Vulgo legitur *ι' ἢ ε'*, cuius loco Mareell. et Sarac. suadent *ι' ἢ ιε'.*

77) Cum Serap. Marcell. et Sarac.; *συνετῶς* vulgo; Codd. C. et N. neutrum habent.

78) C. et N. *φθείρει γὰρ τοὺς κατά π. κ.*

79) Lacuna sic legit cum Serap. et Avic.

80) C. et N. *ἀνδράχνης* addunt, quod e *σανδαράχῃ* corruptum videtur.

roctonon etiam et phthirion, apanthropon, polyïdes, pseudopathes et arsenoten, Aegyptii ibesaoide, Romani herbam pedicularium vocant] folia habet vitis sylvestris modo incisa, cauliculos rectos, molles nigrosque; florem vero fert (colore) glasti: semen in folliculis viridibus, ceu ciceris, triangulum, asperum, ex nigro subfulvescens, intus album, gustu acre. Huius grana quindecim si trita in aqua mulsa dentur, crassos humores vomitu purgabunt: sed qui hauserint, deambulare debent. Videndum nihilominus, ut iis frequenter aqua mulsa potui detur: alioqui in strangulationis periculum deducuntur faucesque aduruntur. Herba autem ipsa trita per se, aut cum sandaracha, et illita cum oleo ad pediculorum abundantiam, pruriginem scabiemque idonea est. Commanducata pluri-

πλεῖστον· καὶ ὀδονταλγίας ὠφελεῖ, σὺν ὄξει ἑψηθεῖσα καὶ διακλυζομένη· οὖλά τε ῥευματιζόμενα στέλλει, καὶ ἄφθας τὰς ἐν στόματι θεραπεύει μετὰ μέλιτος· μίγνυται καὶ τοῖς πυρωτικοῖς μαλάγμασι[81].

Κεφ. ρνδ΄. (ρνζ΄.) [Περὶ Θαψίας.] Θαψία [οἱ δὲ ὑπώπιον, οἱ δὲ πάγκρανον, οἱ δὲ σκαμμώνιον, οἱ δὲ θηλυτερὶς, Ῥωμαῖοι φερουλάγω, οἱ δὲ φέρουλα σιλβέστρις, Ἄφροι βοιδὴν] ὠνόμασται μὲν ἀπὸ τοῦ δοκεῖν πρῶτον εὑρῆσθαι ἐν Θάψῳ τῇ νήσῳ τῇ ὁμωνύμῳ[82]. Τῇ δ᾽ ὅλῃ φύσει ἔοικε νάρθηκι, ἰσχνότερος δ᾽ αὐτῆς μᾶλλον ὁ καυλὸς[83], καὶ τὰ φύλλα μαράθρῳ ἐμφερῆ· ἐπ᾽ ἄκρου δὲ σκιάδια καθ᾽ ἑκάστην ἀπόφυσιν, ἀνήθῳ ὅμοια· ἐφ᾽ ὧν ἄνθος μήλινον[84]· σπέρμα ὑπόπλατυ, τῷ τοῦ νάρθηκος ἐμφερὲς, ἔλαττον μέντοι· ῥίζα ἔνδοθεν λευκὴ, μεγάλη, μέλαινα δ᾽ ἔξωθεν, παχύφλοιος[85], δριμεῖα· ἥτις ὀπίζεται περιορυχθεῖσα καὶ ἐγκοπτομένη τὸν

81) Serap. legit καὶ τοῖς μαλακτικοῖς μύροις. φύεται δὲ ἐν παλισκίοις τόποις.

82) Dio Cass. 43, 7. Ἡ δὲ δὴ Θάψος κεῖται μὲν ἐν χεῤῥονήσῳ τρόπον τινὰ, ἔνθεν μὲν τῆς θαλάσσης, ἔνθεν δὲ λίμνης παρηκούσης.

83) Si Aldinam consuluissent editores, mendum Asul. καρπός non repetiissent. Ibi enim manifesto καυλός.

84) Serap. legit ἄνθος λευκὸν, ὑπομήλινον.

85) Confusa est C. lectio: ῥίζα μέλαινα ἔνδοθεν, λευκὴ κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν, μεγάλη, πάχους φλοιός.

mum mucum attrahit. Dentium dolores iuvat, cum aceto cocta ac colluta. Gingivarum fluxiones cohibet, et aphthas in ore cum melle sanat. Miscetur et malagmatis urendi vi praeditis.

Cap. CLIV. (CLVII.) [*De Thapsia.*] Thapsia [alii hypopion, alii pancranon, alii scammonium, aut thelyterida vocant, Romani ferulaginem aut ferulam sylvestrem, Afri boiden] ita vocatur, quod in Thapso, eiusdem nominis insula, primum inventa fuisse creditur. Toto vero habitu ferulae similis est, sed graciliore caule et foliis foeniculaceis: umbellae in singulis ramis anethi similes, flos in iis luteus, semen latiusculum, quale ferulae, sed minus: radix intus candida, foris nigra, magna, crasso vestita cortice, acris denique, cuius liquor excipitur hunc in modum. Effossa in ambitu scrobe inciditur radicis cor-

φλοιὸν, ἢ κοιλανθεῖσα αὐτὴ ἐν ἑαυτῇ θολοειδῶς ἡ ῥίζα καὶ πωμαζομένη πρὸς τὸ καθαρὸν μένειν τὸν ὀπόν· τῇ δ' ὑστεραίᾳ δεῖ ἐπιόντας ἀναιρεῖσθαι τὸν ἐπισυλλεγέντα ὀπόν· χυλίζεται δὲ κοπεῖσα ἡ ῥίζα καὶ διὰ κυρτίδος καὶ ὀργάνου ἐκθλιβεῖσα καὶ ξηρανθεῖσα ἐν ἡλίῳ δι' ὀστρακίνου παχέος ἀγγείου· ἔνιοι δὲ καὶ τὰ φύλλα συναποθλίβουσιν· ἀσθενὴς δὲ ὁ τοιοῦτος· διακρίνεται δὲ, τῷ βρωμωδέστερον[86] *εἶναι τὸν ἀπὸ τῆς ῥίζης, καὶ μένειν ἔνικμον, ξηραίνεσθαι δὲ τὸν ἀπὸ τῶν φύλλων καὶ τερηδονίζεσθαι. Ὀπίζοντα*[87] *δὲ δεῖ μὴ κατ' ἀνέμου ἵστασθαι, μᾶλλον δὲ νηνεμίας οὔσης· ἐποιδεῖ γὰρ ἰσχυρῶς τὸ πρόσωπον καὶ φλυκταινοῦται τὰ γυμνὰ μέρη [τοῦ γυμνοῦ σώματος]*[88] *διὰ τὴν δριμύτητα τῆς ἀποφορᾶς· δεῖ οὖν κηρωταῖς στυφούσαις ὑγραῖς προχρίειν τὰ γυμνὰ τῶν μερῶν, καὶ οὕτω προσέρχεσθαι. Δύναμιν δὲ ἔχει καθαρτικὴν ὅ τε φλοιὸς τῆς ῥίζης καὶ ὁ χυλὸς καὶ ὁ ὀπὸς, σὺν*

86) Quanquam et in Xenocr. c. 20. *βρωματώδης* occurrat, cum Sarac. tamen *βρωμωδέστερον* praeferendum esse vulgari *βρωματωδέστερον* arbitror, ne sensus patiatur.

87) C. et X. *ὀρύττοντας*. Sed Serap. nobiscum.

88) Uncinis inclusa habet Ald., cod. Goupyl. et Hermol.; ad notha ablegavit Asulanus.

tex: aut radix ipsa fornicatim excavatur, dein operitur, ut purus maneat liquor: postero autem die congestum eum tolli par est. Elicitur autem succus e contusa radice, ac per fiscum instrumento ad id apto exprimitur, tunc, fictili crasso inditus, in sole cogitur ac siccatur. Nonnulli et folia simul exprimunt, sed is succus debilior est. Discernitur vero, quod, qui e radice paratur, magis viroso est odore humidusque permanet: siccescit vero e foliis petitus, ac vermibus obnoxius est. Qui autem liquorem colligit, minime obversum vento stare oportet; satius est tranquillitatem aëris opperiri. Alioqui enim propter halitus acrimoniam vehementer facies intumescit, pustulis existentibus per nudas corporis (nudi) partes. Iccirco etiam cerato quodam astringente et liquido, prius oblitis partibus nudis, accedendum est. Purgandi vim habent cortex radicis, succus (expressus) et liquor (ema-

μελικράτῳ πινόμενος· ἄνω γὰρ καὶ κάτω χολὴν καθαίρουσι· δίδοται δὲ τῆς μὲν ῥίζης τετρώβολον μετὰ ἀνήθου σπέρματος < γ', τοῦ δὲ χυλίσματος τριώβολον, τοῦ δὲ ὀποῦ ὀβολός[89]· πλεῖον γὰρ δοθὲν, κινδυνῶδες· ἁρμόζει δὲ ἡ δι' αὐτοῦ κάθαρσις πάθεσιν ἀσθματικοῖς, πλευρῶν ἀλγήμασι χρονίοις καὶ ἀναγωγαῖς· τοῖς δὲ δυςεμέσιν ἐν σιτίοις ἢ ἑψήματι[90] δίδοται· κέκτηται δὲ καὶ μετασυγκριτικὴν δύναμιν ὅ τε ὀπὸς καὶ ἡ ῥίζα πάντων μάλιστα τῶν ἰσοδυναμούντων, ὅπου τι δεῖ ἐκ βάθους ἑλκύσαι ἢ μεταποροποιῆσαι· ὅθεν ἀλωπεκίας καταχριόμενος ὁ χυλὸς ἢ ἡ ῥίζα χλωρὰ προςτριβομένη, δασύνει· ὑπώπιά τε αἴρει καὶ πελιώματα λεία ἡ ῥίζα ἢ ὁ χυλὸς σὺν λιβανωτῷ καὶ κηρῷ ἴσοις· δεῖ δὲ μὴ πλέον δυοῖν ὡρῶν ἐᾷν· μετὰ δὲ ταῦτα πυριᾷν θερμῇ θαλάττῃ· αἴρει δὲ καὶ ἔφηλιν σὺν μέλιτι καταχρισθεὶς, καὶ λέπρας ἀφίστησι· φύματά τε ῥήττει μετὰ θείου καταχριόμενος ὁ χυλός· χρησίμως δὲ κατα-

89) Serap. legit < α'.

90) Cum codd. consentiant, non video, cur cum Sarac. ὀψήμασι legendum sit. Serap. de *cibo* loquitur, quia non intellexit.

nans), si in aqua mulsa bibantur. Per inferiora enim aeque ac superiora bilem evacuant. Exhibentur autem radicis quaterni oboli cum seminis anethi drachmis ternis, expressi succi terni oboli, at liquoris obolus unus. Maior dosis salutem in discrimen adducit. Confert autem purgatio ope ipsius in difficultate spirituum, lateris doloribus diuturnis difficilibusque exscreationibus: iis vero, qui aegre vomunt, in cibis aut sapa porrigitur. Tam radix, quam liquor omnium maxime, quae pares cum iis vires sortita sunt, metasyncritica vi pollent, sive quid ex alto evocare, sive pororum rationes mutare expedit. Hinc succus perunctione aut radix recens affrictu calvas partes hirsutie donat. Radix trita succusque cum aequali portione turis ac cerae sugillatas ac lividas partes emendat: sed non ultra binas horas mittatur, ac locus dein aqua marina calida foveatur. Tollit et maculas a sole contractas illitus ex melle succus, ac lepras removet; sed et tubercula rumpit, cum sulfure perunctus. In diuturnis

χρίεται καὶ ἐπὶ τῶν χρονίας ἐχόντων διαθέσεις περὶ πλευρὸν, ἢ πνεύμονα, ἢ πόδας, ἢ ἄρθρον· χρησιμεύει δὲ καὶ πρὸς ἐπαγώγια ἐπὶ τῶν μὴ ἐκ περιτομῆς λειποδέρμων, οἴδημα ἐγείρων, ὅπερ καταντλούμενον καὶ τοῖς λιπαίνουσι μαλαττόμενον, τὸ ἐλλειπὲς τῆς πόσθης ἐκπληροῖ[91].

Κεφ. ρνε΄. (ρνη΄.) [Περὶ Σπαρτίου.] Σπάρτιον [οἱ δὲ λοβὸν, οἱ δὲ λύγον καλοῦσι] θάμνος ἐστὶ φέρων ῥάβδους μακρὰς, ἀφύλλους[92], *στερεὰς, δυςθραύστους, αἷς τὰς ἀμπέλους δεσμεύουσι· φέρει δὲ λοβοὺς, ὥςπερ φασίολος*[93], *ἐν οἷς σπερμάτια φακοειδῆ· ἄνθος μήλινον, ὥςπερ λευκοΐου. Τούτου ὁ καρπὸς καὶ τὰ ἄνθη ποθέντα σὺν μελικράτῳ ὁλκῇ ὀβολῶν ε΄, καθαίρει ἄνω μετ' ἐντάσεως, ὥςπερ ὁ ἐλλέβορος, ἀκινδύνως· ὁ δὲ καρπὸς κινεῖ τὴν κάτω κάθαρσιν· καὶ αὐτῶν δὲ τῶν ῥάβδων ἐν ὕδατι βραχεισῶν, εἶτα κοπεισῶν καὶ χυλισθεισῶν, ἰσχιαδικῶν καὶ συναγχικῶν ἐστι βοήθημα, ὅσον κύαθος εἷς πινόμενος νήστεσιν· ἔνιοι δὲ ἐναπο-*

91) Ultimum hunc usum thapsiae ignorat Serap. Addit, quod ineptum puto: *ponitur super ossa denudata, vestita carne.*

92) C. *ἐμφύλλους.*

93) Sic N.; *φασίλους* vulgo.

quoque lateris, pulmonis, pedum articulorumque vitiis utiliter illinitur. Ceterum valet et ad integendam penis glandem, si modo alia ex caussa, quam circumcisione, nudata fuerit. Namque tumorem producit, qui, adhibitis et fotibus et pinguibus mollitus, praeputii iacturam rasarcit.

Cap. CLV. (CLVIII.) [*De Spartio.*] Spartium [quod nonnulli siliquam, alii viticem appellant] est frutex ferens virgas longas, foliis destitutas, firmas, fractu contumaces, quibus vites alligantur: siliquas gerit, velut phaseolus, in quibus semina exigua, lentiformia: florem leucoii, luteum. Huius semina et flores vehementer per superiora purgant, ellebori modo, et citra periculum: semen vero et deiectionem movet. Quin et ramuli in aqua macerati, mox tusi, succum dant ischiadicis et angina laborantibus utilem, si cyathi unius modum ieiuni biberint. Quidam eosdem ramulos muria aut aqua marina macerare

βρέξαντες ἅλμῃ ἢ θαλάττῃ, ἐγκλύζουσι τοὺς ἰσχιαδικούς· ἄγει δὲ αἱματῶδες καὶ ξυσματῶδες.

Κεφ. ρνς'. (ρνθ'.) [Περὶ Σιλύβου.] Σίλυβον ἄκανθά ἐστι, πλατεῖα φύλλα ἔχουσα, χαμαιλέοντι ὅμοια τῷ λευκῷ· ἥτις ἀρτιφυὴς ἐσθίεται ἑφθὴ σὺν ἐλαίῳ καὶ ἁλσί· τῆς δὲ ῥίζης[94] ὁ ὀπὸς ὅσον ὁλκὴ ποθεὶς σὺν μελικράτῳ, ἐμέτους κινεῖ[95].

Κεφ. ρνζ'. (ρξ'.) [Περὶ Βαλάνου μυρεψικῆς.] Βαλανὸς μυρεψικὴ καρπός ἐστι δένδρου, μυρίκῃ[96] ἐοικότος, ὅμοιος τῷ λεγομένῳ ποντικῷ καρύῳ, οὗ τὸ ἐντὸς[97] θλιβόμενον, ὥςπερ τὰ πικρὰ ἀμύγδαλα, ἐξίησιν ὑγρὸν, ᾧ εἰς τὰ πολυτελῆ μύρα ἀντ' ἐλαίου χρῶνται· γεννᾶται δὲ ἐν Αἰθιοπίᾳ καὶ Αἰγύπτῳ καὶ Ἀραβίᾳ καὶ ἐν τῇ κατὰ Ἰουδαίαν Πέτρᾳ[98]· διαφέρει δὲ αὐτῆς ἡ νέα καὶ πλήρης, λευκή τε καὶ εὐλέπιστος· ἥτις μετ' ὀξυκράτου ποθεῖσα λεία, ὅσον ὁλκὴ

94) C. N. καὶ ἀντὶ ῥίζης.

95. In Ald. sequitur caput περὶ βολβοῦ ἐμετικοῦ, quod libr. 2. c. 200. iam affuit.

96) Mallem μυῤῥίνῃ legere, maxime e Theophr. hist. 4, 2. auctoritate, ni codd. et interpretes omnes refragarentur.

97) Hermol. Barbar. ex eodem Theophr. ἐκτός legit. Sed Theophr. τοῖς κελύφεσι κόπτοντας χρῆσθαι τοὺς μυρεψοὺς perhibet, non exprimi oleum, quod ex ipsis seminibus conficitur. Galen. facult. simpl. lib. 6. p. 844. 845. ed. *Kühn*.

98) Serap. sueta hallucinatione *nitram* scribit loco *petram*.

malunt, extractumque succum clystere infundunt ischiadicis. Educit et cruenta et strigmenta.

Cap. CLVI. (CLIX.) [*De Silybo.*] Silybum est e spinosarum genere, foliis latis, chamaeleonti albo similibus: quae, novella adhuc, cum oleo et sale cocta comeditur. Liquor radicis drachmae pondere ex aqua mulsa potus vomitiones ciet.

Cap. CLVII. (CLX.) [*De Glande unguentaria.*] Glans unguentaria fructus est arboris, tamaricem referentis, cum nuce avellana conferendus, cuius nucleus, amygdalarum amararum more contusus liquorem reddit, quo in pretiosa unguenta pro oleo utuntur, Nascitur in Aethiopia, Aegypto, Arabia et Petra, Iudaea contermina. Praefertur recens, plena, candida, quaeque facile cortice spoliatur. Ea trita et ex posca drachmae pondere pota lie-

<, σπλῆνα τήκει· καὶ καταπλάσσεται δὲ ἐπ' αὐτοῦ μετὰ αἰρίνου ἀλεύρου, καὶ μετὰ μελικράτου καὶ ἐπὶ ποδαγρικῶν· σὺν ὄξει δὲ ἑψηθεῖσα ἀποσμήχει ψώραν, λέπραν· σὺν νίτρῳ δὲ ἀλφοὺς, οὐλὰς μελαίνας· σὺν οὔρῳ δὲ αἴρει φακοὺς, ἰόνθους, ἐφήλεις, ἐξανθήματα ἐν προσώποις· ἐμέτους δὲ κινεῖ, καὶ κοιλίαν λύει μετὰ ὑδρομέλιτος· κακοστόμαχος δέ ἐστιν ἱκανῶς, καὶ τὸ ἐξ αὐτῆς ἔλαιον ποθὲν, τὴν κοιλίαν ἐπάγει[99]· στυπτικώτερός δέ ἐστιν ὁ φλοιὸς αὐτῆς· τὸ δὲ ἐκκοπείσης καὶ ἐκθλιβείσης αὐτῆς ἐκπίεσμα[100] μίγνυται σμήγμασι τοῖς πρὸς τραχύτητας καὶ κνησμοὺς εὐθετοῦσιν[1].

Κεφ. ρνη'. (ρξα'.) [*Περὶ Ναρκίσσου.*] *Νάρκισσος* [οἱ δὲ νάρκισσος ἄνυδρος, οἱ δὲ αὐτογενὲς, οἱ δὲ βολβὸς ὁ ἐμετικὸς, Ῥωμαῖοι βούλβους μορβιτάριους]· ἔνιοι καὶ τοῦτο, ὥσπερ τὸ κρίνον, λείριον ἐκάλεσαν· τὰ μὲν φύλλα πράσῳ ἔοικε, λεπτὰ δὲ καὶ μικρότερα κατὰ πολὺ καὶ στενώτερα· καυλὸν

99) Sarac. suspicatur *ὑπάγει.*

100) Cod. Roman. et Paris. Goupyl, *τὸ δὲ ἐξ αὐτῆς ἐκθλιβὲν πίεσμα.*

1) Quae in Aldina sequuntur: *περὶ Μυροβαλάνου*, farraginem continent a sciolo librario seriore e Paullo, Oribasio, Porphyrio, (Eusebio, quem Priscianus citat), Magno Iatrosophista, Archigene etc. congestam. Ergo ante saeculum aerae nostrae septimum additum non est id caput, neque in vetustis exemplaribus occurrit.

nem liquat. Quin et iidem (visceri) cum lolii farina, itemque podagricis cum aqua mulsa imponitur. Cum aceto cocta psoram lepramque exterit: cum nitro vitiligines et cicatrices nigras emendat: cum lotio lentigines varosque, maculas a sole contractas et papulas in facie tollit. Vomitiones autem movet alvumque solvit cum hydromelite, sed stomacho valde adversatur. Oleum, quod ea exprimitur, alvum potu subducit. Cortex eius autem magis astringit. Quod superest ex ea tusa ac expressa, smegmatis immiscetur, quae ad scabritias et prurigines accommodantur.

Cap. CLVIII. (CLXI.) [*De Narcisso.*] Narcissus [quam et anydron et autogenes vocant, bulbum etiam emeticum, Romani bulbum morbitarium [? vomitorium], a nonnullis etiam, sicut lilium, lirium appellatur. Foliis quidem ad porrum accedit, sed tenuia sunt, multo minora

κενὸν, ἄφυλλον, ὑπὲρ σπιθαμῆς τὸ ὕψος[2], ἐφ᾽ οὗ ἄνθος λευκὸν, ἐν μέσῳ δὲ κοῖλον ἔχον κροκοειδὲς[3], ἐπ᾽ ἐνίων δὲ πορφυροειδές· ῥίζα δὲ λευκὴ ἔνδοθεν, στρογγύλη, βολβοειδής· καρπὸς ὡς ἐν ὑμένι, μέλας, προμήκης· φύεται ὁ κάλλιστος ἐν ὀρεινοῖς τόποις, εὐώδης· ὁ δὲ λοιπὸς[4] πρασίζει καὶ βοτανώδη τὴν ἀποφορὰν ἔχει. Τούτου ἡ ῥίζα βρωθεῖσα ἑφθὴ καὶ ποθεῖσα ἐμέτους κινεῖ· ἁρμόζει δὲ καὶ πυρικαύστοις σὺν μέλιτι λεία· καὶ τὰς περὶ νεῦρα διακοπὰς παρακολλᾷ καταπλασσομένη· στρέμματά τε σφυρῶν καὶ τὰ περὶ ἄρθρα χρόνια ἀλγήματα λεία σὺν μέλιτι καταπλασθεῖσα ὀνίνησι· καθαίρει καὶ ἔφηλιν καὶ ἀλφὸν σὺν κνίδης σπέρματι καὶ ὄξει· σὺν ὀρόβῳ δὲ καὶ μέλιτι τὰς ἀκαθαρσίας τῶν ἑλκῶν ἀποκαθαίρει, καὶ τὰ δύσπεπτα τῶν ἀποστημάτων ῥήσσει· ἄγει[5] καὶ σκόλοπας, σὺν αἰρίνῳ ἀλεύρῳ καὶ μέλιτι[6] καταπλασσομένη.

Κεφ. ρνθ΄. (ρξβ΄.) [Περὶ Ἱπποφαοῦς.] Ἱπποφαὲς [οἱ δὲ ἱπποφυὲς, οἱ δὲ ἱπποφανὲς, οἱ δὲ ἱππίον, οἱ δὲ ἐχίνιον,

2) Sic cod. C. et Ald.; μείζω σπιθαμῆς Asul. et sequ.
3) Sic C., N.; λευκὸν ἐν μέσῳ· ἔσωθεν δὲ κρ. Ald.; λευκὸν· ἔσωθεν δὲ κρ. Asul. et sequ.
4) C. λευκός. Oribas. καὶ ἐν λειμῶσι καὶ ἀμμώδεσι φυόμενος.
5) N. ἀνάπτει.
6) Lacuna add. καὶ ῥοδίνῳ ἐλαίῳ.

et angustiora; caulis inanis ac sine foliis, cuius altitudo spithamam excedit: et in eo flos candidus, qui in medio concavum croceum habet, quod in nonnullis et purpurascit. Radix intus alba, rotunda, bulbosa: semen velut in membrana, nigrum et oblongum. Optimus nascitur in montosis locis, odore suavi: reliqui porrum imitantur, halitum spargunt herbaceum. Huius radix cocta, sive edatur, sive bibatur, vomitus ciet: ambustis idonea est cum melle trita: praecisos nervos imposita glutinat: contorsiones malleolorum doloresque articulorum diuturnos ex melle trita ac illita adiuvat. Maculas a sole contractas et vitiligines cum urticae semine et aceto emendat: cum ervo autem ac melle ulcerum sordes expurgat, et abscessus rumpit aegre maturescentes: denique aculeos extrahit, cum lolii farina ac melle imposita.

Cap. CLIX. (CLXII.) [*De Hippophaë.*] Hippophaës [alii hippophyes, alii hippophanes aut hippion,

οἱ δὲ πελεκῖνος, Ῥωμαῖοι λαππάγω, οἱ δὲ λαππολάμερα καλοῦσιν] ᾧ γνάφουσι τὰ ἱμάτια· φύεται μὲν ἐν παραθαλαττίοις καὶ ἀμμώδεσι τόποις· θάμνος δέ ἐστι φρυγανώδης, πυκνὸς[7]*, ἀμφιλαφὴς, φύλλα ἔχων μακρὰ πρὸς τὰ τῆς ἐλαίας, στενώτερα δὲ καὶ μαλακώτερα*[8]*, καὶ μεταξὺ ἀκάνθας ξηρὰς, ὑπολεύκους, γωνιοειδεῖς, ἀπ' ἀλλήλων διεστώσας· ἄνθη κορύμβοις ἐοικότα κισσοῦ, ὡς βοτρύδια προςκείμενα ἀλλήλοις, πλὴν μικρότερα καὶ μαλακὰ καὶ μετὰ τοῦ λευκοῦ φοινίσσοντα ἐκ μέρους· ῥίζα παχεῖα καὶ μαλακὴ, ὀποῦ μεστὴ, γευσαμένῳ πικρὰ, ὀπιζομένη ὥςπερ θαψία. Ἀποτίθεται δὲ καθ' ἑαυτὸν ὁ ὀπὸς, καὶ σὺν ὀροβίνῳ ἀλεύρῳ ἀναλαμβανόμενος καὶ ξηραινόμενος· καθαίρει δὲ χολῶδες, ὑδατῶδες καὶ φλεγματῶδες κάτω, ὅσον ὀβολὸς, ἀκέραιος· τοῦ δὲ μετὰ τοῦ ὀροβίνου, τετρώβολον σὺν μελικράτῳ· καὶ ὁ θάμνος δὲ σὺν ταῖς ῥίζαις ξηραινόμενος κόπτεται, καὶ δίδοται λεῖος μετὰ μελικράτου, κοτύλης μιᾶς ἡμισείας· γίνεται δὲ καὶ χύλισμα τῆς*

7) Lacuna add. *μικρός*.

8) Ald. *μακρότερα* (*μικρότερα*) *δὲ καὶ μαλακώτερα*; Asul. *στενώτερα δὲ καὶ λεπτότερα*; *στενώτερα δὲ καὶ μαλακώτερα* cod. C. et Lacuna.

echinion etiam et pelecinus, Romani lappaginem aut lappolameram vocant] quo vestes carpendo poliunt, nascitur in maritimis sabulosisque. Est autem frutex surculosus, densus, foliis crebris consitus, iisque oblongis: ad oleae proximis, sed angustioribus ac mollioribus: inter quae spinae aridae, subalbidae, angulosae, distantes inter se: flores hederae corymbis similes, ac velut racematim secum invicem cohaerentes, minores tamen ac molles, et ex candido partim punicei: radix crassa, mollis, laticis plena, gustu amara. Ex hac perinde ac e thapsia liquor elicitur, qui et per se, et cum ervi farina subactus, siccatur et ad usum reconditur. Sincerus is, oboli pondere, biliosa, aquosa ac pituitosa deorsum ducit: at ervi farina exceptus, quaternis obolis ex aqua mulsa. Sed et frutex cum radicibus siccatus tunditur tritusque cum aquae mulsae sesquihemina exhibetur. Succus praeterea ex herba

ῥίζης καὶ τῆς πόας, ὥςπερ ἐπὶ τῆς θαψίας· δίδοται δὲ τούτου < α΄ εἰς τὰς καθάρσεις.

Κεφ. ρξ΄. (ρξγ΄.) [Περὶ Ἱπποφαίστου.] Ἱππόφαιστον[9]*, οἱ δὲ καὶ τοῦτο ἱπποφαὲς καλοῦσι, φύεται ἐν τοῖς αὐτοῖς τόποις, ἐν οἷς καὶ τὸ ἱπποφαὲς, καὶ αὐτὸ γναφικῆς ἀκάνθης εἶδος ὑπάρχον· ἔστι δὲ χαμαιπετὲς, ἔχον μόνον φυλλάρια μικρὰ, ἀκανθώδη, καὶ κεφάλια χαῦνα*[10]*· οὔτε δὲ καυλὸν, οὔτε ἄνθος φέρει*[11]*, ῥίζαν δὲ παχεῖαν καὶ μαλακήν. Ταύτης τὰ φύλλα καὶ τὴν ῥίζαν καὶ τὴν κεφαλὴν χυλίσας ξήραινε, καὶ δίδου ὁλκὴν τριωβόλου μετὰ μελικράτου, ᾧ*[12] *βούλει· ἡ γὰρ διὰ τούτου κάθαρσις ὕδωρ καὶ φλέγμα ἄγει, ἰδίως δὲ ὀρθοπνοίαις ἁρμόζει καὶ ἐπιληψίαις καὶ τοῖς περὶ νεῦρα πάθεσιν ἡ διὰ τούτου κάθαρσις.*

Κεφ. ρξα΄. (ρξδ΄.) [Περὶ Κίκεως.] Κίκι, ἢ κρότων, οἱ δὲ σήσαμον ἄγριον, οἱ δὲ σέσελι κύπριον, [Αἰγύπτιοι σύσθαμνα, οἱ δὲ τρίξιν, προφῆται αἷμα πυρετοῦ, Ῥωμαῖοι ῥίκινουμ, οἱ δὲ λοῦπα.] Ὠνόμασται κρότων διὰ τὴν[13] *πρὸς*

9) Paull. et cod. C. *Ὑπόφαιστον.* Plin. tamen et Oribas. nobiscum.
10) C. *ὅμοια.*
11) Cf. Fab. Column. phytob. p. 88.
12) C. *ἐφ' ὧν.* 13) Ald. interserit *ὡς.*

ac radice iuxta ac e thapsia exprimitur: cuius ad purgationem drachma una offertur.

Cap. CLX. (CLXIII.) [*De Hippophaesto.*] Hippophaestum non desunt qui et hippophaës nominent; nascitur in iisdem locis, quibus et hippophaës, cum et ipsum spinae fulloniae genus sit. Prostrata est herba, minutis tantum foliis, iisque spinosis, et capitulis laxis: neque caulem fert, neque florem, radicem vero crassam mollemque. Succum, e foliis, radice et capitulo expressum, siccato ac, cui volueris, ad tres obolos cum aqua mulsa exhibeto. Eiusmodi enim purgatio aquam et pituitam detrahit, privatim vero erecta cervice spirantibus, comitialibus nervorumque vitiis congruit.

Cap. CLXI. (CLXIV.) [*De Ricino.*] Kiki aut croton, nonnulli sesamum sylvestre, alii seseli cyprium, [Aegyptii systhamna dicunt, alii trixin, prophetae sanguinem febris, Romani ricinum aut lupam.] Ricini au-

τὸ ζῶον ἐμφέρειαν τοῦ σπέρματος· δένδρον δέ ἐστι συκῆς μικρᾶς μέγεθος ἔχον· φύλλα δὲ ὅμοια πλατάνῳ, μείζονα δὲ καὶ λειότερα καὶ μελάντερα· τὰ δὲ στελέχη καὶ τὰς κράδας[14] κοῖλα καλάμου τρόπον ἔχει· καρπὸν δὲ ἐν βότρυσι τραχέσι, λεπισθέντα, ὅμοιον κρότωνι τῷ ζώῳ· ἐξ οὗ καὶ ἀποθλίβεται τὸ λεγόμενον κίκινον ἔλαιον· ἄβρωτον μὲν, ἄλλως δὲ χρήσιμον εἰς λύχνους καὶ ἐμπλάστρους· καθαρθέντες δὲ ὅσον λ'[15] κόκκοι τὸν ἀριθμὸν καὶ ποθέντες λεῖοι ἄγουσι κατὰ κοιλίαν φλέγμα καὶ χολὴν καὶ ὕδωρ· κινοῦσι δὲ καὶ ἔμετον· ἔστι δὲ λίαν ἀηδὴς καὶ ἐργώδης ἡ τοιαύτη κάθαρσις, ἀνατρέπουσα στόμαχον ἰσχυρῶς· κοπέντες δὲ κόκκοι καὶ καταπλασθέντες[16] ἴονθους καὶ ἐφήλεις καθαίρουσι· τὰ δὲ φύλλα, τριβέντα μετὰ παιπάλης ἀλφίτου, ὀφθαλμῶν οἰδήματα καὶ φλεγμονὰς παύει, καὶ σπαργῶντας μαστοὺς, ἐρυσιπέλατά τε σβέννυσι καθ᾽ ἑαυτὰ καὶ μετ᾽ ὄξους[17] καταπλασσόμενα.

14) N. *οἱ κλάδοι.*

15) Sic codd. omnes et Serap.; *τρεῖς* Matthiol. cod.

16) Sic legit Serap. Lectionem vulgatam *κοπεῖσα δὲ καὶ καταπλασθεῖσα* iam suasit Sarac. mutandam esse in *κοπεὶς δὲ ὁ καρπὸς καὶ καταπλασθείς.*

17) Matthiol. cod. *μετ᾽ ὀξυκράτου.*

tem nomen accepit a similitudine, quae est illius semini cum ricino animali. Arbor est ficus parvae staturae, foliis platani, sed maioribus, glabrioribus ac nigrioribus, truncis ramisque cavis, in calami modum, semine in uvis asperis, quod decorticatum ricinum animal repraesentat. Ex eo oleum nomine kikinum exprimitur, cibis quidem ineptum, sed alias et ad lucernas et emplastra utile. Grana numero triginta purgata ac trita potu pituitam, bilem et aquam per alvum ducunt, ac vomitiones etiam cient. Est tamen valde ingrata ac laboriosa eiusmodi purgatio; scilicet ventrem valenter subvertit. Tusa vero et imposita grana varos et maculas a sole contractas depurgant. Folia cum polentae polline trita oculorum oedemata inflammationesque leniunt. Eadem, seu per se, seu ex aceto illita, turgentes mammas cohibent, et erysipelata restinguunt.

Κεφ. ϱξβʹ. (ϱξεʹ.) [*Περὶ Τιθυμάλων.*] *Τιθυμάλων εἴδη ζʹ. ὧν ὁ μὲν ἄῤῥην χαϱακίας καλεῖται, ὑπὸ δέ τινων κομήτης, ἢ ἀμυγδαλοειδὴς, ἢ κωβιὸς ὀνομάζεται· ὁ δέ τις θῆλυς ἢ μυϱτίτης, ὃν καὶ καϱυΐτην ἢ μυϱσινίτην καλοῦσιν· ὁ δὲ παϱάλιος, ὃν ἔνιοι τιθυμαλίδα ἐκάλεσαν· ὁ δέ τις ἡλιοσκόπιος· ὁ δὲ κυπαϱισσίας· ὁ δὲ δενδϱώδης· ὁ δὲ πλατύφυλλος.*

Τοῦ δὲ χαϱακίου καλουμένου καυλοὶ μὲν ὑπὲϱ πῆχυν, ἐνεϱευθεῖς, ὀποῦ δϱιμέος καὶ λευκοῦ μεστοί· φύλλα δὲ πεϱὶ τὰς ῥάβδους ὅμοια ἐλαίᾳ, μακϱότεϱα δὲ καὶ στενώτεϱα· ῥίζα ἁδϱὰ καὶ ξυλώδης· ἐπ' ἄκϱων δὲ τῶν καυλῶν κόμη σχοινοειδῶν ῥαβδίων, καὶ ἐπ' αὐτῶν[18] *ὑπόκοιλα, ὅμοια πυέλοις*[19], *ἐν οἷς ὁ καϱπός· φύεται ἐν τϱαχέσι καὶ ὀϱεινοῖς τόποις. Δύναμιν δὲ ἔχει ὁ ὀπὸς καθαϱτικὴν τῆς κάτω κοιλίας, ἄγων φλέγμα καὶ χολὴν, ὀβολῶν βʹ πλῆθος λαμβανόμενος μετ' ὀξυκϱάτου· σὺν μελικϱάτῳ δὲ καὶ ἔμετον κινεῖ· ὀπίζεται δὲ*

18) Egregie cod. N. loco vulg. *ὑπ' αὐτῶν.* Bracteae enim perfoliatae (*τὰ ὑπόκοιλα*) in apice radiorum umbellae sunt, qui *ῥαβδία* hic dicuntur.

19) Ald. *πυελοῖσιν.* Cornar., Goup. et Sarac. *πυέλοισιν.* Serap. interpres non intellexit, ف cum ن commutans, hinc *noalis* interpretatus est.

Cap. CLXII. (CLXV.) [*De Tithymalis.*] Tithymalorum genera septem sunt: quorum masculus characias, a nonnullis comatus, amygdaloides, aut gobius dictus: alter, qui femina existimatur, myrtites, quem et caryïtem, aut myrsinitem appellant: tertius paralius, quem nonnulli tithymalida appellarunt: quartus helioscopius, quintus cyparissias, sextus arborescens, septimus denique latifolius dicitur.

Characiae vero caules cubitum superant, rubescunt, latice acri alboque scatent. Folia circa ramos sunt oleaginis similia, sed longiora et angustiora: radix crassa ac lignosa. In caulibus summis coma est virgultorum iunceorum, in quorum apice (foliola) concava, pelvium forma, ac in iis fructus. Nascitur in asperis montosisque. Vim habet latex purgantem per inferiora, dum obolis binis in posca sumtus mucum trahit bilemque: cum aqua mulsa vomitiones etiam ciet. Circa vindemiam li-

περὶ τὸν τρυγητὸν, συναχθεισῶν τῶν ῥάβδων καὶ ἀποτμηθεισῶν· ἐπικλίσθαι[20] *δὲ αὐτὰς δεῖ εἰς ἀγγεῖον· ἔνιοι δὲ ὀρόβινον ἄλευρον μιγνύντες, συναναπλάσσουσιν ὀροβιαῖα μεγέθη· τινὲς δὲ εἰς τὰ ξηραινόμενα σῦκα ἀποστάζουσι σταλαγμοὺς γ' ἢ δ', καὶ ξηραίνοντες ἀποτίθενται· καθ' ἑαυτὸν δὲ τριβόμενος ἐν θυΐᾳ ἀναπλάσσεται καὶ ἀποτίθεται. Ἐν δὲ τῷ ὀπίζειν οὐ δεῖ κατὰ ἄνεμον ἵστασθαι, οὐδὲ τὰς χεῖρας ἄγειν τοῖς ὀφθαλμοῖς· ἀλλὰ καὶ πρὸ τοῦ ὀπίζειν τὸ σῶμα δεῖ χρίειν στέατι ἢ ἐλαίῳ μετ' οἴνου, καὶ μάλιστα πρόςωπον καὶ τράχηλον καὶ ὄσχεον· τραχύνει*[21] *δὲ καὶ τὴν φάρυγγα· ὅθεν δεῖ καταπότια περιπλάττειν κηρῷ ἢ μέλιτι ἑφθῷ, καὶ οὕτως διδόναι· ἰσχάδες μέντοι δύο ἢ τρεῖς λαμβανόμεναι αὐτάρκεις εἰσὶ πρὸς κάθαρσιν· ψιλοῖ δὲ καὶ τρίχας ὀπὸς πρόςφατος ἐπιχρισθεὶς μετ' ἐλαίου ἐν ἡλίῳ, καὶ τὰς ἐπιγινομένας δὲ ξανθὰς καὶ λεπτὰς ποιεῖ· καὶ τέλος ἐκφθείρει πάσας· ἐντίθεται δὲ καὶ τοῖς βρώμασι τῶν ὀδόντων, κουφίζων τὰ ἀλγήματα· κηρῷ δὲ δεῖ τοὺς ὀδόντας ἐπιπλάττειν, ἵνα μὴ παραῤῥυεὶς*

20) Sic legendum esse e Serap., iam Saracenus docuit; *ἐγκεκλεῖσθαι* vulgo.

21) Manifesto, loco vulg. *τραχύνειν*, Sarac.

quor is, congestis ramulis, mox dissectis et in vas inclinatis, excipitur. Nonnulli adiecta ervi farina pastillos ex eo fingunt, qui ervi molem aequant. Alii in ficos, quae exsiccantur, ternas quaternasve guttas instillant, ut cum iis inarescant, eoque modo recondunt. Sed et per se tritus in pila cogitur in pastillos atque reponitur. Qui autem liquorem colligit, minime obversum vento stare aut manus oculis admovere oportet: quinimo antequam semet accingat ad id opus, perungere debet corpus, praesertim faciem, collum scrotumque adipe aut oleo cum vino. Quoniam vero et fauces exasperat, catapotia, quae ex eo concinnantur, cera aut melle decocto oblini atque ita dari expedit. Caricas vero binas ternasve solvendae alvi gratia sumsisse sufficit. Recens idem liquor ex oleo illitos in sole capillos detrahit, renascentesque reddit flavos et exiles, tandem vero omnes abolet. Dentium cavis inditus eorum doloribus blanditur, sed oblinendi cera sunt

κακώσῃ τὴν φάρυγγα ἢ τὴν γλῶτταν· αἴρει δὲ καὶ μυρμηκίας καὶ ἀκροχορδόνας καὶ θύμους καὶ λειχῆνας ἐπιχριόμενος· ἁρμόζει δὲ καὶ πρὸς πτερύγια καὶ ἄνθρακας, φαγεδαίνας, γαγγραίνας, σύριγγας. Καὶ ὁ καρπὸς δὲ φθινοπώρῳ συλλεγεὶς καὶ ξηρανθεὶς ἐν ἡλίῳ, κοπείς τε κούφως καὶ ἀποβρασθεὶς καθαρῶς ἀποτίθεται· καὶ τὰ φύλλα ὁμοίως ξηρά· ποιεῖ δὲ ὁ καρπὸς καὶ τὰ φύλλα τὰ αὐτὰ τῷ ὀπῷ, πλῆθος ἡμίσους ὀξυβάφου ποτιζόμενα· ἔνιοι δὲ καὶ ταριχεύουσιν αὐτὰ, μιγνύντες τῷ διὰ τοῦ γάλακτος λεπιδίῳ καὶ τυρῷ κοπτῷ. Καὶ ἡ ῥίζα δὲ, ἐπιπασθεῖσα[22] < α′ σὺν ὑδρομέλιτι καὶ ποθεῖσα, ἄγει κατὰ κοιλίαν· ἑψηθεῖσα δὲ σὺν ὄξει καὶ διακλυζομένη, ὀδονταλγίας[23] βοηθεῖ.

[*Περὶ τοῦ θήλεως.*] Ὁ δὲ θῆλυς, ὃν ἔνιοι μυρσινίτην ἢ καρυΐτην ἐκάλεσαν, προςεμφερὴς τῷ δαφνοειδεῖ, καὶ λευκὸς τῷ εἴδει[24]· καὶ τὰ φύλλα ὅμοια ἔχει μυρσίνῃ, μείζονα

22) C. *ἐπιπλασθεῖσα* menda librarii.

23) C. N. *γομφαλγίας* l. *γομφιαλγίας*, dentium molarium dolores.

24) Sic C. N. et Oribas., ut et Theophr. hist. 9, 11. Hinc iam Marcell. sic emendavit vulg. *τῷ δαφνοειδεῖ τὴν φύσιν*. Habet tamen cod. C. *τῇ γεύσει* interpositum, cuius loco N. melius *λευκὸς τῇ φύσει καὶ τῷ εἴδει*.

dentes, ne praeterlapsus (latex) fauces linguamque male afficiat. Tollit et illitu verrucas a formicatione dictas, pensilesque, thymos et lichenas. Valet idem adversus pterygia, carbunculos, gangraenas et fistulas. Fructus autumno legitur, et sole siccatus leviter tunditur, atque ab auribus repurgatus loco mundo reponitur. Similiter et folia siccata reponuntur: quae iuxta ac fructus ad eadem valent, ad quae et liquor, dimidio acetabulo propinata. Sunt et qui ea condiunt, admisto etiam cum lacte lepidio caseoque contuso. Sed et radix drachmae pondere hydromeliti inspersa potaque per alvum purgat. Decocta eadem cum aceto dentium doloribus auxiliatur, dum ea colluuntur.

[*De Tithymalo femina.*] Femina, quam myrsiniten aut caryïten vocarunt, similis est daphnoidi, et aspectu alba. Folia habet myrto similia, maiora tamen et firma,

δὲ καὶ στερεὰ[25], ἐπ᾽ ἄκρου ὀξέα καὶ ἀκανθώδη· κλήματα δὲ ἀπὸ τῆς ῥίζης σπιθαμιαῖα ἀφίησι· τὸν δὲ καρπὸν φέρει παρ᾽ ἐνιαυτὸν, καρύῳ ὅμοιον, ἡσυχῆ[26] δάκνοντα τὴν γλῶσσαν· ἐν τραχέσι δὲ χωρίοις καὶ οὗτος φύεται. Δύναμιν δὲ ἔχει ὁ ὀπὸς καὶ ἡ ῥίζα καὶ ὁ καρπὸς καὶ τὰ φύλλα ὁμοίαν τῷ πρὸ αὐτοῦ· ἐμετικώτερος μέντοι ἐκεῖνος τούτου ἐστίν.

[Περὶ τοῦ παραλίου.] Ὁ δὲ παράλιος λεγόμενος, ὃν ἔνιοι τιθυμαλίδα ἢ μήκωνα[27] ἐκάλεσαν, φύεται ἐν παραθαλασσίοις τόποις· κλῶνας δὲ ἔχει σπιθαμιαίους, ὀρθίους[28], ὑπερύθρους, έ ἢ ϛ΄, ἀπὸ τῆς ῥίζης, περὶ οὓς τὰ φύλλα στοιχηδὸν[29] μικρὰ, ὑπόστενα, προμήκη, ἐοικότα λίνῳ· κεφαλὴν δὲ ἐπ᾽ ἄκρου πυκνὴν[30], περιφερῆ, ἐν ᾗ ὁ καρπὸς, ὡς ὄροβος, ποικίλος· ἄνθη λευκά· ὅλος δὲ ὁ θάμνος καὶ ἡ ῥίζα ὀποῦ λευκοῦ μεστή· καὶ τούτου χρῆσις καὶ ἀπόθεσις ὁμοία ἐστὶ τοῖς προειρημένοις.

25) Δυςώδη interposita legit Serap.

26) Serap. legit ἰσχυρῶς.

27) C. μηκώνιον.

28) Primus Sarac. in textum ex Oribas., Serap. et Lacunae cod. inseruit. Habet etiam cod. C.

29) Mallem στεγανῶς, quod natura confirmat. Sed codices et interpretes vindicant lectionem vulgatam, quanquam Serap. *stricta* dicat aptissime folia.

30) Sic codd. omnes et interpretes; editt. omittunt.

apice acuta et spinosa. Surculos emittit a radice spithamaeos, fructumque profert alternis annis nuci similem, qui quidem leniter linguam mordet. Nascitur et hic in asperis locis. Latex, radix, fructus et folia similem antedicto nacta sunt facultatem. Sed ille ad citandas vomitiones hoc ipso efficacior.

[*De Paralio.*] Paralius dictus, quem alii tithymalida aut mecona appellant, nascitur in maritimis locis. Ramos habet dodrantales, rectos, subrubescentes, quinos aut senos, a radice exeuntes, quos folia ambeunt serie quadam exigua, angusta, oblonga, lini similia: caput in acumine densum, subrotundum, in quo fructus ervi similis, variegatus: flores albi. Frutex totus cum radice latice albo scatet. Idem huius, qui antedictorum, usus, similiterque reponitur.

[Περὶ τοῦ ἡλιοσκοπίου.] Ὁ δὲ ἡλιοσκόπιος λεγόμενος[31] ἀνδράχνῃ ὅμοια φύλλα ἔχει, λεπτότερα δὲ καὶ περιφερέστερα· κλῶνας δὲ ἀνίησιν[32] ἀπὸ τῆς ῥίζης δ' ἢ ε' σπιθαμιαίους, λεπτοὺς καὶ ἐρυθροὺς, ὀποῦ λευκοῦ μεστοὺς πολλοῦ· κεφαλὴ δὲ ἀνηθοειδὴς, καὶ ὁ καρπὸς δὲ ὥσπερ ἐν φύλλοις[33]· συμπεριφέρεται δὲ τούτου ἡ κόμη τῇ τοῦ ἡλίου κλίσει· ὅθεν καὶ ὠνόμασται ἡλιοσκόπιος· ἐν ἐρειπίοις[34] δὲ μάλιστα καὶ περὶ τὰς πόλεις φύεται· συλλέγεται δὲ ὁ ὀπὸς καὶ ὁ καρπὸς, ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων· δύναμιν ἔχων τὴν αὐτὴν τοῖς προτέροις, ἀλλ' οὐχ οὕτως ἐπιτεταμένην.

[Περὶ Κυπαρισσίου.] Ὁ δὲ κυπαρισσίας[35] καλούμενος[36] καυλὸν ἀνίησι σπιθαμιαῖον ἢ καὶ μείζονα, ὑπέρυθρον· ἐξ οὗ βεβλάστηκε τὰ φύλλα τοῖς τῆς πίτυος ὅμοια, τρυφερώτερα μέντοι καὶ λεπτότερα· καὶ καθόλου ἔοικε πίτυϊ ἀρτιφυεῖ· ὅθεν καὶ ὠνόμασται· πεπλήρωται δὲ καὶ οὗτος ὀποῦ λευκοῦ. Δύναμιν δὲ ἔχει ὁμοίαν τοῖς πρὸ αὐτοῦ.

31) Synonyma adiicit cod. C.: *οἱ δὲ τιθυμαλλὶς, Ῥωμαῖοι ἕρβα λάκτεα, οἱ δὲ λακτοῦκα καπρίνα, Ἄφροι νουκουβάτ.*

32) Sic C.; *ἀφίησιν* vulgo.

33) Sic cod. C., N. et Oribas.; *κεφαλίοις* editt.

34) C. N. *εὐρίποις.*

35) C. addit synonyma: *οἱ δὲ χαμαίπιτυς, Ῥωμαῖοι μουλτιλάγω καπρίνα, οἱ δὲ ταπαγίνε.*

36) Hoc addunt codd. C. et X.

[De Helioscopio.] Helioscopius dictus folia habet portulacae, sed tenuiora ac rotundiora. Ramulos emittit a radice quaternos aut quinos, dodrantales, tenues rubrosque, copiosi laticis albi plenos. Caput anethum refert, fructu velut inter folia locato. Comam cum sole circumagit, ideoque helioscopii nomen sortitus est. Ceterum in ruderibus potissimum et circa oppida nascitur. Colligitur fructus succusque, ut et aliorum: nam et eaedem, quae superioribus, vires, non tamen usque adeo validae.

[De Cyparissia.] Qui cyparissias dicitur aut chamaepitys, caulem profert dodrantalem aut maiorem, subrubrum: ex quo folia progerminant pini similia, molliora tamen ac tenuiora. Cum tota etiam planta pinum referat recens natam, cognomen inde accepit. Candido et hic latice refertus est, eadem quoque vis, quae superioribus.

[*Περὶ Δενδρίτου*][37]. Ὁ δὲ ἐν ταῖς πέτραις φυόμενος, δενδροειδὴς δὲ καλούμενος, ἀμφιλαφὴς ἄνωθεν καὶ πολύκομος, ὀποῦ μεστὸς, ὑπέρυθρος τοὺς κλάδους[38], περὶ οὓς τὰ φύλλα μυρσίνῃ λεπτῇ προςεοικότα· καρπὸς δὲ ὅμοιος τῷ τοῦ χαρακίου· παραπλησίως δὲ καὶ οὗτος ἀποτίθεται, καὶ ἐνεργεῖ ὁμοίως[39] τοῖς προειρημένοις.

[*Περὶ Πλατυφύλλου*] Ὁ δὲ πλατύφυλλος φλόμῳ ἔοικε[40]· καὶ αὐτοῦ δὲ ἡ ῥίζα καὶ ὁ ὀπὸς καὶ τὰ φύλλα ἄγει ὑδατώδη κατὰ κοιλίαν· ἀποκτείνει δὲ τοὺς ἰχθύας, κοπεὶς καὶ διεθεὶς[41] τῷ ὕδατι· καὶ οἱ προγεγραμμένοι δὲ τὸ αὐτὸ δρῶσι[42].

Κεφ. ρξγ΄. (ρξς΄.) [*Περὶ Πιτυούσης.*] Πιτύουσα, οἱ δὲ κλῆμα, οἱ δὲ κραμβίον, οἱ δὲ παράλιον, οἱ δὲ κανοπικὸν καλοῦσιν· εἴδει δὲ[43] δοκεῖ διαφέρειν τοῦ κυπαρισσίου τιθυμάλου· ὅθεν καὶ εἶδος ἐν αὐτοῖς καταριθμεῖται· ἀνίησι δὲ καυλὸν πήχεως μείζονα, πολυγόνατον, φυλλαρίοις ὀξέσι, λε-

37) Sic inscribunt codd. *Περὶ τοῦ ἐν ταῖς πέτραις φυομένου* vulgo.
38) C. *καυλούς.*
39) C. *ὡςαύτως.*
40) Cf. Anguillar. p. 293.
41) C. *ἐνδιηθείς.*
42) C. *ποιοῦσι.*
43) Soli Goup. et Sarac. *δὲ* omittunt.

[*De Dendrite.*] Qui in rupibus provenit, dendroides dictus, foliosus est in cacumine, et crebras habet comas, liquore albo praegnans, subrubentibus ramis, quos ambeunt folia myrti tenuioris, fructu characiae. Simili modo reconditur, similia cum prioribus efficiens.

[*De Platyphyllo.*] Platyphyllos verbasco similis est. Radix, succus et folia aquosa deorsum trahunt. Pisces necat tusus aquaque dilutus: id quod et ante memorati tithymali efficiunt.

Cap. CLXIII. (CLXVI.) [*De Pityusa.*] Pityusa, quam es surculum, et crambion, paralion etiam et canopicon vocant, a cyparissia specie differre existimatur, ideoque etiam in tithymali genere connumeratur. Caulem profert cubito altiorem, crebris geniculis praeditum, fo-

πτοῖς κατειλημμένον, ἐμφερέσι τοῖς τῆς πίτυος· ἄνθη μικρὰ[44], ὡσεὶ πορφυρᾶ· καρπὸν δὲ πλατὺν, ὡς φακόν· ῥίζαν [ἣν καλοῦσι τούρπετ[45]] λευκὴν, παχεῖαν, ὀποῦ μεστήν· εὑρίσκεται δὲ κατὰ τόπους σφόδρα εὐμεγέθης ὁ θάμνος. Καθαίρει δὲ κάτω ἡ μὲν ῥίζα, < β′ ὁλκὴ δοθεῖσα σὺν μελικράτῳ· τοῦ δὲ καρποῦ α′, τοῦ ὀποῦ δὲ ὅσον κοχλιάριον, ἐν καταποτίῳ ἀναληφθέντος ἀλεύρῳ· τῶν δὲ φύλλων ὁλκαὶ γ′[46].

Κεφ. ρξδ′. (ρξζ′.) [Περὶ Λαθυρίδος.] Λαθυρίς· οἱ δὲ καὶ ταύτην τιθύμαλον καλοῦσι· καταριθμοῦνταί τινες καὶ αὐτὴν ἐν τοῖς τιθυμάλοις· καυλὸν ἀνίησι πήχεως τὸ ὕψος, κενὸν, πάχος δακτύλου· ἐπ' ἄκρου δὲ αὐτοῦ μασχάλαι· φύλλα δὲ τὰ μὲν ἐπὶ τοῦ καυλοῦ ἐπιμήκη, ὅμοια τοῖς τῆς ἀμυγδαλῆς[47], πλατύτερα δὲ καὶ λειότερα[48]· τὰ δὲ ἐπ' ἄκρων τῶν κλωνίων μικρότερα[49], ὥςπερ ἀριστολοχίας ἐπιμήκους ἢ κισσοῦ[50]· καρπὸν δὲ ἔχει ἐπ' ἄκρων τῶν κλάδων τρίχωρον[51],

44) Serap. legit *μακρά*.
45) Haec in sola Aldina, valde suspecta.
46) Aliter haec in Serap. Omisso *ὀπῷ*, et radici et fructui et foliis suam cuivis efficaciam assignat: doses eaedem.
47) C. pessime *μυγαλῆς*.
48) Sic et Serap.; *λεπτότερα* legit Lacuna.
49) Sic Serap., Marcell., Goupyl. et Sarac.; *μακρότερα* C., Ald. Cornar.
50) Cum Serap. lego; vulgo *ἀριστολοχίας ἢ κισσοῦ τοῦ ἐπιμήκους*. Namque hederae longae nulla fit mentio; notissima est aristolochia longa. 51) C. inepte *τριχλώρων*.

liolis tenuibus acutisque circumdatum, pini folia imitantibus: flores exiguos, paene purpureos: semen latum, ceu lenticulam: radicem [quam turpet appellant] albam, crassam, latice albo refertam. Quibusdam locis hic frutex praegrandis reperitur. Purgat per inferiora radix, drachmis duabus data in aqua mulsa: fructus vero drachma una. At liquoris farina excepti cochlearium in catapotio datur: foliorum denique modus, drachmae tres.

Cap. CLXIV. (CLXVII.) [*De Lathyride.*] Lathyris, quam nonnulli et tithymalon appellant, eamque tithymalorum numero adscribunt, caulem emittit cubitalem, digiti crassitudine, inanem. Versus apicem sunt axillae. Folia quidem in caule oblonga, amygdalinis proxima, sed latiora et laeviora: quae vero in summis ramis, minora sunt, sicut aristolochiae longae aut hederae. Fructum fert

περιφερῆ, ὥςπερ κάππαριν[52], ἐν ᾧ τρία σπερμάτια διειργόμενα ἐλύτροις ἀπ' ἀλλήλων, περιφερῆ, μείζονα ὀρόβων· λεπισθέντα δὲ λευκὰ καὶ γλυκέα ἐν τῇ γεύσει· ῥίζα λεπτὴ[53], ἄχρηστος· ὅλος δὲ ὁ θάμνος ὀποῦ μεστὸς, ὥςπερ τιθύμαλος. Δύναμιν δὲ ἔχει καθαρτικὴν κοιλίας τὰ σπέρματα, ὅσον ζ' ἢ η' τὸν ἀριθμὸν λαμβανόμενα ἐν καταποτίῳ, ἢ ἐσθιόμενα καὶ καταπινόμενα μετὰ ἰσχάδων ἢ φοινίκων, ὕδατος ψυχροῦ ἐπιῤῥοφουμένου· ἄγει δὲ φλέγμα καὶ χολὴν καὶ ὕδωρ· καὶ ὁ ὀπὸς ἀναληφθεὶς, ὥςπερ ὁ τοῦ τιθυμάλου, τὸ αὐτὸ ποιεῖ· συνέψεται δὲ καὶ ὄρνιθι ἢ λαχάνοις τὰ φύλλα πρὸς τὴν αὐτὴν ἐνέργειαν.

Κεφ. ρξε'. (ρξη'.) [Περὶ Πέπλου.] Πέπλος, οἱ δὲ συκῆν, οἱ δὲ μήκωνα ἀφρώδη καλοῦσι, θαμνίσκος ἐστὶν ὀποῦ λευκοῦ μεστὸς, ἔχων φύλλον μικρὸν, ὅμοιον πηγάνῳ, πλατύτερον δέ· ἡ δέ σύμπασα κόμη, ὡς σπιθαμῆς, περιφερὴς, ἐκκεχυμένη ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ ἐπὶ[54] τοῖς φύλλοις καρπὸς μικρὸς, στρογγύλος, ἥττων τῆς λευκῆς μήκωνος· πολύχρηστος

52) Interpres Serapionis, defectu vocalium, reddit *Cyperi.*
53) Sarac. e cod. Lacunae addidit *καὶ λευκή*, quod nusquam alibi.
54) Cum Lacuna lego loco vulg. *ὑπό.*

in apice ramorum trilocularem, teretiusculum, ut capparis, qui continet terna semina exigua, involucris a se invicem distincta, rotunda, ervis maiora: quae decorticata alba sunt et gustu dulcia. Radix est tenuis, nullius usus. Totus vero frutex latice turget, ut tithymalus. Alvum purgant semina septena aut octona in catapotio sumta, vel comesta, aut cum caricis palmulisve vorata: aqua frigida tamen insuper est sorbenda. Trahunt autem pituitam, bilem et aquas. Latex exceptus more tithymali eumdem praebat effectum. Coquuntur etiam folia cum gallinacea et oleribus in eosdem usus.

Cap. CLXV. (CLXVIII.) [*De Peplo.*] Peplus, alii ficum, alii papaver spumeum appellant, fruticulus est albi succi plenus, folio parvo, ceu ruta, sed latiori. Universa coma fere spithamam complectitur, rotunda est humique sparsa. In ipsis foliis fructus parvus, rotundus, minor, quam candidi papaveris. Herba multiplicis est usus, at

δὲ ἡ πόα, ῥίζαν ἔχουσα μίαν ἄχρηστον, ἀφ' ἧς ὅλος ὁ θάμνος πέφυκε· γεννᾶται δὲ ἐν κήποις καὶ ἀμπελῶσι. Συνάγεται ἐν πυραμητῷ, ξηραινομένη ἐν σκιᾷ, καὶ συνεχῶς στρεφομένη· ἀποτίθεται δὲ ὁ καρπὸς κοπεὶς καὶ ἀποβρασθείς· ἄγει δὲ φλέγμα καὶ χολὴν ὀξυβάφου πλῆθος μετὰ ὑδρομέλιτος κοτύλης[55]*, καὶ ἐν προσοψήμασι*[56] *δὲ μιγνύμενος, ταράσσει τὴν κοιλίαν· ταριχεύεται δὲ εἰς ἁλμαίας.*

Κεφ. ρξϛ'. (ρξθ'.) [Περὶ Πεπλίδος.] Πεπλὶς[57]*, οἱ δὲ ἀνδράχνην ἀγρίαν, Ἱπποκράτης δὲ πέπλιον καλεῖ*[58]*. Φύεται μάλιστα ἐν παραθαλασσίοις τόποις· θάμνος ἀμφιλαφὴς, ὀποῦ μεστὸς λευκοῦ, φύλλα ἔχων ὅμοια τῇ κηπαίᾳ ἀνδράχνῃ, περιφερῆ δὲ καὶ ἐκ τῶν κάτωθεν*[59] *ἐνερευθῆ*[60]*· καὶ ὁ καρπὸς δὲ στρογγύλος, ὑποκάτω τῶν φύλλων, ὥςπερ τοῦ πέπλου, πυρώδης τῇ γεύσει· ῥίζα λεπτὴ, μία, ἄχρηστος*[61]*·*

55) Sic Codd. C. N., Paris., Goupyl. et Hermol. Barbar.; *κυάθου* Ald. — Goupyl.

56) C. N. *ἑψήμασι.*

57) C. N. *Πέπλιον.*

58) N. adiungit synonyma: *οἱ δὲ ἰαχὸς, οἱ δὲ πολύγαλον, Ῥωμαῖοι πορτουλάκα μίνωρ, ἢ λάκτεα, οἱ δὲ γαλούμβρον.*

59) Sic Ald. cum codd. C. et N.; *κάτω ἔχοντα* Asulan. et rell.

60) Vulgo *ἐνερευθές.*

61) His adiungit cod. C., quae supra de *πέπλῳ* dicta sunt: *συνάγεται — ἁλμαίας.*

radicem habet unicam eamque inutilem, e qua totus frutex erumpit. Nascitur in hortis vineisque. Colligitur messis tempore, siccatur in umbra crebraque versatur. Fructus vero tusus repurgatusque reconditur. Deducit pituitam ac bilem, acetabulo eius in hydromelitis hemina poto: obsoniis admistum conturbat alvum. Muria quoque conditur, ac ita asservatur.

Cap. CLXVI. (CLXIX.) [*De Peplide.*] Peplis, quam nonnulli portulacam sylvestrem dicunt, Hippocrates peplion, in maritimis maxime nascitur. Frutex est foliosus, candidi liquoris plenus, foliis portulacae hortensis, rotundis et subtus rubentibus. Fructus rotundus infra (inter) folia, sicut pepli, gustu fervens. Radix tenuis, simplex ac nullius usus. Colligitur, reponitur ac exhibe-

συλλέγεται δὲ καὶ ἀποτίθεται καὶ δίδοται, ὥςπερ ὁ πέπλος, καὶ ταριχεύεται. Δύναμιν δὲ ἔχει τὴν αὐτήν.

Κεφ. ρξζ'. (ρο'.) [Περὶ Χαμαισύκης.] Χαμαισύκη, οἱ δὲ συκῆν, οἱ δὲ μήκωνα ἀφρώδη[62] *καλοῦσι· κλῶνας ἀνίησι τετραδακτύλους, ἐπὶ γῆς ἐῤῥιμένους, περιφερεῖς, ὀποῦ μεστούς· φύλλα φακοειδῆ, τῷ πέπλῳ ὅμοια, μικρὰ*[63]*, λεπτὰ, πρὸς τῇ γῇ· καρπὸς δὲ ὑπὸ τοῖς φύλλοις στρογγύλος, ὡς πέπλου· οὔτε δὲ ἄνθος, οὔτε καυλὸν ἔχει· ῥίζαν λεπτὴν καὶ ἄχρηστον. Δύναμιν δὲ ἔχουσιν οἱ κλῶνες, λεανθέντες σὺν οἴνῳ, τὰς περὶ μήτραν ὀδύνας παύειν, ἀντὶ πεσσοῦ προςτεθέντες· καταπλασσόμενος δὲ οἰδήματα καὶ ἀκροχορδόνας καὶ μυρμηκίας αἴρουσιν· ἑφθοὶ δὲ ἐσθιόμενοι κοιλίαν ἐκλύουσι· καὶ ὁ ἐξ αὐτῶν δὲ ὀπὸς τὰ αὐτὰ δρᾷ· καὶ καταχριόμενος σκορπίου πληγῇ βοηθεῖ· ἁρμόζει καὶ πρὸς ἀμβλυωπίαν καὶ ἀχλὺν, καὶ ἀρχομένας ὑποχύσεις, οὐλὰς, νεφέλια, σὺν μέλιτι ἐγχριόμενος. Φύεται ἐν πετρώδεσι καὶ αὐχμηροῖς τόποις.*

Κεφ. ρξη'. (ροα'.) [Περὶ Σκαμμωνίας.] Σκαμμωνία

62) Hoc habent codd. C. et N. cum Ald.; seriores ad notha ablegant.

63) C. *μακρά.*

tur, uti peplus, ac conditur etiam. Eamdem quoque vim habet.

Cap. CLXVII. (CLXX.) [*De Chamaesyce.*] Chamaesyce, quam et ficum et papaver spumeum appellant, ramos emittit quatuor digitorum, per terram stratos, teretes, latice turgentes. Folia lentis figura, peplo similia, parva, tenuia, humi decumbentia. Fructus sub foliis rotundus, sicut pepli: flore cauleque caret: radix tenuis est et inutilis. Rami ex vino triti inque pesso appositi vulvae dolores sedant: oedemata vero, verrucas et pensiles et quibus e formicis nomen, tollit. Elixi autem si comedantur, alvum solvunt. Sed et, qui emanat, liquor similia efficit: illitus adversus scorpionum ictus auxiliatur. Valet et contra oculorum hebetudinem, caliginem, incipientes suffusiones, cicatrices ac nubeculas, cum melle inunctus. Nascitur in petrosis et squalidis locis.

Cap. CLXVIII. (CLXXI.) [*De Scammonia.*] Scam-

[οἱ δὲ σκαμβωνίας ῥίζα, οἱ δὲ Κολοφωνία, οἱ δὲ δακτύλιον, Ῥωμαῖοι Κολοφώνιον, προφῆται ἀποπλεύμονος, Αἰγύπτιοι σάνιλουμ] κλῶνας ἀνίησι πολλοὺς ἀπὸ μιᾶς ῥίζης, τριπήχεις, λιπαρούς, ἐμφαίνοντάς τι δασύτητος[64]· καὶ τὰ φύλλα δὲ δασέα, ὅμοια ἑλξίνῃ ἢ κιττῷ, μαλακώτερα μέντοι καὶ τριγωνοειδῆ· ἄνθη λευκά, περιφερῆ, κοῖλα, ὡς οἱ κάλαθοι[65], βαρύοσμα· ῥίζα δὲ εὐμήκης, παχεῖα ὅσον βραχίων[66], λευκή, βαρύοσμος, ὀποῦ μεστή. Συλλέγεται δὲ ὁ ὀπὸς, τῆς κεφαλῆς ἀπὸ τῆς ῥίζης ἀφαιρουμένης καὶ θολοειδῶς[67] τεμνομένης εἰς κοιλότητα· συῤῥεῖ γὰρ εἰς αὐτὴν ὁ ὀπὸς, καὶ οὕτως ἀναλαμβάνεται εἰς μύακας· ἔνιοι δὲ τὴν γῆν ὀρύξαντες θολοειδῶς[68], καρύας[69] φύλλα ὑποθέντες, καταχέουσι τὸν ὀπὸν, καὶ οὕτω ξηρανθέντα ἀναιροῦνται. Ἔστι δὲ καλὸς ὁ διαυγὴς καὶ κοῦφος, ἀραιός, ταυροκολλώδης τὴν χρόαν, σύριγγας[70] ἔχων λεπτάς, σπογγώδης[71]· τοιοῦτος δέ ἐστιν ὁ ἐκ

64) Sic cod. C., Paris. et Lacuna; *παχύτητος* Ald.

65) C. N. *καλαμίνθοι*, inepte.

66) Sic Oribas., cod. Paris. Lacuna, Hermol. Barb. et Sarac.; *πῆχυς* Ald.; *Pollex* Serap.

67) C. N. *θολερῶς*.

68) Oribas. *θυϊοειδῶς*.

69) C. *ῥοᾶς*.

70) Sic Oribas.; *σήραγγας* Ald. et editt.; *Gibbositates* Serap.; *λεπίδας ἔχων σπογγώδεις* C. et N.

71) Vulgo *σφογγώδης*.

monia [aliis scamboniae radix, aliis Colophonia, aut dactylion, Romanis Colophonium, prophetis apopleumonos, Aegyptiis sanilum] ramos ab una radice multos profert, ternûm cubitorum, pingues et quadantenus hirsutos: folia etiam hirsuta, helxines aut hederae proxima, sed molliora ac triangula: flores albi, rotundi, calathorum forma concavi et graveolentes. Radix praelonga, crassitudine brachii, candida, gravis odoris, latice turgens. Is autem liquor colligitur, dum, capite radicis sublato, ea fornicatim inciditur ut cavea nascatur. In hanc confluit liquor, cochleis postmodum excipiendus. Alii postquam scrobes in terra fornicatas effoderunt, nucum folia insternunt, in quae liquor diffundatur, eumque ibi siccatum auferunt. Bonitate praestat, qui pellucidus est ac levis, rarus et colore glutini taurino similis, fistulis tenuibus

Μυσίας τῆς κατὰ τὴν Ἀσίαν κομιζόμενος· μὴ προςέχειν δὲ μόνον δεῖ τῷ λευκαίνεσθαι[72] *αὐτὸν κατὰ τὴν τῆς γλώττης θίξιν*[73]· *τοῦτο γὰρ γίνεται καὶ παραμιγέντος αὐτῷ ὀποῦ τιθυμάλου· μᾶλλον δὲ τοῖς προειρημένοις, καὶ τῷ μὴ λίαν πυροῦν τὴν γλῶσσαν, ὅπερ γίνεται, τιθυμάλου μιγέντος· ὁ δὲ συριακὸς*[74] *καὶ ὁ ἐν Ἰουδαίᾳ γεννώμενος χείριστοι, βαρεῖς, πυκνοὶ, δολούμενοι τιθυμάλῳ καὶ ὀροβίνῳ ἀλεύρῳ. Δύναμιν δὲ ἔχει ὁ ὀπὸς, ληφθεὶς σὺν μελικράτῳ ἢ ὕδατι πλῆθος* < *ἢ τετρωβόλου, καθαίρειν κάτω χολὴν καὶ φλέγμα· εἰς δὲ τὸ λῦσαι τὴν κοιλίαν ἀρκέσουσιν ὀβολοὶ β′, μετὰ σησάμου ἤ τινος ἄλλου*[75] *σπέρματος λαμβανόμενοι· δίδοται καὶ πρὸς ἐνεργεστέραν κάθαρσιν τοῦ μὲν ὀποῦ τριώβολον, ἐλλεβόρου δὲ μέλανος ὀβολοὶ β′, καὶ ἁλὸς*[76] < *α′· σκευάζονται δὲ καὶ ἅλες καθαρτικοὶ, πρὸς κυάθους ς′ τῶν ἁλῶν, ὁλκῶν κ′ τῆς σκαμμωνίας τοῦ ὀποῦ μιγνυμένου· λαμβάνεται δὲ πρὸς δύναμιν, τὸ μὲν τέλειον τρία κοχλιάρια, μέσον δὲ β′, τὸ δὲ*

72) Lacuna legit *γεύεσθαι.*

73) C. *ἕξιν.*

74) Serap. *e Seni. Σινὲς κολωνία τῆς Καππαδοκίας.* Procop. de aedific. 3, 4.; seu *Σίννα Μεσοποταμίας* Ptolem.

75) Lacuna *τήλεως.* Sed nostrae lectioni favet Serap.

76) Sic Serap. et cod. Paris.; *ἀλόης* Ald. et editt.

praeditus ac fungosus. Talis e Mysia asiatica deportatur. Neque vero animadverti solummodo debet, utrum linguae tactu albescat: hoc enim evenit etiam admisto tithymali liquore: sed magis prius commemoratis attendendum est: itemque, si non vehementer linguam urat, quod et adiecto tithymalo contingit. Syriacus autem et in Iudaea natus pessimi sunt, graves, densi, ervi farina et tithymalo adulterati. Succus drachmae unius aut quaternûm obolorum pondere haustus ex aqua pura aut mulsa, per inferiora bilem pituitamque educit. Solvendae alvi gratia binos obolos cum sesamo aliove semine sumsisse sat est. Efficacioris purgationis caussa exhibentur laticis tres oboli cum ellebori nigri duobus et salis drachma una. Fiunt et sales purgatorii, drachmis viginti liquoris scammoniae in senos salis cyathos adiectis. Horum modus ratione virium est: integer quidem, cochlearia tria: medius,

ἐλάχιστον α΄· καθαίρει δὲ καὶ τῆς ῥίζης < α΄ ἢ β΄, σὺν οἷς εἴρηται· ἔνιοι δὲ ἀφέψοντες αὐτὴν πίνουσι· συνεψηθεῖσα δὲ ὄξει καὶ λεανθεῖσα μετὰ ἀλεύρου κριθίνου, ἰσχιαδικῶν ἐστι κατάπλασμα· ὁ δὲ ὀπὸς προςτιθέμενος ἐν ἐρίῳ τῇ μήτρᾳ, ἔμβρυα φθείρει· διαφορεῖ δὲ καὶ φύματα, σὺν μέλιτι ἢ ἐλαίῳ καταχριόμενος· ἑψηθεὶς δὲ ἐν ὄξει καὶ καταχρισθεὶς, λέπρας ἐξάγει· κεφαλαλγίας τε χρονίας ἐστὶν ἐπίβρεγμα σὺν ὄξει καὶ ῥοδίνῳ.

Κεφ. ρξθ΄. (ροβ΄.) [Περὶ Χαμελαίας.] Χαμέλαια, οἱ δὲ πυρὸς ἄχνη ἢ ἄκνηστος, οἱ δὲ κόκκος κνίδειος, [οἱ δὲ χαμελαίαν μέλαιναν, οἱ δὲ ἡράκλειον, οἱ δὲ βδελυρὰν, Ῥωμαῖοι κιτοκάκιουμ, οἱ δὲ ὀλεάγω, οἱ δὲ ὀλεαστέλλουμ·] κλῶνας μὲν ἔχει σπιθαμιαίους· ὁ δὲ θάμνος φρυγανώδης· φύλλα ἔχει ἐλαίᾳ παραπλήσια, λεπτότερα δὲ καὶ πυκνὰ, καὶ πικρὰ, δάκνοντα τὴν γεῦσιν, καὶ χαράττοντα τὴν ἀρτηρίαν. Ταύτης τὰ φύλλα κάτω καθαίρει φλέγμα καὶ χολὴν, μάλιστα ἐν καταποτίῳ λαμβανόμενα, μιγνυμένου διπλασίονος ἀψινθίου

duo: minimus, unum. Purgat et radicis drachma una aut duae cum iis, quae retulimus. Ipsius quoque decoctum nonnulli ebibunt. Ex eadem decocta in aceto contritaque cum hordei farina cataplasma fit ischiadicis utile. Latex autem, vulvae appositus in lana, partus enécat, tubercula quoque discutit, cum melle oleove perunctus. Eodem decocto in aceto illitae leprae auferuntur. Sed et eodem caput contra diturnum dolorem ex aceto et rosaceo irrigatur.

Cap. CLXIX. (CLXXII.) [*De Chamelaea.*] Chamelaea, aliis ignis palea, aut acnestos, aut coccus cnidius dicta [sunt et, qui chamelaeam nigram, et herculeam, et abominandam dicant, Romani citocacium, aut oleaginem et oleastellum]. Frutex virgultosus, ramis dodrantalibus, foliis oleaginis, tenuioribus tamen, confertis, amaris, gustu mordentibus et fistulam spiritalem scabentibus. Ea per inferiora pituitam bilemque detrahunt, maxime si in catapotio assumantur. Uni enim chamelaeae parti duplum absinthii adiicitur, atque ex his, aqua aut melle exceptis,

πρὸς ἓν μέρος τῆς χαμελαίας· ἀναλαμβανέσθω δὲ ὕδατι ἢ μέλιτι εἰς καταπότιον· ἔστι δὲ ἄτηκτα[77]*· διαχωρεῖται γὰρ ὅσα λαμβάνεται· ἀναλαμβανόμενα λεῖα τὰ φύλλα μετὰ μέλιτος ἀνακαθαίρει τὰ ῥυπαρὰ ἕλκη καὶ ἐσχαρωμένα.*

Κεφ. ρο'. (ρογ'.) [Περὶ Θυμελαίας] Θυμέλαια, οἱ δὲ χαμέλαιαν, οἱ δὲ πυρὸς ἄχνην, ἢ κνῆστρον[78]*, ἢ κνέωρον καλοῦσιν· ἐκ ταύτης ὁ κνίδειος κόκκος, καρπὸς ὤν, συλλέγεται· ὃν*[79] *Σύριοι μὲν ἀπόλινον καλοῦσι, οἱ δὲ λίνον, διὰ τὸ εἶναι τῷ σπαρτῷ λίνῳ θάμνον τῇ φύσει παρόμοιον· ῥάβδους δὲ ἀνίησι καλὰς καὶ πολλὰς, λεπτὰς, ὅσον διπήχεις· τὰ δὲ φύλλα χαμελαίᾳ ὅμοια, πλὴν στενώτερα καὶ λιπαρώτερα, ὑπόγλισχρα ἐν τῷ διαμασσᾶσθαι καὶ κολλώδη· ἄνθη λευκὰ, καὶ μεταξὺ αὐτῶν*[80] *ὁ καρπὸς, ὡς μύρτου*[81]*, μικρὸς, στρογγύλος*[82]*, ἐν ἀρχῇ μὲν χλωρὸς, αὖθις δὲ ἐρυθρός· τὸ δὲ περικάρπιον σκληρὸν καὶ μέλαν, τὸ δ' ἐντὸς λευκόν·*

77) Asulan. et Cornar. *ἄδηκτα.*
78) Ex Hippocr., Galeno et Hesychio emendarunt Foës., Sarac. et Bodaeus vulgare *κέστρον.*
79) Asulan. interposuit: *ὃν Εὐβοεῖς μὲν αἰτώλιον*, quod nusquam alibi.
80) Recte sic Ald., Asulan. Marc., Cornar. Solus Goupyl. *αὐτῷ*, quod repetit, quasi suo ingenio emendaturus, Sarac.
81) Vulgo *μύρτον.*
82) C. *στρογγυλώτερος.*

catapotia finguntur. Ea autem non liquescunt, sed prout vorata fuerint, ita per alvum egeruntur. Foliis denique tritis melleque exceptis ulcera sordida aut crustosa purgantur.

Cap. CLXX. (CLXXIII.) [*De Thymelaea.*] Thymelaea, quam alii chamelaean, alii ignis paleam, aut cnestron, aut cneorum vocant. Ex hac coccus cnidius, fructus nimirum colligitur. Eum Syri quoque apolinon aut linum vocant, quod natura sua frutex lino sativo similis sit. Virgas edit speciosas, numerosas, tenues ac ferme bicubitales: foliis chamelaeae, sed angustioribus et pinguioribus, quae inter mandendum subviscosa et glutinosa sunt. Flores sunt albi, et inter ipsos fructus, ceu myrti, parvus, rotundus, initio quidem viridis, tandem vero rubens, cuius involucrum durum est et nigrum, medulla

ὅπερ καθαίρει κάτω χολὴν καὶ φλέγμα καὶ ὕδωρ, ὅσον κ' κόκκων τὸ ἐντὸς ποθέν· καίει δὲ τὴν φάρυγγα· διὸ μετὰ ἀλεύρου ἢ ἀλφίτου δοτέον, ἢ ἐν ῥαγὶ[83] σταφυλῆς, ἢ μέλιτι ἑφθῷ περιειλημμένον καταπιεῖν· συγχρίειν δὲ καὶ τοὺς δυσιδρους λεῖον μετὰ νίτρου καὶ ὄξους· τὰ δὲ φύλλα, ἅπερ ἰδίως καλεῖται κνέωρον, συλλέγειν δεῖ περὶ τὸν πυραμητὸν, καὶ ἀποτίθεσθαι ξηράναντες ἐν σκιᾷ· διδόντας δὲ δεῖ κόπτειν καὶ ἀφαιρεῖν τὰς ἐν αὐτοῖς ἶνας· καθαίρει δὲ ἐπιπλασσόμενον ὅσον ὀξυβάφου πλῆθος μετὰ κράματος, ἄγον ὑδατῶδες· μετριωτέραν δὲ ποιεῖ τὴν κάθαρσιν, μιχθὲν ἑφθῇ φακῇ καὶ λαχάνοις τριπτοῖς· ἀνατίθεται δὲ λεῖα ἀναληφθέντα ὄμφακος χυλῷ εἰς ἀρτίσκους· ἔστι δὲ κακοστόμαχος ἡ βοτάνη· προςτεθεῖσα δὲ, ἔμβρυα κτείνει. Φύεται ἐν ὀρεινοῖς καὶ τραχέσι τόποις. Πλανῶνται δὲ νομίζοντες, τὸν κνίδειον κόκκον τῆς χαμελαίας εἶναι καρπὸν, ἀπατώμενοι διὰ τὸ τῶν φύλλων ὁμοειδές.

Κεφ. ρογ'. (ροδ'.) [Περὶ Ἀκτῆς.] Ἀκτὴ [οἱ δὲ δέν-

83) C. N. ῥωγί.

vero alba. Hic per inferiora bilem, mucum et aquosa ducit, si pars interna viginti granorum bibatur: sed fauces adurit. Ideo cum farina aut polenta, aut in racemi uva dari debet, aut cocto melle obducta vorari. Quibus autem aegre sudores eliciuntur, eadem trita cum nitro acetoque inungitur. At folia, quae peculiariter cneoron appellantur, messis tempore colligenda sunt, et siccata in umbra recondenda. Qui vero exhibiturus est, prius tundere ea debet, fibrasque, quae in ipsis sunt, eximere. Vino diluto inspersa acetabuli modo aquosa detrahunt: sed moderatius purgant, admixta lente cocta et contritis oleribus. Eadem trita uvae acerbae succo excepta et in pastillos coacta reponuntur. Herba est stomacho infesta: subdita fetus interimit. Nascitur in montosis et asperis. Hallucinantur denique, qui granum cnidium chamelaeae fructum esse opinantur, decepti quadam foliorum similitudine.

Cap. CLXXI. (CLXXIV.) [*De Sambuco.*] Sambu-

δρον ἄρκτου, οἱ δὲ ἥμερον, Ῥωμαῖοι σαμβούκουμ, Γάλλοι σκοβιὴν, Δακοὶ σέβα] διισσή ἐστιν· ἡ μὲν γάρ τίς ἐστι δενδρώδης, καλαμοειδεῖς ἔχουσα κλάδους, στρογγύλους, ὑποκοίλους[84], *ὑπολεύκους, εὐμήκεις· τὰ φύλλα δ' ἢ ε'*[85] *ἐκ διαστημάτων περὶ τὴν ῥάβδον, καρύᾳ βασιλικῇ ὅμοια, βαρύοσμά τε καὶ μακρότερα*[86]*· ἐπ' ἄκρων δὲ τῶν κλάδων ἢ τῶν καυλῶν σκιάδια περιφερῆ, ἔχοντα ἄνθη λευκά· καρπὸν δὲ ἐοικότα τερμίνθῳ, ἐν τῷ μέλανι ὑποπόρφυρον, βοτρυώδη, πολύχυλον, οἰνώδη*[87].

[*Κεφ. ρoβ'. (ροε'.) Περὶ Χαμαιάκτης.*] *Τὸ δὲ ἕτερον αὐτῆς χαμαιάκτη καλεῖται [οἱ δὲ ἕλειος ἀκτὴ, οἱ δὲ ἀγρία ἀκτὴ, οἱ δὲ εὐβοϊκὴ, Ῥωμαῖοι ἔβουλουμ, Γάλλοι δουκωνὲ, Δακοὶ ὄλμα]. Αὕτη χαμαιπετὴς οὖσα, ἐλάσσων ἐστὶ καὶ βοτανωδεστέρα, καυλὸν ἔχουσα τετράγωνον καὶ πολυγόνατον· τὰ δὲ φύλλα ἐκ διαστημάτων περὶ ἕκαστον γόνυ τεταρσωμένα, ὅμοια ἀμυγδαλῇ, κεχαραγμένα δὲ κύκλῳ καὶ μακρότερα, βα-*

84) C. *ὑποποικίλους.*

85) Sic C. et Serap.; *γ' ἢ δ'* editt.

86) Sic Oribas.; *μικρότερα* C. X. et Serap.; *πικρότερα* Lacuna et Cantacuz.; *τμητικώτερα* Ald. et editt., cuius sensus saltem alienus est.

87) Cod. X. addit *καὶ ὅλως ἀντιδοτικὸν καὶ φαρμακώδη.* Cod. C. plura de vi baccarum addit, quae de *χαμαιάκτῃ* repetuntur.

cus [quam nonnulli ursi arborem, alii domesticam, Galli scobien, Daci seba appellant] duplicis est generis. Altera enim arborescens est, ramis arundinaceis, teretibus, quadantenus cavis, subalbidis, praelongis. Folia quaterna aut quina ex intervallis circa virgas singulas exeunt, nucis iuglandis foliorum similitudine, graveolentia et longiora. In summis autem ramis caulibusve umbellae sunt circinatae, floribus albis: fructus terebinthino similis, ex nigro purpurascens, racemiformis, succosus vinosusque.

[Cap. CLXXII. (CLXXV.) *De Chamaeacte seu Ebulo.*] Altera species chamaeacte vocatur [aliis sambucus palustris aut sylvestris, aliis euboica, Romanis ebulum, Gallis ducone, Dacis olma]. Humilis ea est, minor et herbaceae magis substantiae, caulem habet quadrangulum et geniculatum. Folia per intervalla circa singula genicula utrinque expansa [s. pinnata], eaque amygdalina, sed in ambitu serrata

ῥύσσμα· σκιάδιον δὲ ἐπ᾽ ἄκρου ὅμοιον τῇ πρὸ αὐτῆς· ἔχουσα καὶ ἄνθος καὶ καρπόν· ῥίζα δ᾽ ὕπεστι μακρὰ, δακτύλου πάχος. Δύναμις δὲ ἡ αὐτὴ ἀμφοτέραις καὶ χρῆσις, ξηραντικὴ, ὑδραγωγὸς, κακοστόμαχος μέντοι· ἑψόμενα[88] *δὲ τὰ φύλλα, ὡς λάχανα, καθαίρει φλέγμα καὶ χολήν· καὶ οἱ καυλοὶ δὲ ἁπαλοὶ ἐν λοπάδι ληφθέντες*[89] *τὰ αὐτὰ ποιοῦσιν· ἡ ῥίζα δὲ αὐτῆς ἀφεψηθεῖσα σὺν οἴνῳ καὶ διδομένη παρὰ τὴν δίαιταν, ὑδρωπικοὺς ὠφελεῖ· βοηθεῖ καὶ ἐχιοδήκτοις, ὁμοίως πινομένη· ἀφεψηθεῖσα δὲ μεθ᾽ ὕδατος εἰς ἐγκάθισμα, μαλάσσει ὑστέραν καὶ ἀναστομοῖ, καὶ διορθοῦται τὰς περὶ αὐτὴν διαθέσεις· καὶ ὁ καρπὸς δὲ σὺν οἴνῳ ποθεὶς τὰ αὐτὰ ποιεῖ· μελαίνει δὲ καὶ τρίχας ἐγχριόμενος· τὰ δὲ φύλλα πρόσφατα καὶ ἁπαλὰ φλεγμονὰς πραΰνει, μετὰ ἀλφίτων καταπλαττόμενα· καὶ κατακαύμασιν ἁρμόζει καὶ κυνοδήκτοις καταπλαττόμενα· κολλᾷ δὲ ὑποφορὰς, καὶ ποδαγρικοῖς βοηθεῖ, μετὰ στέατος ταυρείου ἢ τραγείου καταπλαττόμενα*[90].

Κεφ. ρογ΄. (ρϛ΄.) [Περὶ Πυκνοκόμου.] Πυκνόκομον

88) C. *σὺν μέλιτι δὲ διεψόμενα.*

89) Sic C., Ald., Asul., Marcell. et Cornar.; *ἑφθέντες* sine auctoritate Goupyl. et Sarac.

90) Multa sequuntur in Serap. de usu utriusque sambuci, quae nusquam alibi.

et longiora et graveolentia. In apice umbella est, flore ac fructu sambuci. Radix subest longa, crassitie digitali. Eadem utrique vis et usus, exsiccans nimirum, et aquas alvo detrahens, et stomachum offendens. Folia olerum more cocta pituitam bilemque purgant. Sed et caules teneri in patinis sumti eadem praestant. Radix in vino cocta et cum victu congruo exhibita hydropicos adiuvat. Prodest et contra viperarum morsus, eodem modo bibita. Decocta vero ex aqua ad insessum, matricem emollit et aperit, ipsius denique affectus emendat. Fructus in vino potus eadem efficit: denigrat insuper etiam capillos inunctus. Folia vero recentia ac tenera, illita ex polenta, inflammationes mitigant: ambustis et canum morsibus illitu prosunt. Ulcera etiam sinuosa agglutinant, et podagricis prosunt, cum sebo taurino aut hircino illita.

Cap. CLXXIII. (CLXXVI.) [*De Pycnocomo.*] Py-

φύλλα ἔχει ὅμοια εὐζώμῳ, τραχέα δὲ καὶ παχέα καὶ δριμύτερα[91]· καυλὸν τετράγωνον, ἄνθος δὲ τῷ τοῦ ὠκίμου ἐμφερές· καρπὸν δὲ, ὡς πρασίου[92]· ῥίζαν μέλαιναν, στρογγύλην, ὠχρὰν, ὡς μικρὸν μῆλον, γεῶδες ὄζουσαν. Φύεται ἐν πετρώδεσι τόποις. Δύναμιν δ᾽ ἔχει ὁ καρπὸς ποθεὶς, ὅσον < α´ πλῆθος, ταραχώδη καὶ δεινὰ ἐνύπνια ποιεῖν· διαφορεῖ δὲ καὶ οἰδήματα ἐπιπλαττόμενος σὺν ἀλφίτῳ, καὶ ἀκίδας καὶ σκόλοπας ἐξάγει· καὶ τὰ φύλλα δὲ καταπλαττόμενα, φύματα καὶ δοθιῆνας διαφορεῖ· ἡ δὲ ῥίζα αὐτῆς λυτικὴ κοιλίας καὶ κινητικὴ χολῆς, δίδοται < β´ ἐν μελικράτῳ.

Κεφ. ροδ´. (ροζ´.) [Περὶ Ἀπίου.] Ἄπιος, οἱ δὲ ἰσχάδα[93], οἱ δὲ χαμαιβάλανον[94], ὀρεινὴν ἢ ἀγρίαν, οἱ δὲ λινόζωστιν, [Ῥωμαῖοι ῥάδιξ σιλβέστρις, Ἄφροι θορφὰθ σαδή] κλωνία δύο ἢ τρία ἀπὸ γῆς ἀνίησι, σχοινώδη, λεπτὰ, ἐρυθρὰ, μικρὸν ὑπὲρ τῆς γῆς αἴροντα· φύλλα πηγάνῳ ἐοικότα[95], ἐπιμηκέστερα μέντοι καὶ στενώτερα, χλωρά· καρπὸς

91) Lacuna legit *μικρότερα.*

92) Sic codd. C. N. et X., Ald. et editt.; *πράσον* Lacuna, Oribas., Fab. Columm.

93) E Theophr. hist. 9, 10. iam Marcell. vulg. *ἰσχιάδα* correxit.

94) Paull. p. 261. 264. *χαμαιράφανον.*

95) Cod. Cantac. addit *ἀγρίῳ.*

cnocomon folia habet erucae, sed aspera, crassa et acriora, caulem quadrangulum, florem ocimi: fructum marrubii, radicem (extus) nigram, (intus) pallidam, rotundam, exigui pomi forma, terram olentem. Nascitur in rupestribus. Fructus drachma potus turbulenta ac gravia facit somnia. Discutit et oedemata, impositum cum polenta: nec non et spicula extrahit et aculeos. Imposita quoque folia tubercula furunculosque discutiunt. Radix denique eius cum aquae mulsae drachmis duabus exhibita alvum solvit, et bilem commovet.

Cap. CLXXIV. (CLXXVII.) [*De Apio.*] Apios, aliis ischas, aut chamaebalanos, montana aut sylvestris, aliis linozostis, [Romanis radix sylvestris, Afris thorphath sadeh dicitur] ramulos duos aut tres e terra mittit, iunceos, tenues, rubentes, parum a terra semet attollentes: folia habet rutae similia, sed oblongiora, angustiora et

μικρός· ῥίζα ἀσφοδέλῳ[96] *παραπλησία, καὶ πρὸς τὸ τῆς ἀπίου σχῆμα, στρογγυλωτέρα δὲ, μεστὴ ὀποῦ, φλοιὸν ἔχουσα ἔξωθεν μέλανα, ἔνδοθεν δὲ λευκόν. Ταύτης τὸ μὲν ἄνωθεν*[97] *μέρος τῆς ῥίζης ληφθὲν, δι' ἐμέτων ἄγει χολὴν καὶ φλέγμα· τὸ δὲ πρὸς τῇ ῥίζῃ κάτω καθαίρει· ὅλη δὲ ληφθεῖσα ἀμφοτέρας τὰς καθάρσεις κινεῖ· ὀπίσαι δὲ βουληθεὶς κόπτε τὰς ῥίζας, καὶ βαλὼν εἰς κρατῆρα ὕδατος, συντάρασσε, καὶ τὸν ἐφιστάμενον ὀπὸν πτερῷ ἀναλέγων, ξήραινε· τούτου τρία ἡμιωβόλια ποθέντα ἄνω καὶ κάτω καθαίρει.*

Κεφ. ροέ. (ρογ'.) [Περὶ Κολοκυνθίδος.] Κολοκυνθὶς, οἱ δὲ κολόκυνθα αἰγὸς[98]*, οἱ δὲ σικύαν πικρὰν, οἱ δὲ κολόκυνθα ἀλεξανδρίνη [Ζωροάστρης θύμβρη, Ὀσθάνης αὐτογενὲς, Ῥωμαῖοι κουκούρβιτα σιλβάτικα, Δακοὶ τουτάστρα] κληματια καὶ φύλλα ἐστρωμένα ἐπὶ τῆς γῆς ἀνίησιν, ὅμοια τοῖς τοῦ ἡμέρου σικύου, ἐπεσχισμένα· καρπὸν δὲ περιφερῆ, ὅμοιον σφαίρᾳ μέσῃ*[99]*, πικρὸν ἰσχυρῶς, ὃν δεῖ συνάγειν, ἀρ-*

96) Sic Oribas., Asulan., Marcell.; *σπονδύλῳ* Ald.
97) Sic e Paull. p. 264. iam correxit Sarac.; *ἔνδοθεν* vulgo.
98) Cornar. suspicatus est perperam, *ἄγριος* esse legendum.
99) C. *μέσον*.

viridia. Fructus est parvus. Radix asphodelo similis et ad pyri formam accedens, rotundior tamen et latice plena, cortice extus nigro, intus candido. Superior eius pars assumta vomitu bilem pituitamque evacuat, inferior per alvum. Tota vero sumta utraque parte purgat. Liquorem si libet excipere, radices tundito, et crateri aquae inditas agitato, ac liquorem, qui supernatat, penna collectum siccato. Huius sesquiobolus potus per superna ac inferna purgat.

Cap. CLXXV. (CLXXVIII.) [*De Colocynthide.*] Colocynthis, aliis cucurbita caprina, aliis cucumis amara, cucurbita etiam alexandrina, [Zoroastri thymbre, Osthani autogenes, Romanis cucurbita sylvatica, Dacis tutastra] sarmenta foliaque emittit per terram strata, sativi cucumeris similia ac incisa: fructum rotundum, pilae mediocri similem, vehementer amarum. Quem legere oportet, cum coeperit ad pallidiorem colorem vergere. Medulla

χόμενον μεταβάλλειν ἐπὶ τὸ ὠχρότερον. Δύναμιν δὲ ἔχει ἡ μὲν ἐντεριώνη τοῦ καρποῦ καθαρτικὴν, τετρωβόλου[100] *πλῆθος μετὰ ὑδρομέλιτος λαμβανομένη, σὺν νίτρῳ καὶ σμύρνῃ καὶ μέλιτι ἑφθῷ εἰς καταπότιον· αὗται δὲ αἱ σφαῖραι ξηραὶ λεῖαι ὠφελίμως μίγνυνται κλύσμασιν ἐπὶ ἰσχιαδικῶν καὶ παραλυτικῶν καὶ κωλικῶν, ἄγουσαι φλέγμα καὶ χολὴν καὶ ξύσμα, ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ αἱματῶδες· ἔμβρυά τε φθείρουσι προςτιθέμεναι· ὀδονταλγίας τε διάκλυσμα, ἐάν τις ἐκκαθάρας αὐτὴν καὶ περιπλάσας πηλῷ, ἐναποζέσας τε ἐν ὄξει καὶ νίτρῳ, δῷ διακλύζεσθαι· εἰ δέ τις ἐναφεψήσας μελίκρατον ἢ καὶ γλυκὺ, καὶ ἐξαιθριάσας δῷ πιεῖν, καθαίρει πάχος καὶ ξύσμα· ἔστι δὲ κακοστόμαχος λίαν· προςτίθεται δὲ καὶ βάλανος ἐξ αὐτῆς πρὸς κομιδὴν τῶν περιττωμάτων· καὶ χλωρᾶς δὲ αὐτῆς ὁ χυλὸς ἐπὶ ἰσχιαδικῶν ἀνατριβόμενος ἁρμόζει.*

Κεφ. ρος'. (ροθ'.) [Περὶ Ἐπιθύμου.] Ἐπίθυμον [οἱ δὲ κεδοῒς, Ῥωμαῖοι ἰμβολούκρουμ] θύμου ἐστὶν ἄνθος σκληροτέρου καὶ θύμβρᾳ ἐοικότος· ἔχει δὲ κεφάλια λεπτὰ, κοῦφα,

100) C. *τριωβόλου.* Serap. tamen nobiscum.

fructus vim habet purgandi, si eius quatuor oboli ex aqua mulsa sumantur: vel additis nitro et myrrha, et melle decocto in pilulas cogantur. Ipsi vero fructus globosi arefacti et triti utiliter clysmatibus adduntur adversus coxendicis dolorem, nervorum resolutionem et coli vitia, ut quae pituitam, bilem ac strigmenta, interdum etiam cruenta, eliciant. Subditae eaedem fetus enecant. Si quis vero fructum, exemta medulla, luto obducat, atque in eo acetum nitrumque fervefaciat, id collutu dentium dolores sedat. Quodsi in eodem fructu mulsa aut passum coquatur, atque aëri ventilandum exponatur, id crassos humores ac strigmenta potu evacuat: stomacho autem valde adversarium est. Subditur etiam ex eo balanus, ut alvi excrementa educantur. Prodest denique virentis succus coxendicis dolori, si infricetur.

Cap. CLXXVI. (CLXXIX.) [*De Epithymo.*] Epithymum [aliis cedoïs, Romanis involucrum] flos est thymi durioris et thymbrae similis. Capitula gerit tenuia

οὐραχοὺς[1] ἔχοντα, ὡς τρίχας. Πινόμενον δὲ σὺν μέλιτι κάτω καθαίρει φλέγμα καὶ χολὴν μέλαιναν· ἰδίως ἁρμόζον ἐπὶ μελαγχολικῶν καὶ ἐμπνευματουμένων, ὀξυβάφου πλῆθος πρὸς ὁλκὴν < δ', σὺν μέλιτι καὶ ἁλσὶ καὶ ὀλίγῳ ὄξει· γεννᾶται δὲ πλεῖστον ἐν Καππαδοκίᾳ[2] καὶ Παμφυλίᾳ.

Κεφ. ροζ'. (ρπ'.) [Περὶ Ἀλύπου.] Ἄλυπον φρυγανώδης ἐστὶ πόα, ὑπέρυθρος, λεπτόκαρφος[3], λεπτόφυλλος, ἄνθους μαλακοῦ καὶ κούφου μεστή· ῥίζα, ὡς τεύτλου[4]· σπέρμα, ὡς ἐπιθύμου· γεννᾶται δὲ ἐν τόποις παραθαλασσίοις, μάλιστα τοῖς τῆς Λιβύης τόποις καὶ ἄλλοις δὲ χωρίοις πλείστοις[5]. Καθαίρει δὲ τὸ σπέρμα μέλαιναν χολὴν κάτω λαμβανόμενον πλῆθος ἴσον ἐπιθύμῳ μεθ' ἁλῶν καὶ ὄξους[6]· τὰ δὲ ἔντερα ἐλαφρῶς ἑλκοῖ.

1) Sic codd. C. et N.; οὐραγούς Ald et editt.; οὐριαχούς Scaliger. Essetne diminutivum aeolicum οὔριχος, sicut κάδδιχος a κάδος, idem ac καδδίσκος?

2) Deest hoc in cod. C.

3) Sic Cod. Paris. apud Goupyl.; πλατόκαρφος Ald.

4) Vulgare ὡς ῥίζα τεύτλου manifesto sic mutandum est. Quod editt. addunt λεπτή, deest in Plin., Oribas. et in bonis codicibus. Cf. Anguill. p. 300.

5) Ex Oribas. sic correxi vulgatam, ubi πλεῖστον post τόποις et πλείστη post χωρίοις: utrumque pariter ineptum.

6) Ex Paullo p. 260. sic loco vulg. τὸ ἴσον πλῆθος μετὰ ἁλῶν τῷ ἐπιθύμῳ καὶ ὄξει.

ac levia, caudulis instructa capillaceis. Potum id cum melle detrahit pituitam bilemque atram per inferiora: aptum est praesertim melancholicis et flatulentis, acetabuli mensura ad quatuor drachmas cum melle, sale et aceti exiguo. Provenit plurimum in Cappadocia et Pamphylia.

Cap. CLXXVII. (CLXXX.) [*De Alypo.*] Alypum est herba fruticulosa, subrubra, surculis foliisque gracilibus, flore molli levique plena. Radix betae similis: fructus ceu epithymi. Nascitur in locis maritimis, praesertim in Libyae variis et in aliis plurimis regionibus. Fructus expellit atram bilem per inferiora, si eadem, qua epithymum, dosi cum sale acetoque exhibetur. Sed intestina leviter exulcerat.

Κεφ. ροη΄. (ρπα΄.) [Περὶ Ἐμπέτρου.] Ἔμπετρον, οἱ δὲ πρασοειδὲς[7], ἐν παραλίοις καὶ ὀρεινοῖς φύεται, ἁλυκὸν τῇ γεύσει· τὸ δὲ προσγειότερον πικρότερον· διδόμενον δὲ ἐν ζωμῷ ἢ ὑδρομέλιτι, καθαίρει φλέγμα καὶ χολὴν καὶ ὑδατώδη.

Κεφ. ροθ΄. (ρπβ΄.) [Περὶ Κληματίτιδος[8].] Κληματῖτις[9] κλῆμα ἀνίησιν ὑπέρυθρον, λυγῶδες, φύλλον λίαν δριμὺ γευομένῳ καὶ ἑλκωτικόν· περιελίττεται δὲ τοῖς δένδροις, ὡς σμίλαξ. Ταύτης ὁ καρπὸς λεῖος μεθ' ὕδατος ἢ ὑδρομέλιτος ποθεὶς, ἄγει κάτω φλέγμα καὶ χολήν· τὰ δὲ φύλλα καταπλασθέντα λέπρας ἀφίστησι· [ταριχεύεται δὲ μετὰ τοῦ λεπιδίου εἰς βρῶσιν][10].

Κεφ. ρο΄. (ρπγ΄.) [Περὶ Ἀμπέλου ἀγρίας.] Ἄμπε-

7) Sic cum Galeno, Aëtio et Paullo legendum; φακοειδές vulgo.

8) Cum supra, c. 7., iam περὶ Κληματίδος caput occurrat, non defuerunt, qui, Marcello et Matthiolo praeeuntibus, et hoc caput eo traherent, non memores testimonii, quod Galen. de simpl. fac. lib. 7. p. 31. profert: Διοσκορίδης δ' ἀμφοῖν ἐν τῷ τετάρτῳ μέμνηται, τοῦ μὲν ἁπλῶς ὀνομαζομένου κληματοειδοῦς ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ βιβλίου, θατέρου δὲ κατὰ τὴν ἀρχήν.

9) Cod. N. addit: οἱ δὲ ἐπιγῆτες, οἱ δὲ φιλάκνον, Ῥωμαῖοι ἀμβοῦξου, οἱ δὲ ὄλουκρουμ λακτούκης.

10) Suspecta mihi videntur, quia ἑλκωτικά nequeunt εἰς βρῶσιν sumi. Cumque et Paullus hoc additamentum sileat, ex alio capite assutum arbitror.

Cap. CLXXVIII. (CLXXXI.) [*De Empetro.*] Empetrum, quod nonnulli prasoïdes vocant, in maritimis provenit montanisque locis: salsum est gustu. Quod vero magis mediterraneum est, amarius esse solet. Exhibitum in iusculo aut hydromelite pituitam evacuat et bilem et aquosa.

Cap. CLXXIX. (CLXXXII.) [*De Clematitide.*] Clematitis sarmentum emittit subrubrum et viticis modo lentum, folium gustanti admodum acre et exulcerans. Arboribus smilacis in modum semet circumvolvit. Huius fructus tritus, cum aqua aut hydromelite potus, pituitam bilemque per inferiora purgat. Folia imposita lepras removent. [Eadem cum nasturtio in cibos condiuntur.]

Cap. CLXXX. (CLXXXIII.) [*De Vite sylvestri.*]

λος ἀγρία κλήματα ἀνίησι μακρὰ, ὡς ἀμπέλου οἰνοφόρου[11], ξυλώδη, τραχέα, φλοιοῤῥαγοῦντα[12], φύλλα δὲ ὅμοια στρύχνῳ κηπαίῳ, πλατύτερα δὲ καὶ μικρότερα[13]· ἄνθος, ὡς τρίχας βρυώδεις[14]· καρπὸν δὲ βοτρυδίοις μικροῖς ὅμοιον, πεπαινόμενον ἐρυθρόν· περιφερὲς δέ ἐστι τὸ σχῆμα τῶν κόκκων. Ταύτης ἡ ῥίζα ἀποζεσθεῖσα ἐν ὕδατι καὶ πινομένη μετ᾽ οἴνου τεθαλασσωμένου[15] κυάθων β', ὑδατῶδες καθαίρει· δίδοται δὲ ὑδρωπικοῖς· οἱ δὲ βότρυες ἐφήλεις ἀποκαθαίρουσι καὶ πάντα σπῖλον· ταριχεύονται δὲ οἱ ταύτης ἀκρέμονες ἀρτιφυεῖς εἰς βρῶσιν.

Κεφ. ρπα'. (ρπδ'.) [Περὶ Ἀμπέλου λευκῆς.] Ἄμπελος λευκὴ, οἱ δὲ βρυωνίαν, οἱ δὲ ὀφιοστάφυλον, οἱ δὲ χελιδόνιον, οἱ δὲ μήλωθρον, ἢ ψίλωθρον, ἢ ἀρχέζωστιν, ἢ ἐχέτρωσιν[16], ἢ κέδρωστιν καλοῦσι. Ταύτης τὰ κλήματα καὶ τὰ φύλλα καὶ αἱ ἕλικες, ὅμοια τῇ ἡμέρῳ ἀμπέλῳ, δασύτερα

11) Sic cod. C., Oribas. et Serap. In editt. omissum.

12) C. φλοιοῤῥοοῦντα.

13) Sic cod. C. et Serap.; μακρότερα editt.

14) Oribas. βοτρυοειδεῖς.

15) Sic lego cum cod. C.; ut et Serap. et Marcell. iam recte interpretati sunt. Vulgo: ἀποζεσθεῖσα ἐν οἴνῳ καὶ μεθ᾽ ὕδατος πινομένη τεθαλασσωμένων.

16) Vulgare ἄγρωστιν esse sic mutandum, Sarac. e Galeni expos. voc. Hipp. p. 476. efficit, ubi ἡ λευκὴ βρυωνία dicitur ἐχέτρωσις.

Vitis sylvestris sarmenta longa emittit, quemadmodum vitis vinifera, lignosa, aspera et rimoso cortice: folia solani hortensis similia, sed latiora minoraque: florem habet capillaceum, muscosum: fructum exiguis uvis similem, dum maturuit, rubrum: rotunda autem est coccorum forma. Huius radix decocta in aqua et in vini aqua marina diluti cyathis duobus pota purgat aquosa. Datur igitur hydropicis. Uvae eius tum maculas a sole contractas, tum et alias emendant. Cibi vero gratia novelli surculi condiuntur.

Cap. CLXXXI. (CLXXXIV.) [*De Vite alba*] Vitem albam nonnulli bryoniam, alii ophiostaphylon, aut chelidonion, melothron etiam et psilothron, alii archezostin, echetrosin aut cedrostin appellant. Et sarmentis, et foliis, et cirris vitem sativam imitatur, sed hirsutiora sunt

δὲ πάντα· καὶ ἐμπλέκεται τοῖς παρακειμένοις θάμνοις, ἐλλαμβανομένη ταῖς ἕλιξι· καρπὸν δ' ἔχει βοτρυοειδῆ, πυῤῥόν, ᾧ ψιλοῦται τὰ δέρματα· ταύτης οἱ ἀσπάραγοι κατὰ τὴν πρώτην ἐκβλάστησιν ἑφθοὶ ἐσθίονται, οὔρησιν καὶ κοιλίαν κινοῦντες[17]. *Δύναμιν δὲ ἔχει τὰ φύλλα καὶ ὁ καρπὸς καὶ ἡ ῥίζα δριμεῖαν· ὅθεν ἐπὶ τῶν Χειρωνείων καὶ γαγγραινικῶν καὶ φαγεδαινικῶν καὶ σαπροκνήμων ἑλκῶν μεθ' ἁλὸς καταπλασσόμενα ποιεῖ· ἡ δὲ ῥίζα χρῶτα ῥύπτει καὶ τετανοῖ· καὶ ἔφηλιν ἀποκαθαίρει, ἴονθους, φακούς, οὐλὰς μελαίνας σὺν ὀρόβῳ καὶ γῇ χίᾳ καὶ τήλει· καθεψηθεῖσα δὲ μετ' ἐλαίου, μέχρι τακερωθῇ*[18], *πρὸς τὰ αὐτὰ ἁρμόζει· αἴρει δὲ καὶ ὑπώπια, καὶ πτερύγια τὰ ἐν δακτύλοις συστέλλει· σὺν δὲ οἴνῳ καταπλασσομένη διαφορεῖ φλεγμονάς, καὶ ἀποστήματα ῥήσσει· ἀνάγει δὲ καὶ ὀστᾶ, λεία καταπλασσομένη· σηπταῖς τε μίγνυται ἐπιτηδείως· πίνεται δὲ καὶ πρὸς ἐπιληψίας ὁλκὴ α' καθ' ἡμέραν πρὸς ἐνιαυτόν· ὠφελεῖ ἀποπλήκτους καὶ σκοτω-*

17) Matthiol. legit in exemplari, quod interpres tyranni Constantinopolitani mutuum dederat: *ῥίζα λευκὴ καὶ παχεῖα, ὡς καὶ κίνημα.* Quod Sarac. vertit in *κνήμη.*

18) Serap. non intellexit: *donec fiat sicut cera.* Aut legit forte: *μέχρι κηρωθῇ.*

omnia. Implicat se vicinis fruticibus, cirris eos amplectens. Fructum gerit racemosum, fulvum, quo coria depilantur. Eius turiones, qui prima germinatione prodeunt, cocti et comesti alvum et urinam cient. Folia, fructus et radix acrem habent efficaciam: proinde ulceribus Chironiis, gangraena stipatis, phagedaenicis et tibias putredine depascentibus cum sale illinuntur. Radix corporis cutem abstergit et erugat: maculas itidem a sole contractas, varos, lentigines ac cicatrices nigras emendat cum ervo, terra chia et foeno graeco. Eodem effectu prodest decocta in oleo, donec liquescat. Tollit et sugillata, et digitorum pterygia coërcet. Illita ex vino inflammationes discutit, et abscessus rumpit: trita quoque et imposita, ossa extrahit: septicis quoque medicamentis apte immiscetur. Bibitur eadem ad morbum comitialem drachmae pondere, quotidie, per integrum annum. Prodest apoplecticis et

ματικοὺς, ὁμοίως λαμβανομένη· δυοῖν δὲ < ὁλκὴ ποθεῖσα ἐχιοδήκτοις βοηθεῖ, καὶ ἔμβρυα φθείρει· ὑποταράττει δ' ἐνίοτε τὴν διάνοιαν· καὶ οὖρα κινεῖ[19] πινομένη· καὶ προστεθεῖσα ὑστέρᾳ ἔμβρυα καὶ δεύτερα ἐπισπᾶται[20]· καὶ ἐκλεικτὸν δὲ μετὰ μέλιτος δι' αὐτῆς[21] τοῖς πνιγομένοις καὶ δυσπνοοῦσι καὶ βήσσουσι, πλευρὰν τε ἀλγοῦσι καὶ ῥήγμασι καὶ σπάσμασι δίδοται· καὶ σπλῆνα τήκει, τριωβόλου ὁλκὴ ποθεῖσα σὺν ὄξει ἐπὶ ἡμέρας λ'· καὶ καταπλάσσεται δὲ μετὰ σύκου πρὸς τὰ αὐτὰ χρησίμως· ἀφέψεται δὲ καὶ εἰς ἐγκάθισμα, καθαρτικὸν ὑστέρας ὂν καὶ ἐκβόλιον. Χυλίζεται δὲ ἡ ῥίζα αὐτῆς ἔαρος· πίνεται δὲ σὺν μελικράτῳ ὁ χυλὸς πρὸς τὰ αὐτὰ, ἄγων φλέγμα· ὁ δὲ καρπὸς ποιεῖ πρὸς ψώρας καὶ λέπρας, συγχριόμενος καὶ καταπλασσόμενος· κατασπᾷ δὲ καὶ γάλα ὁ καυλὸς[22] αὐτῆς χυλισθεὶς, καὶ μετὰ πυρῶν ἑψημένων ῥοφηθείς[23].

19) Nec Ald., nec Asulan., nec Marcell. habent *κινεῖ*, sed primus Cornarus. Asulan. et Marcell. addunt *δι' αὐτοῖς*.

20) Hoc *καὶ* — *ἐπισπᾶται* quanquam Serap. habet, in Ald. deest; primus scripsit Asulan.

21) Sic Ald. et Cornar.; pessime vero Asulan. *κινεῖ μετὰ μέλιτος τοῖς πνιγομένοις* etc.

22) Sic Serap. et Lacuna; *χυλὸς* Ald.; *καρπὸς* Asulan. et sequ.

23) In cod. X. additur: *ψυκτικὴν δὲ ἔχει δύναμιν ἐπὶ τῶν καυσωδῶς πυρεττόντων.*

vertiginosis, similiter sumta. Drachmis vero duabus pota, contra viperarum morsus auxiliatur, et partus interimit. Mentem vero interdum non nihil turbat. Ciet et urinam epota. Subdita autem vulvae, partus secundasque attrahit. Sed et eclegma ex ea fit cum melle strangulatu oppressis, aegre spirantibus tussientibusque, laterum doloribus, ruptis atque convulsis. Quin etiam lienem ternis obolis pota ex aceto tricenis diebus colliquat: nec non ad idem vitium cum fico utiliter illinitur. Ad muliebres insessus decoquitur, qui quidem matricem purgandi fetusque enectos eiiciendi potestatem habent. Succus e radice vere exprimitur, qui ex aqua mulsa potus tum cetera antedicta praestat, tum pituitam ducit. Ad scabies et lepras fructus efficaciter inungitur ac imponitur. Sed et caulis succus lac attrahit, cum tritico cocto sorptus.

Κεφ. ρπβʹ. (ρπεʹ.) [Περὶ Ἀμπέλου μελαίνης.] Ἄμπελος μέλαινα, οἱ δὲ βρυωνία μέλαινα, οἱ δὲ Χειρώνειον ἄμπελον, [οἱ δὲ βουκράνιον, Ῥωμαῖοι ὀβλαμήνια, οἱ δὲ βατανούτα, οἱ δὲ βετισάλκα, Δακοὶ πριαδῆλα, οἱ δὲ πεγρίνα, Ἄφροι λαουοθέν·] φύλλα ἔχει κισσῷ ὅμοια, μᾶλλον δὲ πρὸς τὰ τῆς σμίλακος, καὶ οἱ καυλοί· μείζονα δὲ ταῦτα· ἐλλαμβάνεται δὲ καὶ αὕτη τῶν δένδρων ταῖς ἕλιξι· καρπὸς βοτρυώδης, χλωρὸς κατ᾽ ἀρχὴν, πεπανθεὶς δὲ μέλας γίνεται· ῥίζα μέλαινα ἔξωθεν, ἔνδοθεν δὲ πυξοειδής. Καὶ ταύτης οἱ καυλοὶ κατὰ τὴν πρώτην ἐκβλάστησιν λαχανεύονται· εἰσὶ δὲ καὶ οὐρητικοὶ καὶ καταμηνίων ἀγωγοὶ, τηκτικοὶ σπληνός· ἐπιληπτικοῖς καὶ σκοτωματικοῖς καὶ παραλυτικοῖς ἁρμόζουσιν· ἡ δὲ ῥίζα ὁμοίαν ἔχει δύναμιν τῇ λευκῇ, πρὸς τὰ αὐτὰ ἁρμόζουσαν, ἧττον μέντοι ἐνεργῇ[24]· ποιεῖ δὲ πρὸς τοὺς τῶν ὑποζυγίων λόφους, ἐπειδὰν ἑλκωθῶσι τὰ φύλλα σὺν οἴνῳ καταπλασσόμενα, καὶ πρὸς στρέμματα ὁμοίως ἐπιτίθενται.

Κεφ. ρπγʹ. (ρπςʹ.) [Περὶ Πτέριδος.] Πτέρις, οἱ δὲ

24) Sic cum Serap. lego; vulg. *ἐνεργεῖ.*

Cap. CLXXXII. (CLXXXV.) [*De Vite nigra.*] Vitis nigra, quam alii bryoniam nigram, alii vitem Chironiam, [nonnulli bucranium, Romani uvam taminiam, vel batanutam aut betisalcam vocant, Daci priadela aut pegrina, Afri lavothen] folia fert hederae similia, sed magis ad smilacis accedentia, ut et caules, sed omnia haec maiora. Ipsa quoque arbores cirris amplectitur. Fructus racemosus, protinus viridis, maturus vero niger fit. Radix extus nigra, intus buxei coloris. Huius etiam caules ad primam germinationem olerum ad instar adhibentur. Urinas quoque cient, menses pellunt, lienem colliquant: nec non et comitialibus, vertiginosis et paralyticis idonei sunt. Radix autem simili gaudet, ac alba, efficacia, licet minore, eadem etiam praestat. Folia vero cum vino exulceratis iumentorum cervicibus efficaciter illinuntur: atque contorsionibus quoque utiliter imponuntur.

Cap. CLXXXIII. (CLXXXVI.) [*De Filice.*] Filix,

πτέριον, οἱ δὲ πτερίνεον, οἱ δὲ δασύκλωνον, οἱ δὲ ἀνάσφορον, οἱ δὲ βλῆχνον[25], οἱ δὲ πολύῤῥιζον καλοῦσι [προφῆται Ἑρμοῦ βάϊν, Ῥωμαῖοι φίλις φανάρια, οἱ δὲ λακοῦλλα, οἱ δὲ φίλικεμ, Αἰγύπτιοι αἷμα ὄνου.] Φύλλα ἐστὶν ἄκαυλα καὶ ἀνανθῆ καὶ ἄκαρπα ἐξ ἑνὸς μόσχου, περὶ πῆχυν τὸ μέγεθος, ἐντετμημένα καὶ ἀνηπλωμένα, ὡς πτέρυξ, ὑποδυςώδη· ῥίζαν δὲ ἔχει ἐπιπόλαιον, μέλαιναν, ὑπομήκη, ἐκφύσεις ἔχουσαν πολλὰς, ὑποστυφούσας τῇ γεύσει. Φύεται ἐν ὀρεινοῖς καὶ πετρώδεσι τόποις. Ταύτης ἡ ῥίζα ἕλμινθα[26] πλατεῖαν ἐκτινάσσει, < δʹ ὁλκὴ μετὰ μελικράτου λαμβανομένη[27]· βέλτιον δὲ, εἰ μετὰ σκαμμωνίας ἢ ἐλλεβόρου μέλανος ὀβολῶν τεττάρων[28] δοίη τις· δεῖ δὲ προσκορδοφαγεῖν τοὺς λαμβάνοντας· ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς ἀποκατάστασιν σπληνιῶσιν· [καὶ μετὰ ἀξουγγίου δὲ ἡ ῥίζα τριφθεῖσα[29] καὶ καταπλασθεῖσα ποιεῖ πρὸς τοὺς ὑπὸ καλάμου πληγέντας· ἡ δὲ δοκιμὴ τοιαύτη, ἔνθα ἐστὶ βλῆχνον καὶ πολὺς κάλαμος στεφανῶν, ἀφανίζεται

25) Cod. N. *βλῆχρον*. In ipso hoc capite postea *βλάχνον*, quae lectio etiam adoptatur a Phania Eresio (Athen. 9, 19.) et Scholiaste Nicandri ther. 39. Nicander ipse *βλῆτρον* vocat.
26) Sic primus Cornar.; *ἕλμιν* habent cod. N., Ald., Asulan. et Marcell.
27) Cod. X. addit *καὶ ἔμβρυα ἐκβάλλει.*
28) Cod. N. *δύο*. Sic et Oribas.
29) Ex Plin. et Celso Sarac. pro inepto *ποθεῖσα* hanc vocem substituit.

quam alii pterion aut pterineon, alii dasyclonon, seu anasphoron, nonnulli blechnon, aut polyrrhizon appellant, [prophetae Mercurii surculum, Romani filicem (?) veneream, aut lacullam, aut filicem, Aegyptii asini sanguinem] folia habet sine caule, sine flore, sine semine, eaque ex uno stipite cubitali prodeunt, incisa et pennae in modum pansa, subgravi odore. Radice gaudet superficiali, nigra, longiuscula, propaginibus multis, gustu subadstringentibus. Nascitur in montanis et rupestribus locis. Huius radix latum vermem excutit, sumtis drachmis quatuor ex aqua mulsa: satius est, si cum scammoniae aut ellebori nigri obolis quatuor (duobus potius ?) aliquis exhibuerit. Allia autem prius sumturos edisse expedit. Eadem et lienosis, ut convalescant, confert. [Quin etiam cum axungia contrita et imposita ictis ab arundine efficaciter auxiliatur. Cuius rei

τὸ βλῆχνον· καὶ πάλιν ἔνθα ἐστὶ κάλαμος, καὶ πολὺ βληχνοστεφανοῦν, ἀφανίζεται ὁ κάλαμος][30].

Κεφ. ρπδʹ. (ρπζʹ.) [Περὶ Θηλυπτερίδος.] Θηλυπτερὶς, οἱ δὲ νυμφαίαν πτέριν ὀνομάζουσι, [Ῥωμαῖοι λίγγουα κερβίνα] τὰ μὲν φύλλα πτέριδι ὅμοια, [οὐ μονόμοσχα δὲ, ὡς τὰ ἐκείνης, ἀλλὰ][31] πολλὰς ἔχοντα ἀποφύσεις καὶ ὑψηλοτέρας· Ῥίζαι δὲ ὕπεισι μακραὶ, πλατεῖαι[32], ὑπόξανθοι ἐν τῷ μέλανι, τινὲς δὲ ἐρυθραί. Καὶ αὗται δὲ σὺν μέλιτι ἐν ἐκλεικτῷ λαμβανόμεναι, πλατεῖαν ἕλμινθα[33] ἐκβάλλουσι· σὺν οἴνῳ δὲ πινόμεναι < γʹ πλῆθος, στρογγύλην ἐκτινάσσουσιν ἕλμινθα· γυναιξὶ δὲ δοθεῖσαι, ἀσυλληψίαν ποιοῦσι· κἂν ἔγκυος δὲ λάβῃ[34], ἐκτιτρώσκει· ξηραὶ δὲ ἐπὶ τῶν δυςαλθῶν[35] καὶ

30) Omnis hic locus valde suspectus, quia, praeter Ald., in nullo veteri codice occurrit; nec dictionem habet Dioscor., δοκιμῆς exemplo, ubi ἔλεγχος dicturus noster fuisset. Neque scriptura alius loci mendosior; ita enim Ald.: καὶ μετὰ ἀξουγγίου ἡ ῥίζα ποθεῖσα καὶ καταπλασθεῖσα ποιεῖ πρὸς τοὺς ὑπὸ καλάμου πληγέντας· ἡ δὲ δοκιμὴ τοιαύτη· ἔνθα ἐστὶ πολὺς κάλαμος καὶ πολὺ βλάχνον, στεφάνωσον ...... ἀφανίζεται τὸ βλάχνον. Equidem scripsi hunc locum, quemadmodum Sarac. resarciendam esse lacunam suasit.

31) Cum nec cod. C., nec Serap. haec habeat, nec cum natura congruant, suspecta sunt.

32) Cum Oribas., cod. C. et Ald. lego. πλαγίαι legit Plin. et Marcell. ex eo. Omisit hoc et sequens πλείους, quod sola Ald. habet, Serap.

33) Et hic et infra cod. C. et Ald. habent ἕλμιν.

34) Sic cod. C., Lacuna, Marcell., cum Plin. et Serap.; διαβῇ sola Aldina.

35) Sic Ald. et Serap.; δυςαλφῶν C.

probatio talis est: perimetur filix, quam copiosior arundo ambitu cinxerit, et contra evanescet arundo, quam multa filix circumdederit.]

Cap. CLXXXIV. (CLXXXVII.) [*De Thelypteride.*] Thelypteris, quam et nymphaeam pterin, [Romani vero linguam cervinam] vocant, folia habet filici similia [non tamen ex uno stipite, sicut illius, sed] plures habentia propagines et elatiores. Radices subsunt longae, latae, ex nigro flavescentes, interdum et rubrae. Hae autem cum melle in linctu sumtae latum vermem expellunt: potae vero ex vino drachmis tribus teretes lumbricos eiiciunt. Datae feminis conceptum impediunt. Quodsi a gravida sumantur, abortum illa faciet. Aridae vero in-

καθύγρων ἑλκῶν ἐπιπάσσονται[36]*· λόφους τε ὑποζυγίων ἰῶνται· τὰ δὲ φύλλα αὐτῆς ἀρτίβλαστα λαχανεύεται ἑφθὰ βιβρωσκόμενα*[37]*, καὶ κοιλίαν μαλάσσουσιν.*

Κεφ. ρπέ. (ρπη΄.) [Περὶ Πολυποδίου.] Πολυπόδιον, [οἱ δὲ σκολόπενδρον, οἱ δὲ πτερὶς, οἱ δὲ πολύῤῥιζον, Ῥωμαῖοι φιλίκουλα φλουκιτάλις][38] *φύεται ἐν πέτραις βρύα ἐχούσαις καὶ ἐν ἀρχαίοις πρέμνοις, μάλιστα δρυῶν*[39]*, σπιθαμῆς ἔχουσα τὸ ὕψος, ὅμοιον τῇ πτέριδι, ὑπόδασυ, τετμημένον, οὐ μὴν οὕτω λεπτοσχιδῶς*[40]*· ῥίζα δ' ὕπεστι δασεῖα, πλεκτάνας, ὡςπερεὶ πολύπους, ἔχουσα, πάχος μικροῦ δακτύλου· ξυσθεῖσα δὲ, ἔνδοθεν χλωρὰ, στρυφνὴ δὲ τῇ γεύσει καὶ ὑπόγλυκυς, δύναμιν ἔχουσα καθαρτικήν. Δίδοται δὲ συγκαθεψομένη ὄρνιθι, ἢ ἰχθύσιν, ἢ σεύτλῳ, ἢ μαλάχῃ πρὸς κάθαρσιν· ξηρὰ δὲ ἐπιπασσομένη ἐν μελικράτῳ, ἄγει φλέγμα*

36) Omnino sic e cod. C. et Serap. emendanda vulgata scriptura *ἐπιπλάσσονται.*

37) Paullo aliter cod. N., *λαχανευθέντα, ἑφθὰ καὶ βρωθέντα κοιλίαν μαλάσσει.*

38) Sic cod. N.; *φολίκου λαλίκου τάλις* legitur in Ald.

39) E Serap. iam Marcell. corruptum textum sic castigavit. Legitur enim in editt.: *ἐν τοῖς ἀγρίοις πρέμνοις τοῖς ἐπὶ τῶν δρυῶν.* Codd. Vindobonenses nil auxilii offerunt: alter enim (C.) lacunam habet, alter ineptiora vulgata scriptura: *καὶ ἐπὶ τοῖς γεράνοις κρήμνοις ἐπὶ τῶν βρύων.*

40) C. *λεπτόν.*

sperguntur ulceribus aegre sanescentibus ac praehumidis: iumentorum quoque cervicibus medentur. Ceterum elixa folia, quae recens eruperint, olerum vice manduntur, ut alvum molliant.

Cap. CLXXXV. (CLXXXVIII.) [*De Polypodio.*] Polypodium [quod alii scolopendron, alii filicem, alii polyrrhizon, Romani filiculam (?) flucitalem vocant] nascitur in rupibus muscosis et in truncis antiquis, praesertim quercuum: spithamam altum est, filici simile, subhirsutum, incisum, sed haud tam tenui divisura. Radix subest hirsuta, cirros habens, ceu polyporum, digitum minimum crassa. Derasa vero, intus virens est, gustu acerba et subdulcis, purgandi vi praedita. Datur autem ad alvum solvendam, cocta cum gallina, aut piscibus, aut beta, aut malva. Arida vero aquae mulsae inspersa pituitam

καὶ χολήν· ποιεῖ καὶ πρὸς στρέμματα[41] *ἡ ῥίζα λεία καταπλασσομένη, καὶ πρὸς ῥαγάδας τὰς ἐν μεσοδακτύλοις*[42].

Κεφ. ρπϛ΄. (ρπθ΄.) [Περὶ Δρυοπτερίδος.] Δρυοπτερὶς [οἱ δὲ πτέριον, οἱ δὲ νυμφαία πτέρις, Ῥωμαῖοι φιλίκλαμ][43] *φύεται κατὰ τὰ βρυώδη μέρη τῶν παλαιῶν δρυῶν, ὁμοία πτέριδι, ἐλάττων δὲ πολλῷ τῇ σχέσει*[44]. *Ῥίζας δὲ ἔχει κατ᾽ ἐπιπλοκὴν δασείας, στρυφνὰς κατὰ τὴν γεῦσιν ἐν τῷ γλυκεῖ*[45]. *Αὕτη ἐπιπλασθεῖσα λεία σὺν ταῖς ῥίζαις, τρίχας ψιλοῖ. Δεῖ δὲ ἀποψᾶν τὸ πρῶτον, μετὰ τὸ ἰκμᾶσαι τὸν χρῶτα, καὶ νεαρὸν ἐπιπλάσσειν.*

Κεφ. ρπζ΄. (ρϛ΄.) [Περὶ Κνίκου.] Κνίκος φύλλα ἔχει ἐπιμήκη, ἐντετμημένα, τραχέα[46], *ἀκανθώδη· καυλοὺς δὲ δι-*

41) Serap. forte legit: *τρίμματα νεύρων*. Cod. C. *ὄμματα*, N. *στόματα*, utrumque pessime.

42) Insolentissimam parumque graecam vocem Marcell. iam cum *δακτυλίῳ* mutare cupiebat, sed refragabatur consensus codicum ipsorumque interpretum, in quibus Serapion habet: *scissuras digitorum* et *emorroydes*. C. Hofm. var. lect. 5, 14. male igitur ad codicem quemdam provocavit, qui *δακτυλίῳ* habeat: nusquam is exstat.

43) Haec cod. C.

44) Sic cod. C.; *σχίσει* vulg. naturae contrarium. Plinii (27, 48.) *tenuis foliorum dulcium divisura* hunc locum plane non reddit.

45) Ald. habet *ῥέπουσα* l. *ῥέπουσαν*, quod abest a codd. Neque cum *ἐν τῷ* componi solet, sed cum *πρὸς τὸ* et *εἰς τό*.

46) Matthioli cod. *παχέα*.

ducit et bilem. Trita imposita facit eadem ad contorsiones et ad rimas, quae inter digitos fiunt.

Cap. CLXXXVI. (CLXXXIX.) [*De Dryopteride.*] Dryopteris [quam et pterion et nymphaeam pterin, Romani filiculam nominant] nascitur in muscosis partibus veterum quercuum, filici similis, sed multo humilior habitu. Radices habet inter se implicitas, hirsutas, gustu cum dulcedine quadam adstringentes. Filix haec si trita cum radicibus illinatur, pilos abolet. Primum autem cutem, ante humectam, abstergere oportet, ac recentem eam herbam imponere.

Cap. CLXXXVII. (CXC.) [*De Carthamo.*] Carthamus folia habet oblonga, incisa, aspera, spinosa: caules

πηχυαίους[47], *ἐφ' ὧν κεφάλια*[48] *κατὰ μέγεθος ἐλαίας*[49]· *ἄνθος κρόκῳ ὅμοιον· σπέρμα λευκὸν καὶ πυῤῥὸν*[50], *ἐπίμηκες, γεγωνιωμένον. Τούτῳ τῷ ἄνθει χρῶνται εἰς τὰ προσοψήματα. Τὸ σπέρμα κοπτόμενον καὶ χυλιζόμενον σὺν ὑδρομέλιτι καὶ ζωμῷ ὄρνιθος, κοιλίαν καθαίρει· κακοστόμαχον δέ ἐστι· γίνεται δὲ καὶ κοπτάρια, κοιλίας μαλακτικὰ, τοῦ ὀποῦ αὐτοῦ*[51] *μιγέντος ἀμυγδάλῳ καὶ νίτρῳ καὶ ἀνίσῳ καὶ μέλιτι ἑφθῷ. Δεῖ δὲ πρὸ δείπνου λαμβάνειν εἰς δ' διελόντα, ὡς βασιλικοῦ καρύου μέγεθος, β' ἢ γ'· σκευάζειν δὲ τὸν τρόπον τοῦτον δεῖ· κνίκου λευκοῦ ξέστην α', θασίων*[52] *πεφωγμένων καὶ λελεπισμένων*[53] *κυάθους τρεῖς, ἀνίσου ξέστην ἕνα*[54], *ἀφρονίτρου* < *α', ἰσχάδων τῆς σαρκὸς ἀριθμῷ λ'. Πήσσει δὲ καὶ γάλα ὁ χυλὸς τοῦ σπέρματος, καὶ λυτικώτερον*[55] *ποιεῖ.*

47) Sic cod. C. et Serap.; *πηχυαίους* vulgo.
48) Sic cod. C.; *κεφαλήν* vulgo.
49) Ex Oribas. et Serap. *θαλλίας* s. *θαλίας*, vulgarem scripturam, cuius verum significatum lib. 2. c. 75. invenimus, correxi.
50) Marcell. suspicatur *πύρινον* sive *πικρόν*.
51) C. *καὶ δι' αὐτοῦ πτισθέντος καὶ μιγέντος*.
52) Sic cod. C.; *θασσίων* vulgo.
53) Ex Serap. corrigendum vulgare *λελεπτυσμένων*.
54) Cod. N. *λίτραν μίαν*. 55) Cod. C. *ἀλυκώτερον*.

autem bicubitales, in quibus capitula mole olivae. Flos croceus: semen album rufumque, oblongum et angulatum. Eo flore in obsoniis utuntur. Seminis vero contusi expressique succus ex aqua mulsa aut gallinacei iusculo alvum purgat, sed stomacho adversatur. Fiunt et ex eo placentulae alvum mollientes, adiectis succo amygdalis, nitro, aniso melleque cocto. In frustula quatuor divisis singulis (placentulis), nucis iuglandis mole frustula bina aut terna ante prandium sumuntur. Ratio parandi ea est, ut accipiantur carthami candidi sextarius unus, thasiarum (amygdalarum) tostarum et decorticatarum cyathi tres, anisi sextarius unus, spumae nitri drachma una, cum carne caricarum numero triginta. Seminis denique succus lac etiam coagulat, ipsumque ad solvendam alvum efficacius reddit.

κοιλίας συνεψόμενον ταῖς τροφαῖς ἁρμόζει· ἔναιμόν τέ ἐστι καὶ ἀφλέγμαντον, σὺν ἐρίοις οἰσυπηροῖς ἢ σπόγγοις ἐπιτιθέμενον· στέλλει καὶ ὑστέραν καὶ ἕδραν προπεπτωκυῖαν, καὶ οὖλα ἀφεστῶτα καὶ αἱμοῤῥαγοῦντα· ποιεῖ καὶ πρὸς νομὰς καὶ ἐρυσιπέλατα, ἕρπητας, λέπρας, λειχῆνας, πτερύγια, σύν τινι τῶν ἐπιτηδείων μιγνύμενον· φαγεδαινικά τε ἕλκη, συνεχῶς ἀπαντλούμενον, καὶ νομὰς ἵστησιν· ὠφελεῖ καὶ ποδαγρικοὺς, καταντλούμενον θερμὸν μετὰ θείου· ὑπώπιά τε αἴρει, σὺν μέλιτι καταχριόμενον· πρός τε τὰς ἐγκαύσεις τῆς κεφαλῆς σὺν ῥοδίνῳ καὶ οἰσυπηροῖς ἐρίοις ἢ σπόγγῳ· ὑδρωπικούς τε καὶ δυσηκόους ὑπατμισθὲν θερμὸν ὠφελεῖ, καὶ ἤχους καὶ συριγμούς· ἐνσταχθὲν δὲ κτείνει τοὺς ἐν ὠσὶ σκώληκας· στέλλει καὶ φύγεθλα, χλιαρὸν καταντλούμενον, ἢ διὰ σπόγγων ἐπιτιθέμενον, καὶ κνησμοὺς παρηγορεῖ· πρός τε θηρίων δήγματα, ὅσα ψύχει, κατάντλημα θερμόν· ψυχρὸν δὲ τοῖς πυροῦσι τῶν ἰοβόλων· ποιεῖ καὶ πρὸς θανάσιμα πάντα, πινόμενον θερμὸν καὶ ἐξεμούμενον, μάλιστα πρὸς μηκωνείου καὶ κωνείου[21] *πόσιν, καὶ αἵματος καὶ γάλακτος θρόμβωσιν*

21) Cod. X. add. *καὶ ἀκονίτου*, quod et Serap. habet.

fluxionibus, in cibariis coctum. Cruentis vulneribus idoneum est, ac inflammationes arcet, cum succidis lanis aut spongiis impositum. Reprimit et procidentias vulvae sedisque, item gingivas abscedentes et sanguinem fundentes. Est etiam efficax ad ulcera pascentia, erysipelata, herpetas, lepras, lichenas et pterygia, si cum aliquo conveniente misceatur: ulcera phagedaenica et alia vastantia fotu continuo cohibet: podagricis calido fotu cum sulfure auxiliatur: sugillata tollit, cum melle inunctum. Contra capitis ardores cum rosaceo in succidis velleribus et spongia imponitur. Ad hydropem, auditum difficilem auriumque sonitus et susurros ferventis vapor proficit: instillatum quoque vermes in auribus necat. Panos coërcet tepidi fotus, aut si imbuta eo spongia imponatur: pruritus etiam permulcet. Contra venenatorum morsus, qui frigoris sensum afferunt, calidi fotus prodest: uti frigidi contra eorum ictus, quae exurens virus eiaculantur. Calidum potum ac vomitu redditum adversus omnia venena

ἐν κοιλίᾳ, πρός τε μύκητας καὶ ἰξίαν καὶ σμίλακα σὺν ἁλσί· βδέλλας τε ποθείσας καταῤῥοφούμενον ἀποβάλλει· καὶ βῆχα χρονίαν πραΰνει, τὴν δὲ πρόσφατον ἐρεθίζει· ἁρμόζει δὲ καὶ πρὸς ὀρθόπνοιαν, θερμὸν καταῤῥοφούμενον· στέλλει δὲ ἀναγαργαριζόμενον καὶ τὰ ἐν βρόγχῳ ῥεύματα, συναγχικοῖς τε ἁρμόζει, καὶ πρὸς κιονίδα κεχαλασμένην, καὶ πρὸς ὀδόντων πόνον, θερμὸν διακλυζόμενον.

Κεφ. κβ'. [Περὶ ὀξυμέλιτος.] Ὀξύμελι σκευάζεται οὕτω· λαβὼν ὄξους κοτύλας ε', καὶ ἁλὸς θαλασσίου μνᾶν μίαν[22]*, μέλιτος μνᾶς ι', ὕδατος κοτύλας ι', μίξας ἕψησον, ἄχρις οὗ δεκάκις ἀναβράσῃ, καὶ ψύξας κατάγγισον. Δοκεῖ δὲ λαμβανόμενον πάχος ἄγειν, ὠφελεῖν ἰσχιαδικοὺς καὶ ἀρθριτικοὺς καὶ ἐπιληπτικούς· ἀρήγει δὲ καὶ τοῖς ὑπὸ ἐχίδνης καὶ*[23] *τῆς καλουμένης σηπὸς δηχθεῖσι, καὶ τοῖς μηκώνειον ἢ ἰξίαν πιοῦσιν· ἀναγαργάρισμά τε συναγχικῶν ὠφέλιμον.*

22) Cf. Plin. 14, 21. et 23, 29.; ubi *salis marini pondo libram et quadrantem* posuit pro *thymbrae quadrantem* Pintianus, seu Ferdin. Nannez de Gusman.

23) Cornar. *καὶ* interponendum esse suasit.

efficax est: ac praesertim contra hausta meconium, conium, sanguinis lactisque in ventre coagula, fungos, ixiam et taxum, cum sale. Voratas hirudines sorbitione eiicit: tussim veterem mitigat, ac recentem lacessit. In orthopnoea calidum commode sorbetur. Quin et gutturis fluxiones gargarizatu inhibet; anginis et laxatae uvulae convenit: nec non et calidum contra dentium dolorem colluitur.

Cap. XXII. [*De Oxymelite.*] Oxymel hoc modo paratur: Aceti heminas quinque, salis marini minam unam, mellis minas decem et aquae sextarios quinque pariter coquito, donec decies efferbuerint, mox, ubi refrixerint, elutriato. Creditur sumtum crassos humores extrahere, atque ischiadicis, arthriticis atque comitialibus opitulari. Est et auxilium contra viperae morsum eiusque lacertae, quam sepa vocant, itemque contra haustum meconium ixiamve. Utilis denique anginosis gargarizatus.

Κεφ. κγ'. [Περὶ Ὀξάλμης.] Ὀξάλμη ὠφελεῖ καταντλουμένη πρὸς νομὰς, σηπεδόνας, κυνόδηκτα καὶ τὰ ἀπὸ τῶν ἰοβόλων δήγματα· στέλλει δὲ καὶ τὰς ἐπὶ τῶν λιθοτομηθέντων αἱμοῤῥαγίας, εὐθέως μετὰ τὴν χειρουργίαν θερμὴ ἐγκλυζομένη[24]*, καὶ ἕδραν προπεπτωκυῖαν· ἐγκλύζεται δὲ ἐπὶ τῶν μετὰ νομῆς δυςεντερικῶν· δεῖ δὲ ἐπεγχυματίζειν γάλακτι· καταῤῥοφουμένη δὲ καὶ ἀναγαργαριζομένη βδέλλας κτείνει· σμήχει δὲ καὶ πίτυρα καὶ ἀχῶρας.*

Κεφ. κδ'. [Περὶ Θυμοξάλμης.] Θυμοξάλμη, ᾗ ἐχρῶντο οἱ ἀρχαῖοι ἐπὶ τῶν ἀσθενῆ τὸν στόμαχον ἐχόντων, κατὰ τρεῖς ἢ τέσσαρας κυάθους πρὸς ὕδωρ θερμὸν κεραννύντες, καὶ διδόντες ἐπὶ ἀρθριτικῶν καὶ πνευματουμένων· ἄγει δὲ τὰ παχέα καὶ μέλανα· σκευάζεται δὲ οὕτω· θύμου λείου ὀξύβαφον, ἁλῶν ἴσον, ἀλφίτων, πηγάνου[25]*, γλήχωνος, ἑκάστου ὀλίγον, βαλὼν εἰς ἄγγος, ἐπίχει ὕδατος κοτύλας ς', ὄξους ἡμικοτύλιον, περιθείς τε ὀθόνιον ἐξαιθρίαζε.*

24) Lacuna legit *καὶ ἐγκαθιζομένη.*
25) Haec duo, *ἀλφίτων* et *πηγάνου*, adsunt in Ald.; Asulan. videtur neglexisse in textu, in nothis vero habet.

Cap. XXIII. [*De Aceto salso.*] Acetum salsum fotu contra ulcera depascentia, putrida, canum morsus et venenatos ictus auxiliatur. Sistit et sanguinis eruptiones, quae post exsectum calculum obveniunt, dum protinus post operationem calidum infunditur: prociduam quoque sedem reprimit. Alvus eorum eo colluitur, qui intestinorum difficultate cum ulceribus vastantibus vexantur: sed illico post superinfundendum lac est. Hirudines sorbitione interimit et gargarizatu: furfures denique et achores exterget.

Cap. XXIV. [*De Thymoxalme.*] Thymoxalme veteres utebantur, dabantque laborantibus imbecillitate stomachi, itemque arthriticis et inflatione oppressis ternos quaternosve cyathos, aqua calida dilutos: humores crassos atrosque ducit. Hoc vero modo factitatur: Thymi triti acetabulum, salis idem modus, polentae, rutae, pulegii, singulorum exiguae portiones in vas coniiciuntur, et aquae sex heminae acetique dimidia hemina affunduntur, atque circumposito linteo sub diu exponuntur.

Κεφ. κέ. [*Περὶ σκιλλητικοῦ ὄξους.*] Τὸ δὲ σκιλλητικὸν ὄξος σκευάζεται τοῦτον τὸν τρόπον· καθάρας λευκὴν σκίλλαν καὶ κατατεμὼν καὶ διείρας λίνῳ, ὥςτε μὴ θιγγάνειν τοὺς τόμους ἀλλήλων, ξηράνας ἐν σκιᾷ ἐπὶ ἡμέρας μ΄, λαβὼν μνᾶν μίαν ἐξ αὐτῆς, κάθες εἰς ξέστας ὄξους καλοῦ ιβ΄· ἄφες τε ἡλίῳ ἡμέρας μ΄[26] βρέχεσθαι, πωμάσας τὸ ἀγγεῖον ἐπιμελῶς· μετὰ δὲ ταῦτα ἀνελόμενος τὴν σκίλλαν καὶ ἐκπιέσας, αὐτὴν μὲν ῥίψον· τὸ δὲ ὄξος ὑλίσας κατάγγιζε καὶ ἀποτίθεσο· ἔνιοι δὲ μνᾶν πρὸς ὄξους ξέστας ε΄ μίσγουσιν· οἱ δὲ, αὐτόθεν καθάραντες, δίχα τοῦ ξηρᾶναι, τὸν σταθμὸν ἴσον βάλλουσι, καὶ ἐῶσι μῆνας ς΄· γίνεται δὲ τὸ τοιοῦτον τμητικώτερον. Εὐθετεῖ δὲ διακλυζόμενον πρὸς οὖλα μυδῶντα, στέλλον καὶ στεῤῥοποιοῦν αὐτὰ, καὶ ὀδόντας κινουμένους· καὶ τὰς περὶ τὸ στόμα σηπεδόνας καὶ δυςωδίας ἱκανῶς ἀνασκευάζον· καταῤῥοφούμενον δὲ τόν τε βρόγχον στερεοῖ, καὶ τυλώδη[27] ποιεῖ, καὶ τὸν ἦχον εὔτονον καὶ λαμπρὸν ἀποτελεῖ·

26) Sic manifesto legit Serap. Nec aliter in Aëtio ac Columella. ζ΄ vulgo.

27) Serap. legit σαρκώδη.

Cap. XXV. [*De Aceto scillitico.*] Acetum scilliticum hoc modo conficitur: Purgatam scillam candidam concidito, sectas taleolas autem lino traiectas modicis intervallis, ne se contingant, suspendito, atque ita siccato in umbra per quadraginta dies. Earum minam in aceti boni sextarios duodecim immergito, et, vase diligenter operculato, per quadraginta dies in sole macerari sinito: postea scillam eximito, et expressam abiicito: acetum vero percolatum in vas diffundito atque reponito. Nonnulli minam scillae unam aceti sextariis quinque admiscent. Alii postquam extemplo scillam repurgarunt citra exsiccationem, parem eius mensuram adiiciunt, et per sex menses macerari iubent. Ac tale quidem acetum maiorem incidendi vim habet. Aptum autem id est, dum colluitur, ad gingivas humore praegnantes astringendas roborandasque, ad dentes vacillantes stabiliendos, putrida oris ulcera et graveolentiam sananda: sorbitione fauces durat callosasque reddit, vocem denique expedit, ac limpidam

παραλαμβάνεται δὲ πρὸς στομαχικοὺς καὶ δυςπεπτοῦντας, ἐπιληπτικοὺς, σκοτοδινιῶντας, μελαγχολικοὺς, ἀπηλιθιωμένους· ἔτι δὲ καὶ πρὸς ὑστερικὰς πνίγας καὶ σπλῆνας ὑπερόγκους καὶ ἰσχιάδας· ἀναλαμβάνει δὲ καὶ τοὺς λίαν ἀσθενεῖς· καὶ τὸ σῶμα ὑγιεινὸν καὶ εὔχρουν κατασκευάζει· ἔστι δὲ καὶ ὀξυδερκές· καὶ πρὸς δυςηκοΐαν [ἐνσταγῆναι][28] δυνατὸν, ἐὰν ἐγχυματίζηται· καὶ καθόλου πρὸς ἅπαντα ἐνεργεῖ, πλὴν ἑλκώσεων τῶν ἐντὸς [κεφαλαλγιῶν καὶ νευρικῶν][29]· δίδου δὲ καθ' ἡμέραν ῥοφεῖν νήστει τὴν μὲν ἀρχὴν ὀλίγον, καταβραχὺ δὲ προςαύξων ἄχρι κυάθου· τινὲς δὲ κυάθους β' διδόασιν, ἢ καὶ πλεῖον.

Κεφ. κς'. [Περὶ σκιλλητικοῦ οἴνου.] Ὁ δὲ ἀπὸ τῆς σκίλλης οἶνος γίνεται οὕτως· κατατεμὼν, ὡς εἴρηκα, τὴν σκίλλαν, ξήρανον ἐν ἡλίῳ, ἔπειτα κόψας αὐτῆς μνᾶν μίαν, καὶ διασήσας λεπτῷ κοσκίνῳ, ἔνδησον ὀθονίῳ ἀραιῷ, καὶ κάθες εἰς γλεύκους καλοῦ καὶ προςφάτου ξέστας κ'· τρίμηνόν

28) Hoc redundat: nec in Serap. legitur.

29) Desunt uncinis inclusa in Serap., nec consentiunt cum veterum reliquorum praeceptis. Codex interpretis constantinop. apud Matthiolum habet νεφριτικῶν loco νευρικῶν.

reddit canoramque. Sed et stomachicis, cibum aegre concoquentibus, comitialibus, vertiginosis, melancholicis ac mente captis exhibetur. Datur et contra hystericas suffocationes, lienes praetumidos et ischiada. Imbecillos admodum recreat: corporis salubritatem coloremque meliorem praestat. Oculorum quoque aciem auget: ad auditum difficilem efficax est, si infundatur. Generatim ad omnia valet, praeterquam ad internas exulcerationes [eorum, qui capitis dolori nervorumque affectibus sunt obnoxii]. Ceterum datur quotidie ieiunis sorbendum, inter initia quidem quantitate exigua, sed ea dein paullatim augetur ad cyathum usque. Nonnulli binos cyathos aut amplius exhibent.

Cap. XXVI. [*De scillitico vino.*] Fit et e scilla vinum hoc modo: Dissectam, uti dictum est, scillam in sole siccato, dein contusam eius minam tenui cribro incernito, et linteo raro illigatum in vicenos sextarios musti recentis ac boni demergito: atque, ubi trimestri spatio

τε ἔασον βραχῆναι· μετὰ δὲ ταῦτα μετεράσας τὸν οἶνον εἰς ἕτερον ἀγγεῖον, ἀπόθου περισφηκώσας ἐπιμελῶς· ἔνεστι δὲ καὶ ὑγρᾷ τῇ σκίλλῃ χρῆσθαι, ἐπιτέμνοντα αὐτὴν γογγυλίδος τρόπον, καὶ τὴν ὁλκὴν διπλασιάσαντα· δεῖ δὲ ἡλιάζειν ἐπὶ ἡμέρας μ', καὶ παλαιοῦν ἄγαν. Ἔτι δὲ καὶ οὕτω σκευάζεται ὁ προειρημένος οἶνος· λαβὼν σκίλλης ἐντετμημένης καὶ κεκαθαρμένης μνᾶς γ', κάθες εἰς γλεύκους καλοῦ μετρητὴν ἰταλικὸν, καὶ μῆνας ἕξ ἔασον πωμάσας· εἶτα ὑλίσας καὶ μετεράσας ἀπόθου. Εὐθετεῖ δὲ πρὸς ἀπεψίας καὶ διαφθορὰς τροφῆς, καὶ τοὺς ἀπεμοῦντας ταύτην· ἐφ' ὧν τε πάχος κοιλίᾳ παράκειται ἢ στομάχῳ· σπληνικοῖς καὶ καχέκταις, καὶ ὑδρωπικοῖς, ἰκτερικοῖς, δυςουροῦσι, στροφουμένοις, πνευματουμένοις, παραλυτικοῖς, ῥίγεσι χρονίοις, σκοτωματικοῖς, σπάσμασι· καταμηνίων τε ἀγωγός· ἥκιστα δὲ νεῦρα λυπεῖ· ἀμείνων δὲ ὁ παλαιότερος· φυλάσσεσθαι δὲ δεῖ αὐτοῦ τὴν χρῆσιν ἔν τε πυρετοῖς καὶ ἐπὶ τῶν ἐντὸς ἐχόντων ἕλκος.

Κεφ. κζ'. [Περὶ θαλαττίων οἴνων.] Οἱ δὲ διὰ θα-

maduerit, elutriatum vinum, obstructo diligenter vase, recondito. Licet quoque humida scilla uti, (in orbiculos) rapi modo dissecta, sed duplicato pondere. Ceterum vinum id quadraginta diebus insolari oportet, et valde inveterascere. Sed et insuper alia est ratio parandi id vinum. Scilicet scillae dissectae ac purgatae minae tres in musti boni cadum (amphoram) italicum adiiciuntur, et senos menses vase obstructo macerari sinuntur: post id tempus defaecatum transfusumque vinum reconditur. Utile autem est ad cruditates ciborumque corruptiones, item iis, qui cibum revomunt, nec non, quorum ventrem stomachumve crassi humores obsident. Prodest et lienosis, malo habitu praeditis, hydropicis, regio morbo urinaeque difficultate laborantibus, torminosis, inflatione vexatis, paralyticis, diuturnis rigoribus, vertiginosis atque convulsis. Menses etiam pellit, minimeque nervos infestat. Vetustate fit melius. Sed vitandus ipsius usus tum in febribus, tum in iis, qui ulcus quoddam intus habent.

Cap. XXVII. [*De vinis aqua marina confectis.*]

λάττης οἶνοι ποικίλως σκευάζονται· οἱ μὲν γὰρ εὐθέως αὐτῶν, μετὰ τὸ τρυγηθῆναι[30] *τὴν σταφυλὴν, μιγνύουσι θάλασσαν· ἔνιοι δὲ προθειλοπεδεύουσι, καὶ οὕτω πατοῦσι, μιγνύντες θάλασσαν· οἱ δὲ σταφιδώσαντες τὴν σταφυλὴν, βρέχουσιν ἐν πίθοις μετὰ θαλάσσης, καὶ οὕτω πατοῦντες ἐκθλίβουσι· γίνεται δὲ ὁ τοιοῦτος γλυκύς· οἱ μέντοι γε πρὸς τὴν γεῦσιν αὐστηρότερον σκευαζόμενοι, ποιοῦσι καὶ πρὸς πυρετῶν παρασκευὴν, εἰ μὴ παρεῖεν ἀμείνους, καὶ πρὸς κοιλίας ὑπαγωγὴν, καὶ ἐμπύοις, σκληροκοιλίοις, καὶ ὅσοι ὑπὸ τῶν ἀμιναίων ψαύονται κεφαλῆς· κακοστόμαχοι μέντοι καὶ οὗτοι, καὶ πνευμάτων γεννητικοί.*

Κεφ. κη'. [Περὶ οἴνων σκευαστῶν ἄλλων[31]*.] Οὐκ ἄχρηστον δὲ ὑπογράψαι νομίζομεν πρὸς τὸ πλήρη τὴν ἱστορίαν τοῖς φιλιστοροῦσι γενέσθαι, καὶ τὴν τῶν ποικιλοτέρων οἴνων σκευασίαν· οὐχ ὅτι πολλή τίς ἐστιν ἢ ἀναγκαία ἡ χρῆσις αὐτῶν, ἀλλ' ἵνα κατὰ μηδὲν αὐτῶν ἐλλείπειν δοκῶ-*

30) Lacuna addidit e vet. cod. *καὶ πατηθῆναι.*

31) Ausus sum, novum caput ordiri, cum antea attexta sint sequentia capiti priori.

Marina vina vario modo conficiuntur. Nonnulli enim, simul ac decerptae sunt uvae, aquam maris admiscent: alii in cratibus prius uvas in sole siccant, iisque dein calcatis marinam adiiciunt. Alii passas prius uvas in doliis aqua marina macerant, moxque calcatas exprimunt. Et eiusmodi quidem vinum dulce evadit. Quae tamen austeriore gustu temperantur, etiam in febribus subsidio sunt, dum meliora defuerint. Valent et ad alvum subducendam et ad puris colluvies, iisque, qui alvo sunt dura (prosunt), quique facile ex aminaei usu capite tentantur. Attamen et huiusmodi vina stomacho adversantur flatusque pariunt.

Cap. XXVIII. [*De vinis aliis factitiis.*] Quo pleniorem habeant historiam, qui huius studio tenentur, haud inutile duximus, multiplices varie conficiendorum vinorum modos describere: non, quod frequens aut necessarius sit eorum usus, sed ne quid omisisse videamur, quod ad vi-

μεν· εἰσὶ δὲ αὐτῶν ἔνιοι ἧττον περίεργοι καὶ πίπτοντες εἰς τὴν χρῆσιν· ὡς ὁ διὰ τῶν κυδωνίων καὶ ἀπίων καὶ κερατίων, ἔτι δὲ καὶ ὁ διὰ μύρτων σκευαζόμενος[32]. *Ὁ μὲν οὖν κυδωνίτης, ὃν ἔνιοι μηλίτην καλοῦσι, σκευάζεται οὕτω· μήλων κυδωνίων ἐξελὼν τὸ σπέρμα, καὶ τεμὼν ὡς γογγυλίδα, εἰς μετρητὴν γλεύκους, χάλασον μνᾶς ιβʹ πρὸς ἡμέρας λʹ· εἶτα διϋλίσας ἀπόθου· σκευάζεται δὲ καὶ οὕτω· δεῖ μετὰ τὸ κόψαι καὶ ἐκθλίψαι τὰ κυδώνια τοῦ χυλοῦ τούτων μίξαι τοῖς ιβʹ ξέσταις ἕνα ξέστην μέλιτος, καὶ οὕτω χρὴ ἀποθέσθαι· ἔστι δὲ στυπτικὸς, εὐστόμαχος, δυσεντερίαις ἁρμόζων, ἡπατικοῖς, νεφριτικοῖς τε καὶ δυσουροῦσι.*

Κεφ. κθʹ. [*Περὶ μηλομέλιτος.*] *Καὶ μηλόμελι δὲ, ὃ καὶ κυδωνόμελι ὀνομάζεται, σκευάζεται οὕτω· μήλων κυδωνίων ἐξαιρεθέντων τὰ σπέρματα καὶ βληθέντων εἰς μέλι ὅτι πλεῖστον, ὥστε ἐνεσφηνῶσθαι· γίνεται προσηνὲς μετ᾽ ἐνιαυτὸν, οἰνομέλιτι ἐοικός· ἁρμόζον πρὸς ἃ καὶ ἡ πρὸ αὐτοῦ σκευασία.*

32) Editt. hic: *Κεφ. κηʹ. Περὶ κυδωνίτου οἴνου.*

norum tractatum pertineat. Sunt autem ex factitiis illis nonnulla minoris operae et laboris, quae tamen in usum veniunt: sicut quae e cydoniis, pyris, siliquis, itemque myrti baccis parantur. Itaque cydonites, quod alio nomine melites appellatur, ita fieri solet: Cydonia mala, exemtis seminibus, frustatim, raporum modo, conciduntur, eaque duodecim minarum pondere in musti cadum demittuntur, ubi per triginta dies manent: tandem excolatum vinum reponitur. Paratur et hoc modo: Ad succi cydoniorum tusorum pressorumque sextarios duodenos mellis sextarios singulos adiicere oportet, atque ita recondere. Vinum id astringit, stomacho utile est: itemque prodest dysentericis, hepaticis, nephriticis, et qui difficulter mingunt.

Cap. XXIX. [*De Melomelite.*] Melomeli, quod et cydonomeli appellatur, hoc modo paratur: Cydonia mala, seminibus exemtis, in plurimam mellis copiam ac ita coniiciuntur, ut quasi cuneentur. Id post annum suave redditur, mulso non dissimile. Valet autem ad eadem, ad quae superior confectura.

Κεφ. λ'. [Περὶ ὑδρομήλου.] Ὑδρόμηλον δὲ σκευάζεται, μιγνυμένου τοῦ ἐκ τῶν κυδωνίων μηλομέλιτος[33] μετρητοῦ ἑνὸς πρὸς β' μετρητὰς ἀφεψημένου ὕδατος καὶ ἡλιαζομένου ἐν τοῖς ὑπὸ κύνα· δύναμις δὲ καὶ τούτου ἡ αὐτή.

Κεφ. λα'. [Περὶ ὀμφακομέλιτος.] Ὀμφακόμελι δὲ σκευάζεται τοῦτον τὸν τρόπον· λαβὼν ὄμφακας μήπω περκαζούσας, ἡλίαζε ἐπὶ ἡμέρας γ', καὶ μετὰ ταῦτα ἐκθλίψας βάλε πρὸς γ' μέρη τοῦ χυλοῦ μέλιτος καλλίστου ἀπηφρισμένου μετρητοῦ μέρος ἕν· καὶ ἡλίαζε καταγγίσας εἰς κεράμους. Δύναμιν δὲ ἔχει σταλτικὴν, ψυκτικήν· ὅθεν ἁρμόζει στομαχικοῖς, κοιλιακοῖς· ἡ χρῆσις δὲ αὐτοῦ μετ' ἐνιαυτόν.

Κεφ. λβ'. [Περὶ ἀπίτου οἴνου.] Ἀπίτης σκευάζεται ὁμοίως, ὥςπερ καὶ ὁ κυδωνίτης· μὴ λίαν δὲ ἔστωσαν οἱ ἄπιοι πέπειροι· καὶ ὁ τῶν κερατίων δὲ, καὶ ὁ τῶν μεσπίλων καὶ οὔων ὁμοίως σκευάζεται· πάντες δέ εἰσι στυπτικοὶ, στρυφνοὶ, εὐστόμαχοι, ῥεύματα ἔνδον ἐπέχοντες.

Κεφ. λγ'. [Περὶ οἰνανθίνου.] Ὁ δὲ οἰνάνθινος σκευά-

33) Cf. Paull. lib. 7. p. 279.

Cap. XXX. [*De Hydromelo.*] Fit hydromelon, mensura una melomelitis e cydoniis facti ad duas aquae coctae et per caniculae aestum insolatae addita. Ac vis huius eadem quoque est.

Cap. XXXI. [*De Omphacomelite.*] Omphacomelitis faciendi ratio haec est: Uvas acerbas nondum variantes tribus diebus insolato, dein exprimito: et ad ternas succi partes mellis optimi despumati singulas partes adiicito: mox confectionem in fictilia diffusam insolato. Vim reprimendi habet ac refrigerandi, quare stomachicis convenit ac coeliacis. Usus autem post annum est.

Cap. XXXII. [*De vino e pyris.*] Fit id perinde ac e cydoniis, sed circumspiciendum, ne nimis matura sint pyra. Quin et e siliquis etiam, mespilis et sorbis simili modo vina temperantur. Omnia haec astringunt, et acerba stomachoque utilia sunt, ac internas fluxiones cohibent.

Cap. XXXIII. [*De Oenanthino.*] Oenanthinum vi-

ζεται οὕτω· λαβὼν τῆς ἀγρίας ἀμπέλου τὸ ἄνθος βρυούσης ξηρὸν μνᾶς β′ εἰς μετρητὴν γλεύκους, πρὸς ἡμέρας λ′, εἶτα διϋλίσας ἀπόθου. Ποιεῖ δὲ πρὸς ἀτονίαν στομάχου, ἀνορεξίαν, κοιλιακοὺς καὶ δυςεντερικούς.

Κεφ. λδ′. [Περὶ ῥοΐτου οἴνου.] Ὁ δὲ ῥοΐτης οἶνος σκευάζεται οὕτως· ῥόας ἀπυρήνους λαβὼν ὡρίμους, καὶ θλίψας τὸν χυλὸν τῶν κόκκων ἀπόθου, ἢ ἀφεψήσας εἰς τρίτον, οὕτως ἀποτίθεσο. Ποιεῖ δὲ πρὸς τὰ ἐντὸς ῥεύματα καὶ πυρετοὺς ῥοώδεις· ἔστι δὲ εὐστόμαχος καὶ στεγνωτικὸς κοιλίας καὶ οὐρητικός.

Κεφ. λε′. [Περὶ ῥοδίτου οἴνου.] Ῥοδίτης δὲ οὕτω σκευάζεται· ῥόδων ξηρῶν κεκομμένων μνᾶν μίαν ἐνδήσας εἰς ὀθόνιον, κάθες εἰς γλεύκους ξέστας η′· μετὰ δὲ τρεῖς μῆνας διϋλίσας μετάγγιζε καὶ ἀποτίθεσο· χρήσιμος δὲ ἀπυρέτοις πρὸς στομάχου πέψεις καὶ πόνους ἐπιπινόμενος, πρός τε καθύγρους κοιλίας καὶ δυςεντερίαν[34]· σκευάζεται δὲ καὶ διὰ

34) Sic Ald. — Cornar.; *δυςεντερίας* Goupyl., Sarac.

num hoc modo concinnatur: Sumito florum siccorum e vite sylvestri pullulante minas duas, et in musti cadum mittito, post triginta dies excolatum recondito. Efficax est contra stomachi imbecillitatem, appetentiae defectum, coeliacum morbum et intestinorum difficultatem.

Cap. XXXIV. [*De rhoïte vino.*] E punicis autem vinum sic paratur: Punica sume nuclei expertia et matura, expressum e coccis succum, (aut ita ut est,) aut ad tertias decoctum, reponito. Efficax est contra fluxiones internas et febres profluviis comitatas. Est et stomacho utile, alvum astringit, et urinam movet.

Cap. XXXV. [*De vino rosato.*] Rosatum vero tali modo paratur: Rosarum siccarum tusarumque minam illigatam linteolo in musti sextarios octo coniicito: et post tres menses colo traiectum transfundito ac reponito. Utile est iis, qui febre carent, ad stomachi coctiones iuvandas doloresque leniendos, a cibo potum: nec non et contra humidas alvos ac dysenteriam. Fit quoque e succo rosa-

χυλοῦ ῥόδων καὶ μέλιτος μιγνυμένου, ὃ καλεῖται ῥοδόμελι· ἁρμόζει πρὸς τὰς ἐν ἀρτηρίᾳ τραχύτητας.

Κεφ. λς΄. [Περὶ μυρτίτου οἴνου.] Μυρτίτης δὲ σκευάζεται οὕτω· δεῖ μύρτα μέλανα παρακμάζοντα λαβόντα κόπτειν, καὶ ἐκθλίβειν τὸν χυλὸν δι᾽ ὀργάνου καὶ καταγγίζειν· ἔνιοι δὲ καὶ ἀφεψοῦσιν εἰς τρίτον· οἱ δὲ καὶ προθειλοπεδεύουσιν ἐν ἡλίῳ, καὶ ξηράναντες μίσγουσι τῇ χοίνικι κοπείσῃ τρεῖς κοτύλας ὕδατος καὶ οἴνου παλαιοῦ τὸ αὐτό· οὕτω τε ἐκθλίβουσι καὶ ἀποτίθενται. Ἱκανῶς δέ ἐστι στυπτικὸς καὶ εὐστόμαχος· ῥευματιζομένῳ τε στομάχῳ καὶ κοιλίᾳ χρήσιμος, πρός τε τὰς ἑλκώσεις καὶ ῥοῦν· μελαίνει δὲ καὶ τρίχας ἐν κεφαλῇ.

Κεφ. λζ΄. [Περὶ μυρσινίτου οἴνου.] Μυρσινίτης δὲ σκευάζεται οὕτω· δεῖ λαβόντα τῶν μελαίνων μυρσινῶν τοὺς ἀκρέμονας καὶ τὰ φύλλα σὺν τοῖς μύρτοις κόπτειν, καὶ βάλλειν εἰς τοὺς τρεῖς τοῦ γλεύκους χόας, τῆς μυρσίνης κεκομμένης μνᾶς ι΄, καὶ ἕψειν, ἄχρις ἂν δύο ὑπολειφθῶσιν ἢ τὸ ἥμισυ, καὶ διϋλίσαντας ἀποτίθεσθαι. Ποιεῖ δὲ οὗτος πρός

rum, admixto melle, quod rhodomeli vocant, fistulae spiritalis asperitudini utile.

Cap. XXXVI. [*De vino myrtite.*] Myrteum conficitur hoc modo: Myrti baccas nigras maturescentes tundito, torculoque expressum succum diffundito. Aliqui etiam ad tertias decoquunt. Alii baccas prius in cratibus ad solem siccant, et earum contusarum singulis choenicibus ternas aquae heminas et vini veteris parem modum adiiciunt: postea exprimunt atque recondunt. Potenter astringit, stomacho utile, alvi stomachique fluxionibus prodest, itemque contra intestinas ulcerationes fluoremque muliebrem: denique capitis etiam capillos denigrat.

Cap. XXXVII. [*De vino myrsinite.*] Myrsinites ita temperatur: Nigrae myrti teneri ramuli cum suis baccis foliisque tusi, decem minarum pondo, in tres musti congios merguntur coquunturque, donec duo supersint, aut certe dimidium: tandemque colatum id vinum ad usum reconditur. Contra achoras, furfures, exanthemata,

τε ἀχῶρας καὶ πίτυρα, ἐξανθήματα, οὖλα, παρίσθμια, ὦτα πυοῤῥοῦντα· στέλλει καὶ ἱδρῶτας.

Κεφ. λη'. [Περὶ σχινίνου οἴνου.] Καὶ ὁ σχίνινος δὲ ἐοικότως τῷ μυρσινίτῃ σκευάζεται.

Κεφ. λθ'. [Περὶ τερμινθίνου οἴνου.] Καὶ ὁ τερμίνθινος ὁμοίως· ἔγκαρποι γὰρ καὶ τούτων οἱ ἀκρέμονες λαμβάνονται· καὶ παραπλησίας εἰσὶ δυνάμεως· στυπτικοὶ καὶ εὐστόμαχοι, ῥεύμασί τε ἁρμόζοντες στομάχου, ἐντέρων, κύστεως, αἱμοῤῥαγίαις· κατουλοῦσι δὲ καὶ τὰ ῥευματικὰ πάντα ἕλκη, ἐπαντλούμενοι· τούς τε περὶ ὑστέραν καὶ ἕδραν ῥευματισμοὺς στέλλουσιν, ἐγκαθιζόμενοι.

Κεφ. μ'. [Περὶ φοινικίτου οἴνου.] Φοινικίτης· λαβὼν φοίνικας τὰς χυδαίους πεπείρους, βάλε εἰς πιθάκνην τετρημένην ἐν τῷ πυθμένι καὶ ἐσφηκωμένην[35] καλάμῳ πεπισσωμένῳ· τὸ δὲ τρῆμα λίνῳ βεβύσθω· ἐπίχει δὲ τοῖς δέκα χοίνιξιν χόας ὕδατος γ'· εἰ δὲ μὴ λίαν αὐτὸ γλυκὺ θέλεις εἶναι, πέντε χόας ἐπίχει· ἔα δὲ ἐπὶ ἡμέρας ι'· τῇ δὲ ια' ἀφαιρῶν

35) Vulgo ἐσφηνωμένην.

gingivarum tonsillarumque affectus et aures purulentas efficax est, ac sudores quoque cohibet.

Cap. XXXVIII. [*De lentiscino vino.*] Lentiscinum similiter ac myrsinites temperatur.

Cap. XXXIX. [*De terebinthino vino.*] Nec secus terebinthinum. Nam et harum arborum ramuli fructiferi sumi debent. Sed et similis sunt vina facultatis, siquidem astringunt, stomacho conducunt, fluxionibus ventriculi, intestinorum ac vesicae, itemque sanguinis profluvio commoda sunt. Ulcera omnia fluxioni obnoxia fotu ad cicatricem perducunt: vulvae denique ac sedis rheumatismos insessione cohibent.

Cap. XL. [*De vino palmeo.*] Palmeum vinum ut conficias, palmulas vulgares maturas in doliolum fundo pertusum ac arundine picata obstructum demittito, ita ut foramen lino obturatum sit. Tum denis choenicibus ternos aquae congios affundito: quodsi non admodum dulce esse libeat, quinos congios infundito, et ad decem dies ma-

τὸ ἀπὸ τοῦ καλάμου ὀθόνιον, ἀποδέχου οἶνον παχὺν καὶ γλυκὺν, καὶ ἀποτίθεσο. Ἔστι δὲ ἡδὺς μὲν, κεφαλαλγὴς δέ. ποιῶν πρὸς ῥεύματα, διὰ τὸ στύφειν· ὅθεν στομαχικοῖς καὶ κοιλιακοῖς καὶ αἱμοπτοϊκοῖς ἁρμόζει· ἔνιοι δὲ τὸ αὐτὸ πάλιν τοῦ ὕδατος μίσγοντες δέχονται· καὶ τοῦτο τρίτον ποιοῦσι, καὶ τέταρτον καὶ πέμπτον καὶ ἕκτον[36], ὅτε λοιπὸν ὀξίζει.

Κεφ. μα΄. [Περὶ κατορχίτου οἴνου.] Καὶ ο κατορχίτης δὲ, ὃν ἔνιοι συκίτην καλοῦσιν, ἐν Κύπρῳ σκευάζεται ὁμοίως τῷ φοινικίτῃ· διαφέρει δὲ, ὅτι ἐπὶ τούτου ἔνιοι ἀντὶ ὕδατος στεμφύλων ἀπόβρεγμα νεοθλίπτων τὸ ἴσον μέτρον βάλλουσιν· ἰσχάδες δὲ λαμβάνονται, αἵ χελιδόνιοι καλούμεναι, ἢ φοινικαί· μέλαιναι δέ εἰσι καὶ ἀποβρέχονται, ὡς προείρηται· μετὰ δὲ ἡμέρας δέκα ἐκλαμβάνεται τὸ ὑγρὸν, καὶ ἐκ δευτέρου καὶ τρίτου ἐπιχεῖται τοῦ ἐκ τῶν στεμφύλων ἀποβρέγματος τὸ αὐτὸ μέτρον· ὁμοίως δὲ ἐκ διαστημάτων ἐκλαμβάνεται τὸ τέταρτον καὶ πέμπτον ἀπόβρεγμα, ὁμοίως ὀξίζον,

36) Sic Ald.; ἕκτον omisit Asulan., ad notha ablegatum.

cerari sinito. Die undecimo, detracto ab arundine linteo, vinum crassum ac dulce excipito ac reponito. Suave illud quidem, sed capiti noxium. Facit contra fluxiones astringente sua vi: unde et stomachicis, coeliacis, sanguinemque exscreantibus confert. Sunt qui, addita rursum pari aquae mensura, liquorem excipiunt: id quod tertio, quarto, quinto et sexto faciunt: quod vero reliquum ab his est, acescit.

Cap. XLI. [*De vino catorchite.*] Catorchites, quod nonnulli sycites vocant, in Cypro, sicut palmeum, concinnatur: sed interest, quod in hoc parando nonnulli pro aqua recens pressorum vinaceorum diluti tantumdem adiiciunt. Sumuntur in hunc usum caricae nigrae, quae chelidoniae aut puniceae nominantur. Sunt autem nigrae, et macerantur, ut antedictum est. Post dies decem liquor excipitur, atque iterum ac tertio diluti vinaceorum par modus affunditur. Similiter spatiis intercedentibus excipitur et quarta et quinta infusio, qua simili modo acescente aceti vice utuntur. Vinum eiusmodi est tenuium par-

ᾧ ἀντὶ ὄξους χρῶνται. Λεπτομερὴς δέ ἐστι καὶ φυσώδης καὶ κακοστόμαχος, ἀποστρέφων ὄρεξιν, εὐκοίλιος μέντοι καὶ οὐρητικός· κατασπᾷ δὲ καὶ ἔμμηνα, καὶ γάλα δαψιλὲς ποιεῖ· αἷμα δὲ φαῦλον κατασκευάζει, καὶ ἐλεφαντιάσεώς ἐστι ποιητικὸν, ὡς καὶ τὸ ζῦθος· ἔνιοι δὲ καὶ ἅλων τοῖς ἓξ κεραμίοις ξέστας ἐμβάλλουσι δέκα· οἱ δὲ ἅλμης κεράμιον, δυςμετάβλητον καὶ εὐκοίλιον ἔσεσθαι διανούμενοι· οἱ δὲ καὶ θύμον καὶ μάραθρον προςτιθέασι τῷ πυθμένι, εἶτα τὰς ἰσχάδας, καὶ ἐναλλὰξ τοῦτο ποιοῦσιν, ἄχρις ἂν πληρώσωσι τὸ ἀγγεῖον.

Κεφ. μβ'. [Περὶ συκομορίτου οἴνου.] Σκευάζεται δὲ ὁ ἐκ τῶν συκομόρων ὡςαύτως· ὄξος δὲ γίνεται δριμὺ, διὰ τὸ μὴ ἐξισχύειν τὴν δύναμιν αὐτῶν φυλάσσειν τὴν γλυκύτητα τοῦ ῥυέντος[37].

Κεφ. μγ'. [Περὶ ῥητινίτου οἴνου.] Ὁ δὲ ῥητινίτης καὶ κατὰ τὰ ἔθνη σκευάζεται· πλεονάζει δὲ ἐν Γαλατίᾳ, διὰ τὸ ἀποξύνεσθαι τὸν οἶνον ἀπεπάντου μενούσης τῆς σταφυλῆς, διὰ τὸ ψύχειν, εἰ μὴ παραπλακῇ πευκίνῃ· κόπτεται

37) En Cilicismum cum Paullino congruum. Ep. ad Eph. 3, 18. ἵνα ἐξισχύσητε καταλαβέσθαι.

tium, flatus gignit, stomacho adversatur, appetentiam demit: bonam tamen facit alvum, et urinam ciet. Menses quoque trahit, et lactis ubertatem praestat: at vitiosum sanguinem creat, et elephantiasin gignit, sicut et zythum. Nonnulli senis amphoris denos salis sextarios adiiciunt: alii muriae amphoram. Sic enim aegrius vitiari et alvo idoneum reddi existimant. Alii etiam thymum foeniculumque in fundo substernunt, deinde caricas componunt, ac ita vicissim, donec vas expleverint.

Cap. XLII. [*De vino e sycomoris factitio.*] Fit et e sycomoris vinum eodem modo, sed in acetum acre degenerat, quoniam non ita praevalet vis eorum, ut manantis liquoris dulcedo retineri possit.

Cap. XLIII. [*De vino resinato.*] Resinatum vinum apud varias gentes factitari solet, sed plurimum in Galatia: quoniam illic, prae frigore non maturescente uva, vinum facile coacescit, nisi picea resina condiatur. Tundi-

δὲ σὺν τῷ φλοιῷ ἡ ῥητίνη, καὶ τῷ κεραμίῳ μίγνυται ἡμικοτύλιον· καὶ οἱ μὲν ἀπηθοῦσι μετὰ τὸ ἀποζέσαι, χωρίζοντες τὴν ῥητίνην· οἱ δὲ ἐῶσι· παλαιωθέντες δὲ γίνονται ἡδεῖς· πάντες δὲ κεφαλαλγεῖς οἱ τοιοῦτοι καὶ σκοτωματικοὶ, πεπτικοὶ μέντοι καὶ οὐρητικοὶ, καὶ καταῤῥοϊζομένοις καὶ βήσσουσιν ἁρμόζοντες· κοιλιακοῖς, δυσεντερικοῖς, ὑδρωπικοῖς, καὶ ῥοϊκαῖς γυναιξί· τοῖς δὲ ἐν βάθει εἱλκωμένοις ἔγκλυσμα· στυπτικώτερος μέντοι τοῦ λευκοῦ ἐστιν ὁ μελανίζων.

Κεφ. μδ΄. [Περὶ στροβιλίτου οἴνου.] Στροβιλίτης δὲ σκευάζεται, ἐναποβρεχομένων τῷ γλεύκει στροβίλων προσφάτων καὶ τεθλασμένων· ποιεῖ δὲ τὰ αὐτὰ τῷ ῥητινίτῃ· ἐὰν δὲ γλεύκει ἐναποβρέξας τις τοὺς στροβίλους ἑψήσῃ, ἁρμόζει καὶ φθινώδεσιν, ἱκανῶς πινόμενος.

Κεφ. με΄. [Περὶ κεδρίνου.] Ὁ δὲ κέδρινος, ἢ ἀρκεύθινος, ἢ κυπαρίσσινος, ἢ δάφνινος, ἢ πιτυϊνος, ἢ ἐλάτινος[38] σκευάζεται ὁμοίως· χρὴ γὰρ τὰ ξύλα νεότμητα σχίζοντας, ὅτε τὸν καρπὸν ἐκδίδωσι, τιθέναι πρὸς ἥλιον, ἢ ἐν βαλα-

38) Lacuna e vet. cod. addit ἢ δρυϊνος.

tur autem cum cortice resina et amphorae dimidia hemina permiscetur. Nonnulli, ubi efferbuit, excolant separantque resinam: alii eamdem relinquunt. Haec autem vina vetustate suavia redduntur. Sed omnia capitis dolorem vertiginemque faciunt: concoctionem tamen adiuvant et urinam cient: destillatione vexatis ac tussientibus prosunt: item coeliacis, dysentericis, hydropicis et feminis fluore muliebri laborantibus. Alvus iis eluitur, si intestina ulcerata sunt. Ceterum in hoc genere nigricans albo magis constringit.

Cap. XLIV. [*De vino strobilite.*] Strobilites fit, maceratis in musto strobilis recentibus et contusis, praebetque resinati effectus. Si quis strobilos musto praemaceratos decoxerit, abunde potum tabidis conducet.

Cap. XLV. [*De vino cedrino.*] Cedrinum, iuniperinum, cupressinum, laurinum, pineum et abiegnum simili ratione concinnantur. Arborum enim, dum fructus edunt, ligna recens caesa findenda sunt, solique aut balnei aestui exponenda, aut igni admovenda, uti consudent.

νείῳ, ἢ ἐν πυρὶ, ὥςτε συνιδρῶσαι, καὶ μίσγειν τῷ χοῒ τοῦ οἴνου μνᾶν μίαν, καταμίξαντάς τε ἐᾷν μῆνας β′, εἶτα μεταγγίζειν, καὶ ἡλιάσαντας ἀποτίθεσθαι· πληροῦν δὲ δεῖ τὰ ἀγγεῖα τῶν σκευαστῶν οἴνων· ἀποξύνει γὰρ τὰ ἀπόκενα. Ἄθετοι μέντοι οἱ φαρμακώδεις οἶνοι τοῖς ὑγιαίνουσι· θερμαντικοὶ δὲ πάντες, οὐρητικοὶ, ὑποστύφοντες· ὁ μέντοι δάφνινος θερμαντικώτερος· γίνεται δὲ καὶ ἐκ τοῦ καρποῦ τῶν μειζόνων[39] *κέδρων*[40] *οἶνος· δεῖ δὲ τῷ χοῒ τοῦ γλεύκους ἡμιμναῖον κεκομμένων τῶν κεδρίδων*[41] *μίξαι· ἡλιάσαι τε ἐφ' ἡμέρας μ′· μετὰ δὲ ταῦτα διϋλίζειν καὶ μεταγγίζειν.*

Κεφ. μϛ′. [Περὶ ἀρκευθιδίτου οἴνου.] Γίνεται καὶ ἐκ τοῦ τῶν ἀρκευθίδων καρποῦ, ὁμοίως τῷ κεδρίτῃ, τὰ αὐτὰ ποιῶν.

Κεφ. μζ′. [Περὶ κεδρίτου.] Κεδρίτης δὲ γίνεται οὕτω· κεδρίαν πλύναντες ὕδατι γλυκεῖ, διακλύζουσιν ἕκαστον κεράμιον κυάθῳ ἑνὶ, καὶ οὕτω πληροῦσι γλεύκους· θερμαντικὸς

39) Dalech. p. 39. legere maluit *μειόνων*.

40) Cod. X. *κεδρίνων*.

41) Sarac. solus *κεδρίνων*.

Tum congio vini minam eorum unam addere licet, atque ita per duos sinere menses: dein transfundere, insolare iterum atque recondere. Vasa vero factitiorum vinorum impleri debent: namque ea, non expletis vasis, acescunt. Medicata quidem vina recte valentibus haud idonea sunt. Omnia haec calefaciunt, urinam cient, leviterque astringunt. Laurinum tamen vehementius excalfacit. Fit quoque vinum e cedri maioris fructu, in unum musti congium addito baccarum contusarum minae semisse. Sed diebus quadraginta insolari, ac, iis exactis, defaecatum in vasa transferri debet.

Cap. XLVI. [*De iuniperino vino.*] Fit et e baccis iuniperi similiter ac e cedri fructibus, et ad eadem valens.

Cap. XLVII. [*De cedrite.*] Cedrites hoc modo fit: cedriam dulci aqua lavant, et singulas amphoras singulis cyathis proluunt, et ita musto replent. Calefacit et hoc, attenuat, tussi antiquae citra febrem utile, nec non et

δὲ καὶ οὗτος γίνεται καὶ λεπτυντικὸς, βηχὶ παλαιᾷ ἁρμόζων δίχα πυρετῶν, καὶ πόνοις θώρακος, πλευρῶν, στρόφοις, ἕλκεσι τοῖς ἐν κοιλίᾳ καὶ ἐντέροις, ἐμπυϊκοῖς, ὑδρωπικοῖς[42], ὑστερικαῖς· ποιεῖ καὶ πρὸς ἕλμινθας καὶ πρὸς ῥίγη· βοηθεῖ θηριοδήκτοις, καὶ ἑρπετὰ κτείνει· ὠταλγίας τε ἐνσταζόμενος ἰᾶται.

Κεφ. μη'. [Περὶ πισσίτου οἴνου.] Οἶνος πισσίτης σκευάζεται διὰ πίσσης ὑγρᾶς καὶ γλεύκους· δεῖ δὲ τὴν πίσσαν πρῶτον πλύνειν θαλάσσῃ ἢ ἅλμῃ ἐφ' ἱκανὸν, μέχρις ἂν λευκανθῇ, καὶ ἡ θάλασσα καθαρὰ ἀποῤῥέῃ, ἔπειτα ὕδατι γλυκεῖ· καὶ τοῖς η' χοεῦσι μίσγειν οὐγγίας πίσσης α' ἢ β', καὶ ἐᾷν· μετὰ δὲ τὸ ἀναζέσαι καὶ καταστῆναι καταγγίζειν· ἔστι δὲ θερμαντικὸς, πεπτικὸς, σμηκτικὸς, ἀνακαθαρτικός· εὔθετος τοῖς περὶ θώρακα, κοιλίαν, ἧπαρ, σπλῆνα καὶ ὑστέρας πόνοις δίχα πυρετοῦ, καὶ χρονίοις ῥεύμασι, καὶ ἑλκώσεσι τοῖς ἐν βάθει· ποιεῖ καὶ πρὸς βῆχας, βραδυπεψίας, πνευματώσεις, ἄσθματα· καὶ πρὸς στρέμματα δὲ μᾶλλον μετ' οἰσυπηρῶν ἐρίων.

42) Hoc deest in solis Asul. et Marcell. Omnino tamen legitur in Ald., Cornar., Goupyl. et Sarac.

pectoris laterumque doloribus, torminibus, ulceribus in ventre intestinisque, purulentae colluviei in pectore, hydropibus et hystericis affectibus. Facit et adversus vermes et rigores: contra venenatorum morsus auxiliatur, ac serpentes necat: aurium denique doloribus instillatum medetur.

Cap. XLVIII. [*De vino picato.*] Picatum vinum ex liquida pice ac musto temperatur. Picem autem primum marina aut muria tantisper eluere oportet, donec inalbuerit, et sincera maris aqua defluat; mox aqua dulci iterum proluenda. Tum in congios octo musti additur picis uncia una aut altera, atque ita sinitur. Post ubi efferbuerit ac subsederit, in vasa diffunditur. Est autem calefaciens, concoquens, abstergens, purgans: commodum igitur in doloribus pectoris, alvi, hepatis, lienis atque matricis, si sine febre sint, itemque veteribus fluxionibus, inflationibus et anhelationibus: luxatis denique, praesertim in succida lana, imponitur.

Κεφ. μθʹ. [*Περὶ ἀψινθίτου οἴνου.*] Ἀψινθίτης δὲ ποικίλως σκευάζεται· οἱ μὲν γὰρ τοῖς μʹ καὶ ηʹ ξέσταις τῶν ἰταλικῶν κεραμίων μίξαντες ἀψινθίου ποντικοῦ λίτραν μίαν, ἕψουσι μέχρι τὸ τρίτον ἀπολειφθῇ· ἔπειτα προςεπιχέαντες γλεύκους[43] ξέστας ςʹ, καὶ ἀψινθίου ἡμίλιτρον ἐπιμελῶς μίξαντες, καταγγίζουσι, κατασταθέντα δὲ διϋλίζουσιν[44]. Οἱ δὲ μνᾶν ἀψινθίου εἰς τὸ κεράμιον καθιᾶσι, καὶ τὸ μετρητῇ τοῦ γλεύκους ἐμβρέχουσι[45], κόψαντες καὶ ἐνδήσαντες εἰς ὀθόνιον ἀραιὸν, ἐῶσιν ἐπὶ μῆνας δύο[46]. Οἱ δὲ ἀψινθίου οὐγγίας γʹ, ἔνιοι δὲ δʹ, καὶ νάρδου συριακῆς, κινναμώμου, κασσίας, σχοίνου ἄνθους, καλάμου, ἐλάτης φοινίκης ἀνὰ οὐγγίας βʹ καθιᾶσιν εἰς μετρητὴν γλεύκους, καὶ εἰς ὅλμον[47] κόψαντες καὶ σφηκώσαντες, ἐῶσι δίμηνον ἢ τρίμηνον· εἶτα διϋλίσαντες καὶ μεταγγίσαντες, ἀποτίθενται. Οἱ δὲ εἰς γλεύ-

43) E Plinio 14, 19. Asulan. et Cornar. posuerunt pro *ὄξους* Ald. Cornarum legisse *ξέστας ςʹ ςʹ*, exponitur e scriptura *ξς ςʹ* abbreviata, in manuscriptis codd. et in Ald. vulgari.

44) Lacuna addit e veteri cod. *καὶ ἀποτίθενται ἐπὶ μῆνας τρεῖς.*

45) *Καὶ — ἐμβρέχουσι* est in Ald., ad notha ablegatum ab Asulan., aut, ut videtur, in textu negligenter omissum, dein additum.

46) Lacuna legit: *Οἱ δὲ μνᾶν ἀψινθίου κόψαντες καὶ ἐνδήσαντες εἰς ὀθόνιον ἀραιὸν, εἰς τὸ κεράμιον τοῦ γλεύκους καθιᾶσι, καὶ ἐῶσιν ἐπὶ μῆνας δύο.*

47) Cod. X. *εἰς ὅλον.*

Cap. XLIX. [*De absinthite vino.*] Absinthites vario modo conficitur. Nonnulli in quadraginta octo sextarios italicarum amphorarum additam absinthii pontici libram coquunt ad tertias partes. Dein, ubi insuper affuderint sex musti sextarios, et absinthii dimidiam libram diligenter miscuerint, in vas diffundunt, cumque subsederit, excolant. Alii minam unam absinthii in amphoram demittunt, ac cado musti maceratam, tusam, et linteolo raro illigatam per duo menses sinunt. Alii absinthii uncias tres aut quatuor, nardi syriacae, cinnamomi, cassiae, floris iunci odorati et palmae elates, singulorum uncias duas, postquam in pila tuderint, in cadum musti coniiciunt, et obturato vase per duos tresve menses mittunt, tandem vero defaecatum vinum ad usum transfundunt. Sunt et, qui in musti cadum addant nardi celticae un-

κους μετρητὴν νάρδου κελτικῆς < ιδ′ καὶ ἀψινθίου < μ′. καθιᾶσιν, ἐν ὀθονίῳ δήσαντες, καὶ μεθ' ἡμέρας μ′ μεταγγίζουσιν. Οἱ δὲ, εἰς τοὺς ξέστας κ′ [48] τοῦ γλεύκους λίτραν α′. ἀψινθίου ἐμβάλλουσι, καὶ πιτυΐνης ξηρᾶς ῥητίνης οὐγγίας β′· μετὰ δὲ ἡμέρας ι′ διϋλίσαντες ἀποτίθενται. Ἔστι δὲ εὐστόμαχος, οὐρητικὸς, χρήσιμος βραδυπεπτοῦσιν, ἡπατικοῖς τε καὶ νεφριτικοῖς, καὶ ἰκτερικοῖς, ἀνορέκτοις, κακουμένοις στόμαχον· καὶ πρὸς ὑποχονδρίων τάσιν χρόνιον, καὶ πρὸς ἐμπνευματώσεις, ἕλμινθας στρογγύλας, ἔμμηνα ἐπεχόμενα· πρός τε ἰξίου πόσιν πλεῖστος ποθεὶς καὶ ἐξεμούμενος ἁρμόζει.

Κεφ. ν′. [Περὶ ὑσσωπίτου οἴνου.] Ὑσσωπίτης δὲ ὁ ἐκ τοῦ κιλικίου ὑσσώπου κάλλιστός ἐστι· σκευάζεται δὲ ὁμοίως τῷ ἀψινθίτῃ· δεῖ δὲ τῷ κεραμίῳ τοῦ γλεύκους λίτραν μίαν τοῦ ὑσσώπου κεκομμένων τῶν φύλλων προςδιδόναι, ἐνειλοῦντας εἰς ὀθόνιον ἀραιόν· συγκαθίενται δὲ λιθάρια, ἵνα τῷ πυθμένι προςκαθίσῃ ὁ ἔνδεσμος· μετάγγιζε δὲ δι' ἡμέρας μ′, διϋλίζων· ἁρμόζει δὲ πρὸς τὰ ἐν θώρακι καὶ πλευρῷ καὶ

48) Sic Ald. et Lacuna; Asulan. ξέστας ς′.

cias XIV et absinthii uncias XL, linteo illigatas: post XL dies vero elutriant. Alii denique in viginti sextarios musti absinthii libram et resinae pini siccae uncias duas immittunt, et post dies decem vinum excolant ac recondunt. Utile est stomacho, urinam ciet, tandem concoctionem promovet: hepaticis, nephriticis, regio morbo laborantibus, cibum aversantibus et stomacho male affectis auxiliatur. Valet et contra diuturnam hypochondriorum tensionem, inflationes, teretes lumbricos et remoratos menses. Denique prodest et contra haustum ixian, maiore copia potum, et vomitione redditum.

Cap. L. [*De hyssopite vino.*] Hyssopites e cilicio hyssopo optimum est: fitque haud secus ac absinthites. Scilicet tusorum hyssopi foliorum libra linteo raro involuta in amphoram musti coniicitur. Intra linteolum vero simul etiam lapilli immittuntur, ut degravatus ponduscuIo fasciculus fundum petat. Vinum post XL dies defaecatum elutriatur. Contra pectoris, lateris pulmonisque vitia, ve-

πνεύμονι πάθη, βῆχας τε παλαιὰς καὶ ἄσθμα· ἔστι δὲ καὶ οὐρητικὸς, καὶ στροφουμένοις ἁρμόζει, πρός τε ῥίγη τὰ ἐν περιόδοις· κινεῖ δὲ καὶ ἔμμηνα.

Κεφ. να΄. [Περὶ χαμαιδρυΐτου οἴνου.] Καὶ ὁ χαμαιδρυΐτης ὁμοίως τῷ ὑσσωπίτῃ σκευάζεται· θερμαντικὸς ὢν καὶ διαλυτικὸς, ἁρμόζων σπασμοῖς καὶ ἰκτέροις, ὑστερικαῖς πνευματώσεσι, βραδυπεψίαις, ὕδρωπι ἀρχομένῳ· ἀμείνων δὲ παλαιούμενος γίνεται.

Κεφ. νβ΄. [Περὶ στοιχαδίτου οἴνου.] Σκευάζεται καὶ στοιχαδίτης ὁμοίως· δεῖ δὲ τοῖς ς΄ χοεῦσι μνᾶν μίαν στοιχάδος διδόναι· διαλύει δὲ πάχη καὶ πνευματώσεις, καὶ πόνους πλευρᾶς καὶ νεύρων, καὶ καταψύξεις· δίδοται δὲ καὶ ἐπιληπτικοῖς ὠφελίμως μετὰ πυρέθρου καὶ σαγαπηνοῦ.

Κεφ. νγ΄. [Περὶ ὄξους στοιχαδικοῦ.] Γίνεται καὶ ὄξος διὰ στοιχάδος πρὸς τὰ εἰρημένα, ἐναποβρεχομένης ὄξει τῆς πόας, ὡς προείρηται· ποιεῖ δὲ πρὸς τὰ αὐτά.

Κεφ. νδ΄. [Περὶ κεστρίτου οἴνου.] Γίνεται δὲ ἐκ τοῦ

terem tussim et anhelationem prodest. Urinam quoque ciet, atque torminibus febriumque rigoribus circuitu redeuntibus auxiliatur. Menses denique movet.

Cap. LI. [*De chamaedryite.*] Chamaedryites simili, quo hyssopites, modo fieri solet. Calefacit ac discutit, ideoque convulsis, regio morbo, inflationibus hystericis, tardae concoctioni et incipienti hydropi subvenit. Ceterum inveterascens praestantius evadit.

Cap. LII. [*De stoechadite.*] Pari modo et stoechadites conficitur: sed in congios sex minam stoechadis unam addere oportet. Humores crassos dissolvit, et inflationes, lateris ac nervorum dolores ac frigora discutit. Datur et utiliter comitialibus cum pyrethro et sagapeno.

Cap. LIII. [*De aceto stoechadico.*] Ad eadem quoque fit acetum e stoechade, herba ipsa, uti ante dictum, aceto macerata: eosdem vero implet effectus.

Cap. LIV. [*De vino e betonica.*] Fit vinum et e

κέστρου τοῦ ψυχοτρόφου[49] *οἶνος· δεῖ δὲ λαμβάνειν τὴν πόαν, σπέρματος πλήρη πεπείρου σὺν τοῖς κλάδοις, καὶ μνᾶν μίαν βάλλειν εἰς οἴνου χοὰς β', ἐᾷν τε ἑπτὰ μῆνας, καὶ οὕτω μεταγγίζειν· ποιεῖ δὲ πρὸς πολλὰ τῶν ἐντὸς, καθάπερ καὶ ὁ θάμνος αὐτῆς. Καὶ καθόλου πάντες οἱ σκευαστοὶ οἶνοι ἀναλαμβάνουσι τὴν δύναμιν τῶν μιγμάτων· διὸ τοῖς τὰς ἐκείνων ἐπεγνωκόσι φύσεις εὐχερὲς, καὶ τὰς τῶν οἴνων δυνάμεις συμβάλλειν· ἀπυρέτοις μέντοι ἐστὶν ἡ τῶν οἴνων χρῆσις· καὶ ὄξος δὲ ἐξ αὐτοῦ γίνεται, πρὸς τὰ ἐοικότα πάθη χρησιμεῦον.*

Κεφ. νε'. [Περὶ τραγοριγανίτου οἴνου.] Τραγοριγανίτης. Τραγοριγάνου < δ' εἰς γλεύκους ξέστας δ' ἐν ὀθονίῳ χάλα πρὸς μῆνας γ', καὶ μετάγγιζε· ἁρμόζει στρόφοις, σπάσμασι, ῥήγμασι, πόνοις πλευροῦ, πνευμάτων διαδρομαῖς, δυσπεψίαις.

Κεφ. νς'. [Περὶ βουνίτου οἴνου.] Οἶνος διὰ βουνίου· βουνίου < β' κόψας, κάθες εἰς κοτύλας γλεύκους τέσσαρας, καὶ

49) Guil. Budaeus (de asse lib. 5. f. 115.) primus animadvertit, Plinium (14, 19.) *κέγχρον* pro *κέστρῳ* legisse, cum e milio vinum confici iubeat, et totidem quidem verbis, quae hic habet Diosc. Namque *libra et quadrans* facit fere *minam* = drachmas centum. Forte Plinius et legit *κέγχρου τοῦ φοβοτρόφου*. Alioquin enim haud tam graviter lapsurus fuisset.

betonica, quam psychotrophon appellant. Herba semine maturo praegnans cum suis ramulis, minae pondo, in vini congios duos coniicitur, septemque mensium spatio dimittitur, tandemque transfunditur. Ad multa intestina vitia, uti et frutex ipse, pollet. Generatim quoque factitia vina eorum, e quibus finguntur, vires sibi asciscunt. Quare iis, qui illorum naturam pernoverint, facile fuerit, vinorum vires coniectura consequi. Sed vinorum usus iis solummodo permittendus, qui febre careant. Fit etiamnum e betonica acetum, ad eadem vitia utile.

Cap. LV. [*De tragoriganite vino.*] Tragoriganites fit quaternis tragorigani drachmis linteo colligatis, in quaternos musti sextarios coniectis, et post tertium mensem transfusis. Prodest torminibus, convulsis, ruptis, lateris doloribus, flatuum discursibus ac difficilibus concoctionibus.

Cap. LVI. [*De bunite vino.*] E bunio fit vinum, binis drachmis bunii tusi in musti heminas quatuor mis-

τἄλλα ὁμοιως ποίει· ἁρμόζει δὲ στομαχικοῖς, κεκοπωμένοις δι᾽ ὁπλομαχίαν ἢ ἱππασίαν πολλήν.

Κεφ. νζ΄. [Περὶ δικταμνίτου οἴνου.] Δικταμνίτης· δικτάμνου < *δ΄*[50] *εἰς γλεύκους κοτύλας η΄ ἀπόβρεχε ὁμοίως. Ποιεῖ δὲ ἀσωμένοις στόμαχον, ἄγει καὶ λόχια καὶ ἔμμηνα.*

Κεφ. νη΄. [Περὶ πρασίτου οἴνου.] Ὁ διὰ πρασίου· πρασίου τοῦ ἀκμαίου φύλλα κόψας, χοίνικας β΄ κάθες εἰς μετρητὴν γλεύκους, καὶ τἄλλα ὁμοίως ποίει· ἁρμόζει δὲ τοῖς περὶ θώρακα καὶ πρὸς ὅσα τὸ πράσιον.

Κεφ. νθ΄. [Περὶ θυμίτου οἴνου.] Θυμίτης· θύμου κεκομμένου καὶ σεσησμένου οὐγγίας ρ΄[51]*, ἐνδήσας εἰς ὀθόνην, κάθες εἰς γλεύκους κεράμιον· ἁρμόζει πρὸς δυςπεψίας, ἀνορεξίας, δυςεντερίας*[52]*, νεύρων πόνους καὶ ὑποχονδρίων, φρίκας χειμερινὰς, καὶ πρὸς ἰοβόλα τὰ ψύχοντα καὶ σήποντα.*

50) Cod. Paris. apud Goupyl. *α΄*.

51) Cur Cornar. suaserit *δράχμας* l. *οὐγγίας* esse legendum, nescio. Namque *μνᾶν μίαν* potius, quam < *ρ΄* Diosc. scripsisset. Quadrant etiam centum unciae potius ad amphoram = 1080 unc., quam centum drachmae.

52) Sic Ald., Cornar., Goupyl. et Sarac.; *δυςενεργείας* Asul. et Marcell.; *δυςερευγμίας* Lacuna.

sis et ceteris eodem modo factis. Confert stomachicis, ac armorum certamine aut equitatione fessis.

Cap. LVII. [*De dictamnite vino.*] Dictamnitis conficiendi ratio haec est: Dictamni quaternas drachmas in octonis musti heminis similiter macerato. Facit adversus stomachi fastidia: ciet et lochia et menstruum sanguinem.

Cap. LVIII. [*De prasite vino.*] Ad vinum e marrubio conficiendum, foliorum marrubii adulti tusorum libras quatuor in musti cadum demittito, cetera similiter facturus. Convenit autem pectoris vitiis omnibusque, quibus et ipsum marrubium.

Cap. LIX. [*De thymite vino.*] Thymites sic fit: Thymi tusi et cribrati uncias centum linteo illigatas musti amphorae indito. Valet contra difficiles coctiones, appetentiae defectus, intestinorum difficultates, nervorum hypochondriorumque dolores, frigoris hyemalis horrores, itemque adversus animalia virus eiaculantia, quo frigus et putredo arcessuntur.

Κεφ. ξ'. [Περὶ θυμβρίτου οἴνου.] Θυμβρίτης ὁμοίως σκευάζεται, καὶ πρὸς τὰ αὐτὰ ποιεῖ, πρὸς ἃ καὶ ὁ θυμίτης.

Κεφ. ξα'. [Περὶ ὀριγανίτου οἴνου.] Ὀριγανίτης δὲ ὀριγάνου ἡρακλεωτικῆς σκευάζεται, ὁμοίως τῷ θυμίτῃ, ποιῶν πρὸς τὰ αὐτά.

Κεφ. ξβ'. [Περὶ καλαμινθίτου, γληχωνίτου καὶ ἀβροτονίτου οἴνου.] Καλαμινθίτης, γληχωνίτης, ἀβροτονίτης ὁμοίως σκευάζονται τῷ διὰ θύμου· ποιοῦσι δὲ στομαχικοῖς καὶ ἀνορεκτοῦσι, καὶ πρὸς ἴκτερον· οὐρητικοὶ γάρ εἰσιν.

Κεφ. ξγ'. [Περὶ κονυζίτου οἴνου.] Οἶνος κονυζίτης ὁμοίως σκευάζεται· ἔστι δὲ πάντων μᾶλλον θηριακός.

Κεφ. ξδ'. [Περὶ ἀρωματίτου οἴνου.) Ὁ δὲ ἀρωματίτης οὕτω κατασκευάζεται· φοίνικος, ἀσπαλάθου, καλάμου, νάρδου κελτικῆς, ἑκάστου χοίνικα[53] λειώσας, φύρασον γλεύκει[54], καὶ ποιήσας εὐμεγέθεις μάζας, βάλε εἰς γλεύκους αὐ-

53) Pondus suspectum. Si enim choenix habet duos sextarios aut tres heminas, id pondus quadruplicatum dat iam octo sextarios, qui musti sextariis duodecim macerari nequeunt. Hinc iam Cornar. suasit *οὐγγίαν* esse legendum, et Sarac. sic interpretatur. Forte loco *ξέστων* legendum *χόας*, sed haereo.

54) Lacuna sic legit in vet. cod.; *γλυκεῖ* vulgo.

Cap. LX. [*De vino thymbrite.*] Simili modo e thymbra vinum fit, quod eadem, quae thymites praestat.

Cap. LXI. [*De origanis vino.*] Origanites ex origano heracleotico non secus ac thymites conficitur, ad eadem etiam efficax.

Cap. LXII. [*De vinis e calamintha, pulegio et abrotano.*] E calamintha, pulegio et abrotano vina fiunt eodem, quo thymites, modo. Prosunt stomachicis et qui appetentia carent, ac valent etiamnum in morbo regio, cum urinas cieant.

Cap. LXIII. [*De vino conyzite.*] Similiter et e conyza vinum fit, quod contra venenata prae ceteris est efficax.

Cap. LXIV. [*De vino aromatico.*] Vinum aromaticum ita componitur: Palmae, aspalathi, calami, nardi celticae, singulorum choenica postquam contriveris, passo subigito, indeque factas grandiores offas in musti austeri

στηροῦ ξέστας ιβʹ, καὶ ἔασον ἡμέρας μʹ, σφηκώσας τὸ ἀγγεῖον· εἶτα διϋλίσας ἀποτίθεσο. Σκευάζεται δὲ καὶ ἄλλως· καλάμου ὁλκὰς ηʹ, φοῦ < ζʹ, κόστου < βʹ, νάρδου συριακῆς < ςʹ, κασσίας < ηʹ, κρόκου < δʹ, ἀμώμου < εʹ, ἀσάρου < δʹ· ταῦτα ὁμοῦ λειώσας καὶ ἐν ὀθονίῳ δήσας, χάλασον εἰς μετρητὴν γλεύκους, καὶ μετὰ τὸ ἀποζέσαι τὸν οἶνον μετάγγιζε. Ποιεῖ δὲ πρὸς πόνους θώρακος, πλευροῦ, πνεύμονος· δυσουρίαις τε καὶ ῥίγεσιν, ἐμμηνίοις ἐπισχεθεῖσι, καὶ τοῖς διὰ κρυμὸν ὁδεύουσιν ἁρμόζει πινόμενος· καὶ πρὸς τοὺς πάχος γεννῶντας· περιποιεῖ δὲ καὶ εὔχροιαν, ὑπνωτικός τέ ἐστι καὶ ἀνώδυνος, τοῖς περὶ κύστιν καὶ νεφροὺς ἁρμόζων πάθεσιν.

Κεφ. ξεʹ. [*Περὶ οἴνου τοῦ ἐκ σμύρνης, πεπέρεως καὶ ἴριδος.*] *Σκευάζεται δὲ καὶ οἶνος ἀρωματίτης*[55] *πρὸς καταῤῥους, βῆχας, ὠμότητας, ἐμπνευματώσεις καὶ πλάδον στομάχου· σμύρνης < βʹ, πεπέρεως λευκοῦ < αʹ, ἴριδος < ςʹ, ἀνίσου*[56] *< βʹ· ταῦτα ὁλόκοπα ἐνδήσας εἰς ὀθόνιον, κάθες*

55) Hoc *ἀρωματίτης* et Lacuna et Sambuc. legerunt in suis codd.
56) Sic Ald. et cod. Paris. Goupyl.; *ἀνήθου* Asul. et rell.

sextarios (congios?) duodecim deiicito, et operculato vase quadraginta dies macerari sinito: excolatum deinde vinum recondito. Est et altera eius parandi ratio: Calami drachmas octo, phu septem, costi duas, nardi syriacae sex, cassiae octo, croci quatuor, amomi quinque, asari quatuor: haec omnia simul trita et in linteo colligata in musti amphoram demergito, et postquam vinum deferbuerit, transfundito. Facit ad pectoris, lateris pulmonisque dolores: difficili urinae, rigoribus, retardatis mensibus, atque iis, qui per gelu iter faciunt, potu auxiliatur. Confert et iis, qui humores crassos gignunt, colorem quoque meliorem facit, somnum conciliat, dolores levat, vesicae ac renum vitiis utile.

Cap. LXV. [*De vino ex myrrha, pipere et iride.*] Fit et vinum aromaticum adversus catarrhos, tussim, cruditates, inflationes et superfluos ventriculi humores. Myrrhae drachmas duas, piperis albi unam, iridis sex, anisi tres: haec de integro concisa et linteolo illigata in sex

εἰς ξέστας ϛ´ οἴνου· μετὰ δὲ τρίτην διϋλίσας, ἀποτίθεσο εἰς λάγηνον· καὶ πότιζε μετὰ περίπατον, διδοὺς ἄκρατον, κύαθον α´.

Κεφ. *ξϛ´. [Περὶ νεκταρίτου οἴνου.] Ὁ δὲ νεκταρίτης σκευάζεται ἐκ τοῦ ἑλενίου, ὃ ἔνιοι μηδικὴν, οἱ δὲ σύμφυτον, οἱ δὲ ἰδαῖον φλόμον, οἱ δὲ Ὀρέστειον, οἱ δὲ νεκτάριον καλοῦσιν*[57]*· ἑλενίου ῥίζης ξηρᾶς οὐγγίας*[58] *ε´, ἐνδήσας εἰς ὀθόνιον, κάθες εἰς χόας ϛ´ γλεύκους, καὶ μετὰ γ´ μῆνας ἀπόχει· ποιεῖ δὲ πρὸς στόμαχον, θώρακα· ἄγει δὲ καὶ οὖρα.*

Κεφ. *ξζ´. [Περὶ τοῦ διὰ συριακῆς νάρδου καὶ κελτικῆς καὶ μαλαβάθρου οἴνου.] Ὁ δὲ διὰ συριακῆς νάρδου καὶ κελτικῆς καὶ μαλαβάθρου σκευάζεται οὕτως· ἑκάστου ἡμίμναιον λαβὼν, εἰς δίχουν γλεύκους κάθες, καὶ μετὰ μῆνας β´ διΰλιζε· δίδου δὲ καὶ κύαθον α´ πρὸς τρεῖς ὕδατος· ποιεῖ νεφριτικοῖς, ἰκτερικοῖς, ἡπατικοῖς, δυςουροῦσιν, ἀχρο-*

57) Cf. lib. 1. c. 27.

58) Sic Asulan.; < Ald. et cod. par. Goupyl.

vini sextarios coniicito. Vinum post triduum excolato et in lagena recondito. Ab inambulatione meraculum cyathi unius mensura propinatur.

Cap. LXVI. [*De vino nectarite.*] Nectarites paratur ex helenio, quod alii medicam, alii symphytum, alii phlomon idaeum, alii Orestion, nectarion alii nominant. Radicis helenii siccae uncias quinque, linteolo colligatas, in musti sex congios addito, et post tertium mensem diffundito. Facit ad stomachi et pectoris vitia, ac urinas quoque pellit.

Cap. LXVII. [*De vino e nardo syriaca, celtica et malabathro.*] E syriaca nardo, celtica et malabathro vinum conficitur in hunc modum: singulorum minae semissem in binos musti congios mittito, et post bimestre colato: cyathum unam cum tribus aquae exhibeto. Bene facit nephriticis, ictericis, hepaticis, in urinae difficultate, decolore corporis habitu et stomachi affectionibus. Sunt,

οὖσι, στομαχικοῖς· οἱ δὲ ἀκόρου οὐγγίας β' [59]*, κελτικῆς νάρδου οὐγγίας γ' ἐν κεραμίῳ γλεύκους σκευάζουσιν.*

Κεφ. ξη'. [Περὶ ἀσαρίτου οἴνου.] Ἀσαρίτης· ἀσάρου οὐγγίας γ' κάθες εἰς γλεύκους κοτύλας ιβ' ὁμοίως· ἔστι δὲ διουρητικὸς, ὑδρωπικοῖς ἁρμόζων καὶ ἰκτεριώδεσιν, ἡπατικοῖς, ἰσχιαδικοῖς.

Κεφ. ξθ'. [Περὶ τοῦ διὰ τῆς ἀγρίας νάρδου οἴνου.] Ὁ δὲ διὰ τῆς ἀγρίας νάρδου· νάρδου ἀγρίας τῆς ῥίζης προσφάτου λειώσας σεσησμένης κάθες οὐγγίας η' εἰς χοῦν γλεύκους ὁμοίως· καὶ ἔα μῆνας β'· χρήσιμος ἡπατικοῖς, δυσουροῦσι, πνευματουμένοις, στομαχικοῖς.

Κεφ. ο'. [Περὶ δαυκίτου οἴνου.] Δαυκίτης· δαύκου τῆς ῥίζης ὁλοκόπου οὐγγίας ς' [60] *εἰς γλεύκους κεράμιον κάθες ὁμοίως, καὶ μετάγγιζε· ποιεῖ δὲ πρὸς πόνους θώρακος, ὑποχονδρίων, ὑστέρας· ἄγει ἔμμηνα, ἐρυγὰς κινεῖ καὶ οὖρα· ἁρμόζει βηχὶ, σπάσμασι, ῥήγμασιν.*

59) Sic Asulan., Marcell.; *οὐγγίας η' ἢ β'* Ald.; *οὐγγίας α' ἢ β'* Cornar., Goupyl. et Sarac.

60) Sarac. e proportione musti ratus est pro <, quod priores habent editt., esse ponendum.

qui acori uncias duas, nardi celticae tres in musti amphoram adiiciant.

Cap. LXVIII. [*De vino asarite.*] Asarites sic conficito: Asari uncias tres in musti heminas duodecim itidem immittito. Id urinam ciet, atque hydropicis, regio morbo laborantibus, hepaticis ischiadicisque convenit.

Cap. LXIX. [*De vino e sylvestri nardo.*] E sylvestri nardo sic fit: Radicis sylvestris nardi recentis ac tritae cribrataeque uncias octo in musti congium similiter addito, et per duos menses sinito. Utile est in hepatis affectibus, urinae difficultate, inflatione et ventriculi passionibus.

Cap. LXX. [*De vino daucite.*] Radicis dauci de integro contusae uncias sex musti amphorae similiter indito, ac transfundito. Facit ad pectoris, hypochondriorum matricisque dolores: menses pellit, ructus promovet et urinas: prodest denique tussi, convulsis ruptisque.

Κεφ. οα΄. [*Περὶ ἑλελισφακίτου οἴνου.*] Ἑλελισφακίτης ὁμοίως· ἐλελισφάκου οὐγγίας η΄[61] ὁμοίως εἰς γλεύκους ἀμφορέα, ὅ ἐστι κεράμιον, κάθες· ποιεῖ δὲ πρὸς νεφρῶν πόνους καὶ κύστεως καὶ πλευρῶν, αἵματος ἀναγωγὰς, βῆχα, ῥήγματα, σπάσματα, θλάσματα[62], ἔμμηνα ἐστεγνωμένα.

Κεφ. οβ΄. [*Περὶ πανακίτου οἴνου.*] Πανακίτης· πάνακος οὐγγίαν α΄[63] εἰς χόα γλεύκους καθεὶς ὁμοίως μετάγγιζε· ποιεῖ σπάσμασι, ῥήγμασι, θλάσμασιν, ὀρθοπνοίαις· λεπτυντικὸς πάχους σπληνός· ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς στρόφους, ἰσχιάδας, βραδυπεψίας· καταμήνια ἄγει καὶ ἔμβρυα· ὑδρωπικοῖς καὶ θηριοδήκτοις ἁρμόζει.

Κεφ. ογ΄. [*Περὶ ἀκορίτου οἴνου.*] Ἀκορίτης δὲ καὶ ὁ ἀπὸ γλυκυῤῥίζης ὁμοίως σκευάζεται· δεῖ γὰρ ἑκάστου < η΄[64] εἰς χόας ϛ΄ πρὸς μῆνας γ΄ ἀποβρέχοντας μεταγγίζειν· ποιοῦσι δὲ πρὸς πλευρὰν καὶ θώρακα, κινοῦντες καὶ οὔρησιν.

61) Cornar. sic; < η΄ Ald.; *οὐγγίας ο΄* Asulan. et Marcell.
62) Adest in Ald., sed Asulan. omisit, dein inter notha positum.
63) Cod. X. *οὐγγίας ι΄.*
64) Sic Ald., cod. Par. apud Goupyl. et Marcell. interpr.; *οὐγγίας π΄* Asulan. et sequentes. Cum autem unc. 80 faciant libr. 13, drachm. 6, ratio ad congios 6 = 45 libr. haud idonea.

Cap. LXXI. [*De vino e salvia.*] Vinum e salvia similiter conficitur: Salviae uncias octo ad musti amphoram, quae eadem cum ceramio est, simili modo mittito. Valet contra renum dolores, vesicae et laterum, sanguinis reiectiones, tussim, rupta, convulsa, contusa et menses suppressos.

Cap. LXXII. [*De vino panacite.*] Panacis unciam unam in musti congium unum demittito ac similiter elutriato. Prodest convulsis, ruptis, contusis et orthopnoeae: lienis crassitiem extenuat: est et efficax contra tormina, coxendicum dolores tardasque concoctiones: menses partusque ducit: hydropi et venenatorum mor ss auxiliatur.

Cap. LXXIII. [*De vino acorite.*] Vina ex acoro et glycyrrhiza simili modo fiunt. Oportet enim singulorum drachmas octo in sex vini congiis per tres menses macerare, dein in vasa transferre. Faciunt ad lateris pectorisque vitia, et urinas movent.

Κεφ. οδʹ. [*Περὶ σελινίτου οἴνου.*] *Σελίνου σπέρματος ὡρίμου, νέου, σεσησμένου οὐγγίας θʹ* [65], *ἐνδήσας εἰς ὀθόνιον, βάλε εἰς κεράμιον γλεύκους ὁμοίως· ποιεῖ δὲ ὄρεξιν, καὶ στομαχικοῖς ἁρμόζει καὶ δυςουροῦσιν· ἔστι δὲ καὶ εὔπνους.*

Κεφ. οεʹ. [*Περὶ μαραθρίτου καὶ ἀνηθίνου οἴνου.*] *Καὶ μαραθρίτης καὶ ἀνήθινος καὶ πετροσελινίτης ὁμοίως σκευάζονται, πρὸς τὰ αὐτὰ ποιοῦντες.*

Κεφ. οςʹ. [*Περὶ ἁλοςανθίνου οἴνου.*] *Σκευάζεται δὲ καὶ δι' ἁλὸς ἄνθους καθαρτικώτερος τοῦ διὰ θαλάττης· κακοῖ δὲ φάρυγγα καὶ νεφρούς, κύστιν, στόμαχον· ὅθεν οὔτε πρὸς ὑγείαν, οὔτε πρὸς πάθη χρήσιμος ὁ τοιοῦτος.*

Κεφ. οζʹ. [*Περὶ φθορίου ἐμβρύων οἴνου.*] *Γίνεται δὲ καὶ φθόριος ἐμβρύων οἶνος· φυτευομέναις γὰρ ταῖς ἀμπέλοις συμφύεται ἐλλέβορος, ἢ σίκυς ἄγριος, ἢ σκαμμωνία, ὧν ἀναλαμβάνει ἡ σταφυλὴ τὴν δύναμιν· καὶ ὁ ἐξ αὐτῶν*

65) Sic Cornar., Goupyl. et Sarac.; *οὐγγίας οʹ* Asulan. < θʹ. Unciae 70 = $5\frac{10}{12}$ libr., pariter ac drachm. 9, ad amphorae mensuram, plus quam octoginta pondo, rationem ineptam constituunt.

Cap. LXXIV. [*De vino selinite.*] Seminis apii maturi, recentis et cribrati uncias novem linteolo colligatas in musti amphoram similiter demittito. Cibi appetentiam facit: stomachicis aptum est iisque, qui urinae difficultate laborant: halitum quoque commendat.

Cap. LXXV. [*De vinis marathrite et anethino.*] Ex foeniculo, anetho et petroselino vina eodem modo concinnantur, ad eadem efficacia.

Cap. LXXVI. [*De vino e salis flore.*] Paratur et e salis flore vinum, ad purgandum efficacius, quam quod aqua marina temperatur. Sed fauces, renes, vesicam et stomachum infestat. Quare neque in secunda, neque in adversa valetudine utile censetur.

Cap. LXXVII. [*De vino abortivo.*] Fit et vinum, quod fetus interimit. Namque, dum seruntur vites, elleborus aut cucumis sylvestris, aut scammonia una seruntur. Quorum vires uvae sibi asciscunt ita, ut vinum ex iis promtum abortivum evadat. Datur vero ieiunis

οἶνος γίνεται φθόριος· δίδοται[66] δὲ προεμημεκυίαις[67] νήστεσι κυάθων πλῆθος η' κεκραμένος.

Κεφ. οη'. [Περὶ θυμελαΐτου οἴνου.] Ὁ θυμελαΐτης· τῶν κλώνων σὺν τοῖς φύλλοις καὶ τῷ καρπῷ < λ'[68] βάλε εἰς γλεύκους χόας γ' καὶ σκεύαζε ἕψων κούφως, ἄχρις ἂν β' ἀπολειφθῶσι χόες, καὶ διϋλίσας ἀποτίθεσο. Καθαίρει ὑδατώδη καὶ σπλῆνα τήκει[69].

Κεφ. οθ'. [Περὶ χαμαιλαΐτου οἴνου.] Χαμαιλαΐτης· ἐπειδὰν ἀνθῇ ὁ θάμνος, μετὰ τῶν φύλλων κόψας καὶ σήσας βάλε < ι'[70] εἰς γλεύκους χοῦν, καὶ μετὰ μῆνας β' μετάγγιζε. Ποιεῖ δὲ ὑδεριῶσιν, ἡπατικοῖς, κεκοπωμένοις, καὶ ταῖς ἐκ τοκετοῦ δυςκαθάρτοις.

Κεφ. π'. [Περὶ χαμαιπιτυΐνου οἴνου.] Χαμαιπιτυΐνος ὁμοίως σκευάζεται, καὶ πρὸς τὰ αὐτὰ ἁρμόζει, διουρητικὸς ὤν.

Κεπ. πα'. [Περὶ μανδραγορίτου.] Μανδραγορίτης·

66) Vulgo *γίνεται.*
67) Asulan. et Marcell. *προςκεκμηκυίαις.*
68) Sic Ald., Cornar., Goupyl. et Sarac.; *οὐγγίας λ'* Asul. et Marcell.
69) Cod. X. *στέλλει.*
70) Sic Ald.; *οὐγγίας ιβ'* Asulan. et Marcell.; < *ιβ'* Cornar., Goupyl. et Sarac.

mulieribus, quae ante vomuerint, aqua mistum, cyathorum octo mensura.

Cap. LXXVIII. [*De vino thymelaïte.*] Ramorum thymelaeae cum suis foliis et fructu drachmas triginta in tres musti congios mittito et levi igne coquito, donec congii duo supersint: dein excolatum vinum recondito. Purgat aquosa, et lienem liquat.

Cap. LXXIX. [*De chamaelaite vino.*] Chamelaeae fruticem dum floret cum foliis tusum cribratumque decem drachmarum pondere in musti congium addito, ac post duos menses vinum transfundito. Hydropicis, hepaticis ac fatigatis auxiliatur, itemque feminis, quae a partu aegre purgantur.

Cap. LXXX. [*De chamaepityino vino.*] Chamaepityinum simili modo concinnatur, et ad eadem convenit, urinae ciendae vi praeditum.

Cap. LXXXI. [*De mandragorite.*] Corticem radi-

τοῦ φλοιοῦ τῆς ῥίζης κατατεμὼν, ἔνειρον εἰς λίνον ἡμιμναῖον, καὶ κάθες εἰς μετρητὴν γλεύκους πρὸς μῆνας γ', εἶτα μετάγγιζε· ἡ μέση πόσις ἡμικοτύλιον· πίνεται δὲ, γλυκέως προςδιδομένου εἰς διπλάσιον· φασὶ δὲ κοιμίζειν καὶ καροῦν[71] *κοτύλην αὐτοῦ χοῒ ἑνὶ μιχθεῖσαν καὶ ποθεῖσαν· μετὰ ξέστου*[72] *δὲ οἴνου κύαθος εἷς ποθεὶς ἀναιρεῖ. Ἔστι δὲ ἡ σύμμετρος χρῆσις ἀνώδυνος, ῥευμάτων παχυντική· ὀσφραινόμενος δὲ καὶ ἐγκλυζόμενος καὶ πινόμενος*[73] *τὸ αὐτὸ ποιεῖ.*

Κεφ. πβ'. [Περὶ ἐλλεβορίτου.] Ἐλλεβορίτης· εἰς χοῦν γλεύκους τεθαλασσωμένου μέλανος ἐλλεβόρου ιβ' < λείου βάλε ἐν ὀθονίῳ ἀραιῷ[74]*, μετάχει δὲ, ὅταν ἀναζέσῃ· ἢ εἰς ἀθαλάσσου χοῦν οὐγγίας ιδ' ἢ ιε' ὁλοσχερῶς θλάσας βάλε*[75]*, καὶ μεθ' ἡμέρας τινὰς διϋλίσας χρῶ· πότιζε δὲ κύαθον α' πρὸς κοιλίας λύσιν μεθ' ὕδατος ἐκ βαλανείου, ἐμημεκόσιν ἀπὸ δείπνου· ἢ ἐλλεβόρου < κ', σχοίνου*

71) Lacuna et Sambuc. interpositum legerunt *ὅλον τρίκλινον.*

72) Lacuna *κοτύλης.*

73) Hoc Ald. habet, Asulan. et rell. omiserunt.

74) Lacuna sic legit. Vulg. *καθαρῷ.*

75) Sic Asulan., quem sequitur Sarac., omisso tamen *ἢ* initii, necessario. Ald. *ἀναζέσῃ εἰς θαλάσσης χόας ιε' ἢ ιδ' ὁλοσχερῶς,* quam lectionem, licet a Goupylo adoptatam, reiiciendam duco propter *ὁλοσχερῶς συνθλάσας,* cum idem helleborus iam ante *λεῖος* fuerit.

cis mandragorae concidito: segmentorum minae semissem lino traiicito et in musti amphoram demittito, ubi per tres menses maneat, demum diffundenda. Media potio heminae dimidium: bibitur vero, passo in duplum addito. Aiunt, ipsius heminam, uni congio mistam, potu somnum et soporem inducere. Unicus vero cyathus, cum sextario vini potus, enecat. At moderatus ipsius usus doloris sensum aufert et fluxiones incrassat. Ceterum et olfactu, et collutione idem praestat, ac potu.

Cap. LXXXII. [*De elleborite.*] In congium musti, aqua marina diluti, drachmas duodecim ellebori nigri triti linteo raro inditas coniicito, atque, ubi efferbuerit, transfundito. Aut in congium musti, aquae marinae expertis, ellebori drachmas XIV aut XV de integro contusas coniicito: post aliquot dies vinum excolato et utitor. Ad

οὐγγίας ιβ'[76], στάχυος συριακοῦ οὐγγίας ιγ'· σεσησμένα ἐν ὀθονίῳ δήσας, κάθες εἰς κοτύλας ιδ' κώου οἴνου ἐπὶ ἡμέρας μ'· εἶτα ἀπηθήσας πότιζε τρία ἡμικοτύλια· ἢ εἰς γλεύκους κεράμιον θαλάττης πελαγίας ἑψημένης ξέστας ιβ', ἐλλεβόρου λευκοῦ λίτρας ς'· ἔμβρεχε ἡμέρας μ', καὶ ἀπηθήσας χρῶ· ἢ ἐλλεβόρου < ιβ'[77], ἀφρονίτρου < δ', γλεύκους κοτύλας ιβ', βρέχε ἐπὶ ἡμέρας ιε', καὶ ἀπηθήσας χρῶ μετὰ μῆνας ἕξ· τοῦτο καὶ βρέφη ἐκτιτρώσκει· ἢ καὶ ἐκ θειλοπεδευομένης[78] σταφυλῆς βάλε εἰς γλεύκους μετρητήν· ἔστι δὲ ὁ μετρητὴς χόες ιβ'[79]· καὶ βάλε γύψον εἰς τὸν οἶνον < κ'· καὶ ἔασον ἡμέρας β'· καὶ κάθες ἔνδεσμον ἐλλεβόρου μέλανος οὐγγίας λ', σχοίνου < λ'[80], καλάμου < λ', ἀρκευθίδων ἡμιχοίνικον καὶ δ', σμύρνης δὲ καὶ κρόκου ἀνὰ < α'· ἐνει-

76) Cornar. suspicatur, drachmas esse substituendas.

77) Oribas. lib. 5. c. 25. totidem uncias legit.

78) Ald. *ἐκθηλοπαιδευομένης*, quam scripturam repetunt Asulan., Marcell. et Cornar.

79) Quanquam Ald. habeat *ι'*, adversatur tamen notissima mensurae ratio: *μετρητὴν ἀττικὸν χόας ιβ', ἰταλικὸν η'* comprehendere. Paull. Aegin. lib. 7. p. 305.

80) Aldina hic et in sequentibus habet drachmas, pro quibus Asulanus et sequaces uncias ponunt.

alvum solvendam cyathum unum ex aqua propinato a balneo iis, qui a coena vomuerint. Alia ratio: Ellebori drachmas viginti, schoeni uncias XII, spicae syriacae uncias XIII, cribratas et linteo colligatas in vini coi heminas XII, per dies XL macerandas indito: postmodum colato, et in potu sesquiheminam dato. Aliter: Decoctae aquae marinae ex alto petitae sextarios duodecim; ellebori albi libras sex in musti amphora diebus XL macerato, atque, ubi excolaveris, utitor. Alia ratio: Ellebori drachmas duodecim, aphronitri drachmas quatuor in musti heminis duodecim macerato XV diebus: post colato, et exacto semestri utitor. Id vini genus etiam fetus abigit. Aliter: Sumito musti ex uvis in sole siccatis metretam (capit autem metretes congios duodecim) et in illud vinum gypsi drachmas XX mittito, ac biduo residere sinito: tum indito ellebori nigri fasciculo illigati uncias XXX, schoeni calamique drachmas totidem, baccarum

λήσας ὀθονίῳ, κρέμασον ἡμέρας μ'· εἶτα διΰλιζε καὶ δίδου κυάθους[81] *γ' ἢ β' κεράσας. Καθαίρει τὰς ἐκ τοκετῶν καὶ ἐκ τρωσμῶν· κατασπᾷ δὲ καὶ ἔμβρυα, καὶ πρὸς τὰς ὑστερικὰς πνίγας ποιεῖ.*

Κεφ. πγ'. [Περὶ σκαμμωνίτου.] Σκαμμωνίτης· σκαμμωνίας τῆς ῥίζης < *ε'*[82a], *ὀρυττομένης ἐν πυραμητῷ ἔμβαλε εἰς γλεύκους χοῦν ἕνα λείας, δήσας ἐν ὀθονίῳ ἐπὶ ἡμέρας λ'· καθαίρει δὲ κοιλίαν, ἄγων χολὴν καὶ φλέγμα.*

ΠΕΡΙ ΠΑΝΤΟΣ ΛΙΘΟΥ ΜΕΤΑΛΛΙΚΟΥ.

Κεφ. πδ'. [Περὶ Καδμείας.] Καδμείας ἀρίστη μέν ἐστιν ἡ κυπρία, καλουμένη δὲ βοτρυΐτις, πυκνή, βαρεῖα μέσως, καὶ μᾶλλον ἐπὶ τὸ κουφότερον ῥέπουσα, ἔχουσα τὴν ἐπιφάνειαν βοτρυώδη, χρώματι σποδοειδής, θλασθεῖσα δὲ ἔντεφρος ἔνδοθεν καὶ ἰώδης· ἐχομένη δέ ἐστιν ἡ ἔξωθεν μὲν

81) Sic Asulan.; *κοτύλας* Ald., quae nimia dosis.

82a) Sic Ald. et Ruellius; *οὐγγίας ιε'* Asulan.; Cornar., Goupyl. et Sarac. < *ιε'*; Lacuna < *ις'*.

iuniperi choenicis semissem et quartam illius partem, myrrhae et croci ana drachmam unam. Ex his omnibus fasciculum linteolo involutum diebus XL suspendito, postea excolato et binos ternosve cyathos dilutos exhibeto. Purgat a partu et abortu feminas, fetus quoque extrahit, utile denique in hystericis suffocationibus.

Cap. LXXXIII. [*De vino scammonite.*] Scammonites sic̄ fit: Radicis scammoniae per messem effossae, tritae et linteo illigatae drachmas quinque in musti congium unum mittito ad dies triginta. Purgat alvum, ac bilem et pituitam detrahit.

DE METALLICIS OMNIBUS.

Cap. LXXXIV. [*De Cadmia.*] E Cadmiae generibus optima est cypria, quae racemosa cognominatur, densa, modice ponderosa, et in levitatem magis declinans, extima sui parte racemosa, colore cinereo, quaeque confracta intus cinerea et aeruginosa conspicitur. Proxima huic

κυανίζουσα, ἔνδοθεν δὲ λευκοτέρα, διαφύσεις ἔχουσα ἐμφερεῖς ὀνυχίτῃ λίθῳ[82b]· [τοιαῦται γάρ ἐστιν αἱ ἐκ τῶν παλαιῶν μετάλλων ὀρυσσόμεναι.] Ἔστι δὲ καὶ πλακώδης τις λεγομένη, ὥςπερ ζώνας ἔχουσα τὰς διαφύσεις· ὅθεν καὶ ζωνῖτιν αὐτὴν ἐκάλεσαν· καλεῖται δέ τις καὶ ὀστρακῖτις, ἰσχνὴ[83], καὶ ὡς ἐπιτοπολὺ μέλαινα, γεώδει δὲ ἢ ὀστρακώδει[84] κεχρημένη ἐπιφανείᾳ· φαύλη δὲ ἡ λευκή. Χρησιμεύει δὲ πρὸς μὲν τὰ ὀφθαλμικὰ φάρμακα ἡ βοτρυΐτις καὶ ὀνυχῖτις καλουμένη· αἱ δὲ λοιπαὶ εἰς ἐμπλάστρους καὶ ξηρὰ κατουλοῦν δυνάμενα φάρμακα[85]· καὶ πρὸς ταῦτα χρησιμεύει ἡ κυπρία. Ἡ γὰρ ἐκ Μακεδονίας καὶ Θρᾴκης καὶ Ἱσπανίας κομιζομένη ἄθετος. Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικὴν, κοιλωμάτων αναπληρωματικὴν, καθαρτικὴν ῥυπαριῶν· παρεμπλάσσει δὲ καὶ ἐξιποῖ[86]

82b) Uncinis inclusa librarii scioli esse additamentum, probare studuit Beckmannus *Gesch. der Erfind.* III. p. 385. Ergo omnes hae species factitiae sunt.

83) Marcell. suspicabatur, *ἰσχυράν* esse legendum, cum Plin. 34, 22. eam speciem *fortissimam ceteris* dicat. Sed deceptus est Marcell. textu corrupto. Nos loco Plin. citato legimus: *ceteris sordidissima.*

84) Cod. X. et Marcell. sic habent; *γεώδης δὲ ἡ ὀστρακώδει* Ald. — Goupyl.

85) Sic Cod. X.; *κατουλοῦν δυνάμεναι* Ald.

86) Cod. X. et Cantacuz. Veram esse lectionem, efficitur e Galen. compos. med. sec. gen. lib. 7. p. 993. ed. Lips., ubi *ἐξιπωτικὰ* dicuntur medicamenta, quae humores crassos discutiant. Et Aët. lib. 13. c. 2. de emplastris e cerussa: *τὸν ἰώδη χυμὸν ἐξιποῦσι.*

habetur, quae extra quidem coerulescit, intus vero candidior, intercurrentes lineas onychitae lapidi similes habet: [tales sunt, quae e fodinis veteribus eruuntur.] Est et quae glebosa dicitur, lineis intercurrentibus, ceu zonis quibusdam, cincta, unde et zonitin eam appellant. Est et alia, quae ostracitis dicitur, gracilis magnaque ex parte nigra, terrea aut testacea superficie: sed candida improbatur. Oculorum autem medicamentis botryitis nomine et onychitis utiles: reliquae emplastris et aridis medicamentis, cicatrices inducturis. Et ad ipsa quidem prodest cypria: nam quae ex Macedonia, Thracia et Hispania defertur, inutilis est. Cadmiae effectus astringere, cava explere, sordes purgare: sed et obducit (cutis spiracula)

καὶ ξηραίνει[87] καὶ στέλλει τὰ ἐκσαρκώματα, καὶ τὰ κακοήθη τῶν ἑλκῶν ἀπουλοῖ.

Γεννᾶται δὲ ἡ καδμεία[88] ἐκ τοῦ χαλκοῦ καμινευομένου, προσιζανούσης τῆς λιγνύος τοῖς τοίχοις καὶ τῇ κορυφῇ τῶν καμίνων· εἰσὶ δὲ (ῥάβδοι)[89] σιδηραὶ, παμμεγέθεις, ὑπὸ τῶν μεταλλουργῶν καλούμεναι ἀκεστίδες, κατὰ κορυφὴν συνημμέναι, πρὸς τὸ κατέχεσθαι καὶ ἐφιζάνειν τὰ ἀναφερόμενα σώματα ἀπὸ τοῦ χαλκοῦ· ἅπερ δὴ καὶ μᾶλλον ἐφιζάνοντα ἐπισωματοῦται, καί ποτε μὲν ἓν εἶδος αὐτῆς, ποτὲ δὲ δύο, ἢ ἅπαντα ἀποτελεῖται. Μεταλλουργεῖται δὲ ἐκ τοῦ προϋπερκειμένου Σόλοις[90] ὄρους, τοῦ λεγομένου πυρίτου λίθου καιομένου· ἐν δὲ τῷ αὐτῷ ὄρει εὑρίσκεται οἱονεὶ διαζώματά τινα χαλκίτεως, μίσυος, σώρεως, μελαντηρίας, κυανοῦ, χρυσοκόλλης, χαλκάνθου, διφρυγοῦς· τινὲς δὲ καὶ ἐν μετάλλοις

87) Ald. interponit καὶ ἐσχαροῖ, quod nec Serap. legit, nec naturae respondet.

88) Esse hanc lectionem genuinam, quae in Ald. reperitur, Beckmanno l. c. largior, licet Sarac. Lacunae lectioni γεννᾶται δέ τις καδμεία nimis confisus sit. Nulla fossilis videtur cadmia Dioscoridi nota fuisse.

89) Marcello praeeunte subintelligendum, loco vulgo αὗται. Serap. tamen sequentia de ipsis fornacibus intellexit.

90) Recte Sarac. pro σολέου vulg. Urbs Cypri. Strab. lib. 14. p. 746.

et quasi premendo expurgat et exsiccat et cohibet luxuriantes carnes, et maligna ulcera ad cicatrices perducit.

Gignitur autem cadmia ex aere in fornacibus fuso, dum fuligo parietibus verticique fornacum applicatur. Sunt vero (ibi virgae) ferreae, praegrandes, a metallicis acestides appellatae, in vertice caminorum coagmentatae, ut corpuscula ab aëre sursum elata detineantur et inhaerescant. Haec cum spissius applicantur, in unum coëunt corpus, atque unum modo cadmiae genus, modo duo, modo omnia efficiuntur. Conficitur et cadmia, cremato lapide, cui pyrites cognomen est, e monte, qui Solis incumbit, eruto. In eodem vero monte reperiuntur quaedam quasi venae chalciteos, misyos, soreos, melanteriae, coerulei, chrysocollae, chalcanthi atque etiam diphrygis.

φασὶ λιθίνοις εὑρίσκεσθαι καδμείαν, πλανώμενοι ὑπὸ λίθων, πολλὴν ἐμφέρειαν ἐχόντων· ὥςπερ καὶ ὁ ἐν τῇ Κύμῃ λίθος εὑρισκόμενος, δύναμιν δὲ οὐδεμίαν ἐνδεικνύμενος· ἐπιγινωσκομένων αὐτῶν ἐκ τοῦ κουφοτέρους αὐτοὺς εἶναι τῆς καδμείας, καὶ διαμασσηθέντας μὴ ἐπιεικεῖς ἐν τῇ γεύσει· ἀγανακτεῖν δὲ τοὺς ὀδόντας[91]*, εἰ λίθος εἴη, ἐν τῇ διαμασσήσει· εἰ δὲ καδμεία εἴη, ἀνέχεσθαι τῆς διαβρώσεως, συνεικούσης*[92] *αὐτῆς· ἔτι διακρίνεται καὶ τῷ τὴν μὲν καδμείαν λειοτριβηθεῖσαν σὺν ὄξει, καὶ ξηρανθεῖσαν ἐν ἡλίῳ, ἐμπήγνυσθαι*[93]*· τὸν δὲ λίθον μὴ πάσχειν τοῦτο· καὶ ἐκ τοῦ ἐπιθέντα μὲν τὸν λίθον τετριμμένον πυρὶ ἀποπηδᾷν, καὶ τὸν ἐξ αὐτοῦ καπνὸν ὁμοειδῆ ὑπάρχειν τῷ πυρί· τὴν δὲ καδμείαν μένειν τε καὶ ἀναδιδόναι αἰθάλην μηλίζουσαν καὶ χαλκοφανῆ, ὥςπερεὶ ζώνην τινὰ ποικίλην· ἔτι ὁ μὲν λίθος πυρωθεὶς καὶ ψυγεὶς ἀλλοιωθήσεται τῷ χρώματι, καὶ κουφότερος ἔσται· ἡ δὲ καδμεία κατ' οὐδὲν μεταβάλλει, εἰ μή τις αὐτὴν ἐφ' ἱκανὰς ἡμέρας*[94]

91) Editiones repetunt *ἐν τῇ γεύσει*, quod hic manifesto redundat.
92) Bene Sarac. loco vulg. *συνοικούσης*.
93) Cum Serap. omnes interpretes simile verbum legerunt, quod equidem vulgari *ἐκπιέζειν* substituere ausus sum. Cornarius de bullulis emicantibus loquitur, ac si *ἐκφλύζειν* legisset: sed haud quadrat.
94) Oribas. et Lacuna *ὥρας*.

Nec desunt, qui cadmiam in lapidum fodinis inveniri tradant, decepti non parva lapidum quorumdam cum cadmia similitudine, qualis deprehenditur et apud Cumas lapis, nullam sui vim ostendens. Atque hi eo dignoscuntur, quod cadmia sunt leviores, itemque commanducati gustum ac ipsos etiam dentes offendunt: at cadmia, quippe quae dentibus cedit, sine offensa mandi potest. Discernuntur etiam alio modo: cadmia nimirum, ad laevorem trita, cum aceto subacta, ac in sole siccata, coït, quod lapidi non accidit. Ad haec tritus lapis, igni impositus, desilit, ac fumum emittit ab ignis fumo non diversum. Cadmia vero quieta manet fuliginemque reddit ad luteum vergentem aereoque colore splendentem, ceu zonam quamdam variam. Insuper lapis ignem expertus, dein refrigeratus, colorem mutabit, ac levior quoque fiet: sed cadmia nullo modo variat, nisi quis eam per plures dies

ἐγκαύσει. Γεννᾶται δὲ καὶ ἐκ τῶν ἀργυρίων λευκοτέρα καὶ κουφοτέρα οὖσα, κατὰ δὲ τὴν δύναμιν ἥττων· καυστέον δὲ τὴν προειρημένην καδμείαν, ἐγκρύπτοντας εἰς ἄνθρακας, ἕως οὗ διαφανὴς γένηται, καὶ πομφολυγήσῃ, ὡς σιδήρου σκωρία· εἶτα ἐν οἴνῳ σβεννύναι[95] ἀμιναίῳ· τὴν δὲ εἰς τὰ ψωρικὰ ὄξει· τινὲς δὲ τὴν οὕτω καεῖσαν ἀναλεάναντες οἴνῳ, κατοπτῶσι πάλιν ἐν ὠμῇ χύτρᾳ, μέχρι κισσηρώδης τὴν ὄψιν γένηται· πάλιν δὲ μετ' οἴνου λειοτριβήσαντες, τρίτον καίουσι, μέχρι τελείως εἰς σποδὸν ἀναλυθῇ, μηδὲν ἔχουσα τραχύ· καὶ ἀντὶ σποδίου χρῶνται τῇ τοιαύτῃ· πλύνεται δὲ ἐν θυΐᾳ τριβομένη σὺν ὕδατι, ἀποχεομένου τοῦ ὕδατος, ἄχρι μηδὲν ἐφιστῆται ῥυπαρὸν, καὶ ἀναπλασθεῖσα ἀποτίθεται.

Κεφ. πε'. [Περὶ Πομφόλυγος.] Πομφόλυξ σποδοῦ[96] εἰδικῶς διαφέρει· γενικὴν γὰρ οὐκ ἔχει παραλλαγήν· ἡ μὲν γὰρ ὑπομελανίζει καὶ βαρυτέρα ἐστὶ κατὰ τὸ πλεῖστον, ἔμπλεως καρφῶν καὶ τριχῶν καὶ γῆς, ὡσὰν ἀπόψηγμά τι καὶ

95) In vulgatissimo hoc infinitivi usu neutiquam haereo. Sarac. vel *δεῖ* supplendum, vel *σβεστέον* legendum esse censet.

96) Recte Sarac. pro vulg. *σποδίου*, cum *ἡ μὲν γάρ* sequatur.

cremaverit. Fit et in argenti fornacibus candidior et minus ponderosa, sed viribus impar. Urenda vero est antedicta cadmia carbonibus obruta, donec pellucida evadat, et ferri scoriae modo bullat: dein exstinguenda est vino aminaeo, sed, quae ad psorarum medicamenta paratur, aceto. Nonnulli vero hoc modo exustam vino subigunt, rursumque in olla cruda torrent, donec pumicosa aspectu existat, iterumque tritam ex vino tertium urunt, usque dum prorsus in cinerem redigatur, nil asperi retinens. Hac autem spodii vice utuntur. Lavatur denique trita in mortario, aqua subinde effusa, donec nihil sordidi supernatet: tumque in pastillos coacta reponitur.

Cap. LXXXV. [*De Pompholyge.*] Pompholyx a spodo specie sola distat, non item genere. Siquidem spodos quodammodo nigricat, et plerumque ponderosior est, festucarum, pilorum ac terrae plena, quasi purgamentum

σύρμα τῶν ἐν τοῖς χαλκουργείοις ἐδάφων καὶ καμίνων οὖσα· ἡ δὲ πομφόλυξ λιπαρὰ[97] ὑπάρχει καὶ λευκὴ, ἔτι δὲ κουφοτάτη, ὡς δύνασθαι ἐπιποτᾶσθαι τῷ ἀέρι. Καὶ ταύτης δὲ δύο ἐστὶν εἴδη· τὸ μὲν ἀερίζον καὶ ὑποπίμελον, τὸ δὲ λίαν λευκὸν καὶ ἄκραν ἔχον κουφότητος. Γίνεται δὲ ἡ λευκὴ πομφόλυξ, ὅταν ἐν τῇ κατεργασίᾳ καὶ τελειώσει τοῦ χαλκοῦ πυκνότερον οἱ ἐκ τῶν χαλκουργείων συνεμπάσσωσι λελεασμένην καδμείαν, βελτιοῦν αὐτὴν βουλόμενοι· ἡ γὰρ ἀπὸ ταύτης ἀναφερομένη αἰθάλη, λεπτοτάτη[98] οὖσα, πομφολυγοῦται· οὐ μόνον δὲ ἐκ τῆς τοῦ χαλκοῦ κατεργασίας τε καὶ ὕλης γίνεται πομφόλυξ, ἀλλὰ καὶ ἐκ καδμείας προηγουμένως ἐκφυσωμένης εἰς γένεσιν αὐτῆς. Ποιεῖται δὲ οὕτως· ἐν οἴκῳ διστέγῳ κατασκευάζεται κάμινος, καὶ κατὰ ταύτην πρὸς τὸ ὑπερῷον ἐκτομὴ σύμμετρός τε καὶ ἐκ τῶν ἄνωθεν μερῶν ἀνεῳγμένη· ὁ δὲ τοῖχος τοῦ οἰκήματος, ᾧ πλησιάζει ἡ κάμινος, τιτρᾶται λεπτῷ τρήματι ἄχρις αὐτῆς τῆς χώνης εἰς παραδοχὴν φυσητῆρος· ἔχει δὲ καὶ θύραν σύμμετρον πρὸς εἴσο-

97) Cod. X. ῥυπαρά.

98) Sic Ald.; λευκοτάτη Asulan. et sequ.

quoddam, quod abraditur et deverritur ab aerariarum officinarum pavimentis fornacibusque. Pompholyx vero pinguis est et candida, insuperque levissima, ut in aërem evolare possit. Et huius quidem duo sunt genera: alterum ad aëris colorem vergens et pinguiusculum, alterum perquam candidum summamque nactum levitatem. Fit vero candida pompholyx, cum in parando perficiendoque aere fabri detritam cadmiam cumulatius insperserint, ut illum reddant meliorem. Etenim, quae ab hac effertur favilla, tenuissima est et in pompholygem abit. Neque vero ex aere solo factitatur pompholyx, dum illud temperatur ac perficitur, sed et e cadmia follibus perflata, consulto ut illa gignatur. Eius autem faciundae ratio haec est: In domo gemina contignatione operta exstruitur caminus, et in eo versus tabulatum mediocre ostium, quod superne pateat. Aediculae vero camino proximae paries angusto foramine ad ipsum usque infundibulum perforatur, follis excipiendi gratia. Habet et ianuam

δον καὶ ἔξοδον κατεσκευασμένην ὑπὸ τοῦ τεχνίτου· συνῆπται δὲ τούτῳ τῷ οἰκήματι ἕτερος οἶκος, ᾧ αἱ φῦσαι καὶ ὁ φυσητὴρ ἐργάζεται· λοιπὸν ἄνθρακες ἐντίθενται τῇ καμίνῳ καὶ πυροῦνται· ἔπειτα παρεστὼς ὁ τεχνίτης ἐμπάσσει λελεπτοκοπημένην τὴν καδμείαν ἐκ τῶν ὑπὲρ κεφαλὴν τῆς χώνης τόπων· ὁ ὑπὸ χεῖρά τε τὸ αὐτὸ ποιεῖ, ἅμα καὶ ἀνθρακιὰν προςεμβάλλει, ἄχρις ἂν ὅ προςτέθειται πλῆθος ἀναλώσῃ· ἐκθυμιωμένης οὖν αὐτῆς, τὸ μὲν λεπτομερὲς καὶ κοῦφον εἰς τὸν ἄνω ἀναφέρεται οἶκον, καὶ προςιζάνει τοῖς τοίχοις αὐτοῦ καὶ τῇ ὀροφῇ· τὸ δὲ σῶμα τὸ ποιούμενον ὑπὸ τῶν ἐπιφερομένων κατ' ἀρχὰς μὲν ταῖς ἐπανισταμέναις τῶν ὑδάτων πομφόλυξιν ἐοικὸς γίνεται, ὕστερον δὲ πλείονος τῆς αὐξήσεως συμβαινούσης ἐρίων τολύπαις ἀφομοιοῦται· τὸ δὲ βαρύτερον εἰς τοὺς ὑπὸ πόδα χωρεῖ τόπους· καὶ περιχεῖται τοῦτο μὲν τῇ καμίνῳ, τοῦτο δὲ τῷ ἐδάφει τοῦ οἴκου· ὃ καὶ φαυλότερον τοῦ λεπτομεροῦς ἡγητέον, διὰ τὸ γεῶδες καὶ ἔμπλεων ἀκαθαρσίας εἶναι ἐν τῇ συγκομιδῇ· τινὲς δὲ μόνως οὕτως οἴονται γίνεσθαι τὴν προειρημένην σποδόν· ἀρίστην δὲ ἡγη-

mediocrem pro ingressu egressuque ab artifice fabricatum. Huic aediculae praeterea altera est contigua, in qua et vesicae et folles aptantur. Quod superest, carbones fornaci inditi succenduntur: ac dein, qui astat, artifex cadmiam minutim contritam inspergit a locis supra infundibuli verticem exstructis. Idem negotium obit minister artificis, simul et carbones identidem ingerit, usque dum, cadmiae quicquid inditum est, absumtum fuerit. Dum ipsa uritur, pars eius tenuis levisque in superius coenaculum effertur, ipsius parietibus tectoque adhaesura. Inde vero conflatum corpus inter initia quidem bullarum in aqua surgentium similitudinem refert, at postea, incremento subinde accedente, lanarum carptarum glomera imitatur. Quod autem ponderosius est, in ima loca concedit, et partim quidem fornaci, partim etiam domus pavimento circumfunditur. Et hoc quidem tenuiore deterius aestimandum est, quia, dum colligitur, terrae spurcitiaeque non parum asciscit. Sunt, qui hoc tantum modo ante memoratam spodon fieri arbitrentur. Optima autem censetur pompho-

τέον τὴν κυπρίαν, ἐν τῷ ὄξει φυραθεῖσαν ἀποφορὰν μὲν ἔχουσαν χαλκοῦ, χρόαν δὲ πισσίζουσαν[99] ποσῶς, ἔτι δὲ βορβορίζουσαν ἐν τῇ γεύσει· κἂν ἐπ' ἄνθρακος διαπύρου ἐπιτεθῇ ἄδολος, ἐπιζεῖ ἀερόχρους γενομένη· ἐπιμελῶς δὲ προσεκτέον τοῖς προειρημένοις κριτηρίοις· δολοῦται γὰρ ὑπό τινων ταυροκόλλῃ ἢ πνεύμοσιν ἀρνείοις ἢ θαλασσίοις, [ἢ κεκαυμένοις ὀλύνθοις, καί τισιν ἄλλοις παραπλησίοις· εὐχερὲς δὲ τὸ διαγνῶναι· οὐδὲν γὰρ τῶν προειρημένων ἐν τῇ δοκιμασίᾳ ἐπὶ τούτων εὑρίσκεται.

Πλυτέον δὲ κοινῶς πομφόλυγα τὸν τρόπον τοῦτον· ἐνδήσας αὐτὴν ἐν καθαρῷ ὀθονίῳ μέσως ἔχουσαν ἀραιότητος, ἢ ξηρὰν, ἢ ὕδατι πεφυραμένην, κάθες εἰς λεκάνην ὕδωρ ἔχουσαν ὄμβριον, καὶ ἔγκλυζε ὧδε κἀκεῖσε διαφέρων τὸν ἔνδεσμον· οὕτω γὰρ τὸ μὲν ἰλυῶδες καὶ νόστιμον αὐτῆς ἀποῤῥυήσεται, τὸ δὲ σκύβαλον πᾶν ἐν τῷ ὀθονίῳ μενεῖ· εἶτα ἐάσας καταστῆσαι, ἀπήθησον τὸ ὕδωρ σὺν τῇ σποδῷ· καὶ πάλιν ἄλλο ἐπιχέας ἀνατάρασσε καὶ ἀπόχει· καὶ ταῦτα ποίει

99) Serap. vel id, vel ῥητινίζουσαν legit. Oribas. ἰΐζουσαν, quod aptius videtur.

lyx cypria, quae aceto subacta odorem aeris praestat, et colore picem (resinam? aeruginem?) quodammodo refert, gustu vero coenosa est. Atque si fraudem non experta ignito carboni imponatur, infervescit, aëreum contrahens colorem. Ceterum antedictis notis diligenter attendendum est. Siquidem a nonnullis taurino glutine, aut pulmonibus agninis, vel etiam marinis, aut grossis crematis et quibusdam aliis eiusmodi adulteratur: id quod tamen facile dignoscitur: quippe in his explorandis nihil eorum comperietur, quae ante dicta sunt.

Lavanda autem in universum pompholyx sequenti est modo: linteolo mundo modiceque raro illigatam, seu aridam, seu aqua subactam, in pelvim demittito, quae pluviam aquam contineat: linteolum, cui illigatur, aquae immergito, ipsum huc ac illuc peragitans: ita enim limosa eius pars utilisque praeterfluet: omne vero crassamentum intra linteolum retinebitur. Posteaquam vero residere siveris, aquam cum cinere excolato: ac, ubi aliam rur-

ἀπηθῶν τε καὶ ἀποχέων, μέχρις ἂν μηδὲν ἀμμῶδες ὑφιζάνῃ· λοιπὸν τὸ μὲν ὕδωρ ἐξίπωσον, τὴν δὲ σποδὸν ξηράνας ἀποτίθεσο· τινὲς δὲ ξηράναντες, ἐφ᾽ ὅσον ἐνδέχεται, ταῖς χερσὶ, λεαίνουσι μεθ᾽ ὕδατος, καὶ μελιτώδη τὴν σύστασιν ποιήσαντες, διηθοῦσι δι᾽ ὀθονίου, περιπετάσαντες αὐτὸ τῷ ὑποδέχεσθαι μέλλοντι ἀγγείῳ, ἢ καὶ ἀποδήσαντες οὐ λίαν ἀποτεταμένον· πρὸς δὲ τὸ ῥαδίως διεξελθεῖν, δαψιλὲς ὕδωρ ἐπιχέαντες τῷ ὀθονίῳ, ἀναταράσσουσι τὴν σποδόν· εἶτα τὸ διϋλισθὲν καὶ ἐπινηχόμενον αὐτῆς τῷ ἀγγείῳ, ἀφρῶδες ὂν, αὐτόθεν μύακι ἀναλαμβάνοντες, ἀποτίθενται εἰς ὀστράκινον καινὸν ἀγγεῖον· τὸ δὲ ἐγκαθήμενον πράως διασήσαντες, μεταχέουσιν εἰς ἕτερον ἀγγεῖον, ἀπολειπομένου τοῦ ἐν τῷ πυθμένι ἀμμώδους· πάλιν δὲ ἐάσαντες ὑποστῆναι τὰ λιθώδη, εἰς ἄλλο ἀγγεῖον καθαρὸν ἀπηθοῦσι, καὶ τοῦτο πολλάκις δρῶσιν, ἕως ἂν καθαρὰ καὶ ἀμέτοχος ἄμμου γένηται ἡ σποδός· ἄλλοι δὲ, ὡς ἐστιν ὁλομερὴς εἰς ὕδωρ κατ᾽ ὀλίγον ἐμπάσσουσι, τὴν προειρημένην οἰόμενοι ἄμμον μὲν καὶ τὰ λιθώδη τῷ ἰδίῳ βάρει εἰς τὸν πυθμένα τοῦ ἀγγείου καταῤῥυήσεσθαι· τρίχας δὲ καὶ κάρφη καὶ τὰ ὅμοια ἐπαιωρηθήσεσθαι

sum affuderis, agitato et effundito, totiesque aquam permutato, ceteraque similiter facito, donec nil arenosi subsidat. Demum aquam exprimito siccatumque cinerem reponito. Sunt, qui, postquam pompholygem, quantum licuit, exsiccarunt, eam manibus in aqua conterunt, donec mellis molem habeat, deinde linteo faucibus excepturi vasis obtento, aut etiam laxius deligato colant, et, quo facilius transmittatur, infusa linteo largiore aqua cinerem conturbant: mox spumosum, quod traiectum est et vasi supernatat, concha excipiunt, atque fictili novo ad usus recondunt. Quod vero resedit, sensim cribratum in aliud vas transfundunt, relicto, quod fundum petierat, arenoso. Rursus lapidosa sidere patiuntur, et in vas aliud mundum excolant, atque hoc identidem faciunt, donec cinis purus et arenae expers evaserit. Alii pompholygem integram aquae paullatim inspergunt, arbitrati, fore ut antedictae arenae lapillique insita gravitate vasis fundum petant, pili autem et festucae ceteraque eiusmodi levitate sua in sublime

διὰ τὴν κουφότητα· λοιπὸν χωρίσαντες αὐτῶν τὴν σποδὸν ἐν μέσῳ οὖσαν, καὶ εἰς θυΐαν βαλόντες, πλύνουσιν ὡς καδμείαν· πλύνεται δὲ καὶ οἴνῳ χίῳ τεθαλασσωμένῳ κατὰ τοὺς προειρημένους τρόπους· καὶ γίνεται στυπτικωτέρα τῆς ὕδατι πλυνομένης.

Δύναμιν δὲ ἔχει ἡ πομφόλυξ στυπτικὴν, ψυκτικὴν, ἀναπληρωτικὴν, καθαρτικὴν, προςπλαστικὴν, ποσῶς ξηραντικήν· ἔστι δὲ καὶ τῶν πράως ἐσχαρούντων[100]. *Ἐὰν δὲ ὀπτῆσαι δέῃ τὴν σποδὸν, λεάνας ἐπιμελῶς αὐτὴν καὶ ἀναδεύσας ὕδατι, ποιήσας τροχίσκους, θὲς ἐπ' ὄστρακον καινόν· ἐπιτίθει δὲ τοῦτο ἐπὶ λεπτὴν καὶ κούφην ἀνθρακιὰν, καὶ στρέφε τοὺς κυκλίσκους συνεχῶς, ἄχρις ἂν πυῤῥοὶ*[1] *καὶ ξηροὶ γένωνται. Γνωστέον δὲ, ὅτι ἐκ τοῦ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου, ἔτι δὲ καὶ μολύβδου, γίνεται σποδιά· καὶ ἔστι μετὰ τὴν κυπρίαν ἡ ἐκ τοῦ μολύβδου ἀρίστη.*

Κεφ. πς'. [Περὶ ἀντισπόδων.] Ἐπειδὴ δὲ καὶ τὰ ἀν-

100) Hoc habent Ald., cod. Par. et interpretes prisci, excepto tamen Serap. Genuinum esse, patet e cap. 95., ubi de plumbo: *καὶ καθόλου ποιεῖ ὅσα καὶ ἡ σποδὸς, δίχα τοῦ ἐσχαροῦν.* Sed omiserunt cum Asulano editiones.

1) Sic Serap. et Ald.; *καταπυροί* Oribas. et Lacuna.

tollantur. Tandem, ubi cinerem medium seposuerunt et in pilam coniecerunt, eum velut cadmiam eluunt. Lavatur et vino chio, aqua marina diluto, iuxta modos, quos supra commemoravimus; et ita redditur magis astringens, quam dum aqua eluitur.

Vim habet pompholyx astringendi, refrigerandi, explendi, purgandi, obturandi et quodammodo exsiccandi. Militat etiam in iis, quae mitem crustam obducunt. Quod si hunc cinerem torrere opus fuerit, diligenter tritum aquaque irrigatum cogito in pastillos, fictilique novo subiectis levibus prunis orbiculos assidue versato, donec siccati rufescant. Denique memoratu dignum est, ex auro quoque et argento, plumbo etiam, fieri spodium (cinerem metallorum): verum post cupreum plumbeum maxime commendatur.

Cap. LXXXVI. [*De succedaneis cineris metallici.*]

τίσποδα ἱκανῶς εὐχρηστεῖ, ὑστερούσης πολλάκις σποδοῦ, τ ἰσοδυναμοῦντα ἀναγκαῖόν ἐστιν ὑποδεῖξαι, τίνα τε ὑπάρχει καὶ ὃν τρόπον παραληφθείη. Λαβὼν τοίνυν μυρσίνης τ φύλλα σὺν τοῖς ἄνθεσι καὶ τοῖς μύρτοις ἀώροις ἔτι οὖσιν ἔμβαλε εἰς ὠμὴν χύτραν[2]*, καὶ περιπλάσας τὸ πῶμα κατα τετρημένον συνεχέσιν ὀπαῖς, δὸς εἰς κάμινον κεραμικήν· ὅτα δὲ ὀπτηθῇ ὁ κέραμος, εἰς ἄλλην χύτραν ὠμὴν μετέρασον αὐτό· καὶ πάλιν κατοπτηθείσης καὶ τῆς δευτέρας, ἐξελὼ πλῦνε, καὶ χρῶ. Ὡσαύτως δὲ καὶ θαλλίαν σκευάσας παραλάμβανε· ἔστω δὲ τῆς ἀγρίας ἐλαίας· εἰ δὲ μή, τῆς ἡμέροι σὺν τοῖς ἄνθεσιν, ἢ*[4] *μῆλα κυδώνια κατατετμημένα καὶ ἐξοστεϊσμένα, ἢ κηκίδα*[5]*, ἢ ῥάκη λινᾶ, ἢ ἄωρα συκάμινα λευκὰ προεξηραμένα ἐν ἡλίῳ, ἢ σχῖνον*[6]*, ἢ τέρμινθον, ἢ οἰνάνθην ἢ βάτου τὰ ἁπαλὰ φύλλα, ἢ πύξου κόμας, ἢ τὴν λεγομένην ψευδοκύπειρον σὺν τῷ ἄνθει· τινὲς δὲ κράδας συκῆς*

2) Quod Saracenus Ald. nothis ascribit *καινήν*, in Asulan. nothis quidem adest, sed hucne pertineat an aliorsum, latet. Cetero *καινήν* neque Serap., neque Ald. habent.

3) Sarac. loco vulg. *μετάρασον*.

4) Sic Ald.; *ἢ δὲ μή* Asulan. — Goupyl.; *ἢν δὲ μή* Sarac.

5) Lacuna *ἄωρον*, quod vero in Serap. deest.

6) Sic Sarac. primus post Serap.; *σχοῖνον* Ald., Cornar., Goupyl.; *βοτάνην σχοῖνον* Asulan.

Cum cinis metallicus saepe deficiat eaque, quae substituuntur, perquam utilia sint, necesse est ostendere, quaenam ea sint, quoque modo assumantur. Folia igitur myrti sumito cum floribus baccisque adhuc immaturis, eaque in ollam crudam coniicito, et oblito operculo crebris pertuso foraminibus, indito figlinae fornaci. Cumque figlinum percoctum fuerit, in aliud fictile crudum illa transferto, et hoc altero rursum perassato, exemta lavato, et utitor. In eumdem usum similiter praeparare licet ramos sylvestris olivae floridos; si non affuerint, sativae: aut etiam mala cydonia concisa, nucleis exemtis, aut gallam, aut panniculos linteos, aut mora immatura candida in sole prius arefacta, aut lentiscum, aut terebinthum, aut oenanthen, tenera etiam rubi folia, vel buxi comam, vel pseudocyperum appellatam cum flore. Sunt etiam,

προεξηραμένας ἐν ἡλίῳ ὡςαύτως σκευάζουσιν[7]. Ἄλλοι δὲ ταυρείαν κόλλαν, οἱ δὲ ἔρια οἰσυπηρὰ τραχέα, πίσσῃ ἢ μέλιτι δεύσαντες, ὁμοίως σκευάζουσι· χρῆσις δὲ πάντων πεποίηται εἰς τὰ ἀντισπόδια[8].

Κεφ. πζ'. [Περὶ κεκαυμένου χαλκοῦ.] Ὁ δὲ κεκαυμένος χαλκός ἐστι καλὸς ὁ ἐρυθρὸς καὶ ἐν τῇ τρίψει κινναβαρίζων· ὁ δὲ μέλας πλέον ἢ δεῖ κέκαυται. Σκευάζεται δὲ ἐκ τῶν ἥλων τῶν λελυμένων πλοίων, συντιθεμένων ἐν ὠμῇ χύτρᾳ, ὑποπασσομένου θείου μεθ' ἁλῶν ἴσων, καὶ ἐπιπασσομένων ἐναλλάξ· πωμασθεῖσα δὲ ἡ χύτρα καὶ ὑποχρισθεῖσα[9] πηλῷ κεραμικῷ, δίδοται εἰς κάμινον, ἄχρις οὗ τελείως ὀπτηθῇ· οἱ δὲ ἀντὶ τοῦ θείου καὶ τῶν ἁλῶν στυπτηρίαν παρεμπάσσουσιν· ἔνιοι δὲ δίχα τοῦ θείου καὶ τῶν ἁλῶν συνθέντες ἐν χύτρᾳ, καίουσιν ἐφ' ἱκανὰς ἡμέρας· οἱ δὲ τῷ θείῳ μόνῳ χρῶνται, ἀπασβολοῦνται μέντοι· ἄλλοι δὲ χρίοντες τοὺς ἥλους σχιστῇ στυπτηρίᾳ μετὰ θείου καὶ ὄξους, καί-

7) Cod. X. his addit: τούτων ὁποτέρῳ πληρώσας χύτραν ὠμὴν καὶ καύσας ἐν καμίνῳ, ἀποτεφρώσεις εἰς σποδιάν.

8) Ultima habet Ald., ad notha amandavit Asulan., revocavit iterum Sarac., quasi e Goupyl., qui πάντων τῶν εἰρημένων scribit.

9) Sambuc. περιπλασθεῖσα.

qui ficulneos ramulos in sole antea siccatos eodem modo praeparent: alii taurinum gluten, alii succidas lanas asperas, pice aut melle imbutas. Usus autem omnium est vice cinerum metallicorum.

Cap. LXXXVII. [*De aero usto.*] Aes ustum probatur rubrum, et quod, dum teritur, colore cinnabarim imitatur, nigrum plus iusto exustum est. Fit autem e clavis dissolutarum navium, in fictili crudo compositis, substrato sulfure cum pari salis pondere, et iisdem vicissim insparsis. Olla operculata etiam, circumlito luto figulari ostio, inditur fornaci, donec figlinum plane percoquatur. Alii pro sulfure et sale alumen inspergunt. Quidam sine sulfure et sale compositos in olla clavos ad multos dies urunt. Alii solo sulfure utuntur, sed (clavi sic usti) fuligine inficiuntur. Alii oblitos scissili alumine clavos, additis sulfure et aceto, in fictili crudo cremant,

ουσιν ἐν ὠμῇ χύτρᾳ· ἄλλοι δὲ ἐν χαλκῇ χύτρᾳ ὄξει καταῤῥαίνοντες αὐτοὺς, οὕτως ὀπτῶσι· μετὰ δὲ τὸ καῆναι, πάλιν τὸ αὐτὸ ποιοῦσιν ἐπὶ τρὶς, ἔπειτα ἀποτίθενται· πρωτεύει δὲ ὁ ἐν Μέμφιδι καιόμενος, ἔπειτα ὁ ἐν Κύπρῳ. Δύναται δὲ στύφειν, ξηραίνειν, λεπτύνειν, καταστέλλειν, ἐπισπᾶσθαι, ἀνακαθαίρειν, ἕλκη ἀπουλοῦν[10], *σμήχειν τὰ ἐν ὀφθαλμοῖς, τήκειν τὰ ὑπερσαρκοῦντα, νομὰς ἱστᾷν· κινεῖ δὲ καὶ ἐμέτους μεθ' ὑδρομέλιτος ποθεὶς, ἢ ἐκλιχθεὶς σὺν μέλιτι*[11]*· πλύνεται δὲ ὡς ἡ καδμεία, τετράκις τῆς ἡμέρας ἀλλασσομένου τοῦ ὕδατος, ἄχρι μηδεμία ἐφίστηται λάμπη*[12]*· καὶ ἡ σκωρία δὲ αὐτοῦ, ὡσαύτως πλυνομένη, τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν, ἀσθενεστέραν μέντοι.*

Κεφ. πη'. [Περὶ ἄνθους χαλκοῦ.] Χαλκοῦ δὲ ἄνθος, ὅ τινες τῶν παλαιῶν ἥλων ψῆγμα ἐκάλεσαν, ἄριστόν ἐστι τὸ εὔθρυπτον[13] *καὶ κατάπυῤῥον ἐν τῷ λεαίνεσθαι, κεγχροειδὲς*

10) Sic Goupyl. et Sarac.; *διαπουλοῦν* Ald., Asulan., Marcell. et Cornar.

11) Ald. et sequ. editt. addunt *ἢ διαχριόμενος*, quod cum iam Marcellum offenderet, ipse *διακλυζόμενος* potius legendum esse suasit. Sed deest istud in Serap. et codicibus vetustis.

12) Non opus est, cum Cornaro voculam hanc mutare. *Λάμπη γὰρ λέγεται τὸ ἐφιστάμενον τῆς δεδολωμένης οἴνης ἐν τῷ ὄξει.* Erotian. glossar. p. 238. *Franz.*

13) Cod. X. *εὔθραυστον.*

Alii denique in aenea olla aceto aspersos urunt, dein iterum ac tertio idem faciunt, posteaque recondunt. Principem locum obtinet, quod in Memphide combustum est, proximum, quod in Cypro. Efficax est ad astringendum, siccandum, extenuandum, reprimendum, attrahendum, repurgandum, ulcera cicatricibus obducenda, vitia oculorum exterenda, ad carnes liquandos excrescentes, et ulcera depascentia coërcenda. Facit et vomitiones ex hydromelite potum, aut cum melle delinctum. Lavatur autem, ut cadmia, mutata quater per diem aqua, donec nullae sordes supernataverint. Quin et aeris scoria, simili modo lota, eamdem quoque vim, sed imbecilliorem, obtinet.

Cap. LXXXVIII. [*De flore aeris.*] Flos aeris, quem nonnulli veterum clavorum ramentum vocant, optimus est, facilis comminutu, et, dum teritur, valde ru-

τε τῷ ῥυθμῷ[14], *καὶ βραχὺ, καὶ βαρὺ, καὶ μέσως στίλβον [καὶ ἐπιστύφον]*[15]· *ἔτι δὲ ῥινισμάτων χαλκοῦ ἀμέτοχον, οἷς δολοῦται· ἐλέγχεται δὲ πλατυνομένων αὐτῶν ταῖς τῶν ὀδόντων ἐπερείσεσι. Γίνεται δὲ οὕτως· ὅταν ἐν μεταλλικαῖς χώναις τακεὶς ὁ χαλκὸς εἰς τὰς δεξαμενὰς καταῤῥυῇ διὰ τῶν ἠθμῶν τῶν διηκόντων σωλήνων, διακαθαίροντες τὴν ἀκαθαρσίαν οἱ πρὸς τούτοις ὄντες, ὕδωρ ἐπιχέουσιν ἀκραιφνέστατον αὐτῷ, ψύξαι προαιρούμενοι. Ὑπὸ οὖν τῆς αἰφνιδίου πυκνώσεως καὶ συναγωγῆς ὡςπερεὶ ἐκπτύεται καὶ ἐπανθεῖ τὸ προειρημένον· στύφει δέ καὶ τοῦτο καὶ καταστέλλει τὰς ὑπεροχάς· καὶ σμήχει τὰ ταῖς κόραις ἐπισκοτοῦντα, δάκνον ἱκανῶς· ἔστι δὲ καὶ πάχους ἀγωγὸν, τετραωβόλου πλῆθος διδόμενον· ἐκτήκει δὲ καὶ τὰ ἐν μυκτῆρσι σαρκώματα, καὶ δακτυλίων ἐξανθήματα σὺν οἴνῳ στέλλει· καὶ πρὸς δυςκώφους χρονίους τὸ λευκὸν ἐμφυσᾶται διὰ σίφωνος λεῖον·*

14) Minus suspecta mihi haec vox est, quam Saraceno, namque *σχῆμα*, *τύπον* et *λόγον* significare *ῥυθμόν*, magis etiam formam ionicam *ῥυσμόν*, testantur Eustathius aliique lexicographi.

15) Uncinis inclusum habet Ald., sed deest in Serap., nec huc pertinet.

fus, milio similis, quoad (particularum) modulum, nisi quod hae breviores sint, ponderosus, mediocriter splendens [ac astringens:] quique nil scobium aeris continet, quibus adulterari solet. Sed eo fraus deprehenditur, quod scobs illa dentium pressu dilatatur. Fit autem ille, cum aes in fornacibus metallicis fusum in receptacula delapsum fuerit per cola tubulorum ad ea pertinentium. Tum enim ii, qui repurgandis metallorum inquinamentis praefecti sunt, aquam purissimam aeri affundunt, eius refrigerandi gratia. Hac vero repentina densatione et concretione velut exspuitur et emicat flos antedictus. Astringit is et excrescentia cohibet, deterget, quae pupillis caliginem offundunt, sed magnopere mordet. Quaternûm etiam obolorum pondere datur, ut crassos educat humores: absumit narium carnosa vitia, cohibet quoque cum vino applicatus exanthemata ad anum. Candidus autem contra diuturnas aurium gravitates tritus, in eas per fistulam flatu

στέλλει δὲ καὶ κιονίδας καὶ παρίσθμια, λεῖον σὺν μέλιτι προςαπτόμενον.

Κεφ. πθ'. [Περὶ λεπίδος.] Λεπὶς δὲ ἡ μὲν ἐκ τῶν κυπρίων χαλκουργικῶν ἥλων παχεῖα, καλουμένη δὲ ἡλῖτις, καλή[16]· φαύλη δὲ ἡ ἐκ τοῦ φαύλου χαλκοῦ, ἢ ἐκ τοῦ λευκοῦ[17], λεπτὴ καὶ ἀσθενὴς ὑπάρχουσα· ἣν ἀποδοκιμάζομεν, ἐγκρίνοντες τὴν παχεῖαν καὶ ἔγκιῤῥον, καὶ ὄξους ἐπιῤῥαινομένου ἰουμένην. Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικὴν[18], σταλτικὴν, λεπτυντικὴν, νομῶν ἐφεκτικὴν, [σηπτικὴν,] ἀπουλωτικήν· πινομένη δὲ μετὰ μελικράτου ὕδωρ ἄγει· τινὲς δὲ φυρῶντες αὐτὴν μετ' ἀλεύρου, ἐν καταποτίῳ διδόασι· μίγνυται δὲ καὶ ταῖς ὀφθαλμικαῖς δυνάμεσι· ξηραίνει γὰρ τὰ ῥεύματα, ἀποτήκουσα καὶ τὰ βλέφαρα τὰ τραχέα[19]. Πλύνεται δὲ οὕτως· καθάρας τῆς ξηρᾶς λεπίδος ἡμιμναῖον, βάλε εἰς θυΐαν μεθ' ὕδατος διαυγοῦς, καὶ συνταράξας τῇ χειρὶ ἐπιμελῶς, ἄχρις οὗ ὑποστῇ ἡ λεπὶς, ἀφαίρει τὰ ἐφεστῶτα[20], ἀποχέας τε τὸ

16) Sic Ald.; ἐκ τῶν κυπρίων μετάλλων καλουμένη δὲ ἡλῖτις καλή Asulan.
17) Sic Ald.; φαύλη δὲ ἐκ τοῦ χαλκοῦ λευκοῦ Asulan.
18) Hoc in Ald. et Serap. et Galen.; omisit Asulan. et sequ.
19) Sic ponenda verba e Serap. et Sambuci cod.; ξηραίνει γὰρ τὰ βλέφαρα τὰ τραχέα, ἀποτήκουσα καὶ τὰ ῥεύματα vulgo.
20) E Serap. correxi vulg. ὑφεστῶτα, sicut iam Sarac. auguratus est.

impellitur: reprimit et uvulam ac tonsillas, farina eius cum melle admota.

Cap. LXXXIX. [*De squama aeris.*] Squama cypriarum officinarum clavis excussa commendatur, quae crassa est, helitis nominata: at vitiosa habetur, quae e vili aere eoque, quod album est, decutitur, quippe quae tenuis sit ac invalida. Hanc ideo damnamus: illam vero seligimus, quae crassa est et fulva, acetoque aspersa aeruginem contrahit. Vim habet astringentem, reprimentem, attenuantem, depascentia ulcera cohibentem, [putredini faventem] et cicatrices inducentem. Pota ex aqua mulsa aquosa subducit. Nonnulli cum farina subactam exhibent in catapotio. Additur et ad oculorum medicamenta: siquidem fluxiones exsiccat, et scabrities palpebrarum consumit. Lavatur autem hoc modo: Siccae aeris squamae expurgatae minam dimidiam cum aqua limpida

ὕδωρ, ἐπίχει ὀμβρίου ὕδατος κοτύλην α′[21], πλατείᾳ τε τῇ χειρὶ τρίβε εὐτόνως ἐν τῇ θυΐᾳ, οἱονεὶ ἀποψήχων[22]· ἐπὰν δὲ ἄρξηται ἀνιέναι τινὰ γλισχρότητα, κατὰ μικρὸν ὕδωρ προσεπίχει ἄχρι κοτύλων ς′[23], τρίβων εὐτόνως· ἀναλαβών τε τὴν λεπίδα τῇ χειρὶ, ὡς πρὸς τὸ πλευρὸν τῆς θυΐας, τρίβε εὐτόνως· καὶ ἐξιπώσας ἀνελοῦ τὸ ἀποῤῥυὲν εἰς πυξίδα ἐρυθροῦ χαλκοῦ· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ὥςπερ ἄνθος τῆς λεπίδος καὶ εὔτονον τῇ δυνάμει, καὶ εὔθετοῦν[24] εἰς τὰ ὀφθαλμικά· τὸ δὲ λοιπὸν ἄτοπον[25]· καὶ τὸ καταλειφθὲν δὲ ὁμοίως πλύνων, ἀναιροῦ, μέχρις ἂν μηδεμίαν γλισχρότητα ἀποκρίνῃ· τὸ δὲ λοιπὸν σκεπάσαντα δεῖ ὀθονίῳ ἐᾶσαι ἀκίνητον ἐπὶ δύο ἡμέρας, εἶτα ἀποχέαντας τὸ ἐφεστηκὸς ὕδωρ καὶ ξηράναντας, ἀποτίθεσθαι εἰς πυξίδα· ἔνιοι δὲ καὶ ταύτην πλύναντες, ὡς τὴν καδμείαν ἀποτίθενται.

21) Sic Serap., Ald. et Asulan.; *κύαθον* primus Cornar., dein Goupyl. et Sarac.

22) Goupyl. primus recte sic, loco vulg. *ἀποψύχων*.

23) Vid. n. 21.

24) Vulgo *εὐτονοῦν*, manifesta menda.

25) Sic Ald., Asulan. et Cornar.; *ἄτονον* Goupyl. et Sarac.

in pilam coniicito, et manu diligenter misceto, donec squama subsederit: quae superstant, abiicito, et, effusa priore aqua, pluviae heminam unam affundito: tumque diducta manu squamam, quasi destringenda sit, vehementer in mortario confricato. Cum vero coeperit lentorem quendam remittere, paullatim aquam ad sex heminas usque superinfundito, valide interim terens: deinde manu squamam ad latus mortarii convertito, ibique fortiter apprimito: et expressum humorem, qui defluxerit, pyxide ex aere rubro facta excipito. Hoc enim est veluti flos squamae, valens viribus et ad oculorum medicamenta idoneum: quod reliquum est, ineptum censetur. Attamen et quod relictum est, similiter lavato, donec nullum prorsus lentorem ex se remittat, tandemque opertum linteolo ad biduum conquiescere sinito: postmodum diffusa exstante aqua, reliquum siccatum pyxide recondito. Sed et hoc nonnulli cadmiae instar elotum reponunt.

Κεφ. ϛ'. [Περὶ λεπίδος στομώματος.] Λεπίδος δὲ στομώματος δύναμίς ἐστιν ἡ αὐτὴ τῇ τοῦ χαλκοῦ λεπίδι· καὶ πλύσις καὶ ἀπόθεσις ὁμοία· ἐν μέντοι τῷ τὴν κοιλίαν καθαίρειν λείπεται τῆς τοῦ χαλκοῦ.

Κεφ. ϛα'. [Περὶ ἰοῦ ξυστοῦ.] Ἰὸν δὲ ξυστὸν οὕτω σκευαστέον· εἰς πιθάκνην ἢ ἄλλο ὅμοιον ἀγγεῖον ἐγχέας δριμύτατον ὄξος, ἐπικατάστρεψον χαλκοῦν ἀγγεῖον, καλὸν μὲν, εἰ καμαροειδές· εἰ δὲ μή γε, ἰσόπεδον· ἔστω δ' ἐσμηγμένον καὶ διαπνοὴν μηδεμίαν ἔχον· διὰ δὲ ἡμερῶν δέκα ἀναιρούμενος τὸ πῶμα, ἀπόξυε τὸν ἐπιτρέχοντα ἰόν· ἢ λεπίδα ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ποιήσας χαλκοῦ, ἐγκρέμασον εἰς τὸ ἀγγεῖον, ἵνα μὴ ψαύσῃ τοῦ ὄξους· καὶ διὰ τῶν ἴσων ἡμερῶν ἀπόξυε· ἢ εἰς τὰ στέμφυλα μὴ[26] πρόσφατα ὄντα ὀξίζοντα ἐγκρύψας μᾶζαν ἢ λεπίδα μίαν, ἢ καὶ πλείονας, ὡσαύτως ἀνάστρεφε· ἔνεστι δὲ καὶ ἐκ ῥινισμάτων ποιῆσαι ἢ λεπίδων, αἷς περιεχόμενα τὰ χρυσᾶ πέταλα ἐλαύνεται, ἐάν τις, αὐτὰ ἐπιῤῥαίνων ὄξει, ἀνακινῇ[27] τρὶς ἢ τετράκις, ἄχρις ἂν παντελῶς ἰω-

26) Hermol. et Goupyl. μὴ in cod. omissum habuerunt.

27) Cod. X. στρέφῃ.

Cap. XC. [*De squama chalybis.*] Squamae chalybis eadem vis est. Simili quoque modo lavatur ac reconditur, minus vero efficax est ad alvum purgandam.

Cap. XCI. [*De aerugine rasili.*] Aerugo rasilis hoc modo paratur: In cadum aut aliud simile vas acetum quam acerrimum infundito, atque illi superponito inversum vas aeneum, maxime fornicatum, sin minus, planum. Sit vero id probe detersum, nullumque habeat spiraculum. Post decem dies, sublato operculo, aeruginem inhaerentem deradito. Aut ipsam aeris laminam in vase super acetum ita suspendito, ut ne ipsum attingat: et totidem post dies radito. Aut massulam seu lamellam aeris unam pluresve vinaceis, non recentibus, sed acescentibus, condito ac similiter invertito. Quin etiam aeruginem facere licet e delimata aeris scobe, nec non et e laminis, quibus interiectae auri bracteae malleo ducuntur, si quis eas aceto respergat et ter quaterve verset, donec omni ex parte aeruginem contraxerint. Tradunt et aeruginis duo

θῇ. Γεννᾶσθαι δέ φασι τοῦτον τὸν ἰὸν καὶ ἐν τοῖς κυπριακοῖς μετάλλοις, τὸν μὲν λίθοις τισὶν ἐπανθοῦντα, ἔχουσι τὸν χαλκόν, τὸν δὲ, ἔκ τινος σπηλαίου στάζοντα ἐν τοῖς ὑπὸ κύνα καύμασι· καὶ τὸν μὲν ὀλίγον τε καὶ κάλλιστον εἶναι· τὸν δὲ ἐκ τοῦ σπηλαίου δαψιλῆ μὲν ἐπιῤῥεῖν καὶ εὔχρουν, φαῦλον δὲ ὑπάρχειν, διὰ τὸ πολλοῖς ἀναμεμίχθαι λιθώδεσι. Δολοῦται δὲ καὶ ἄλλοις πολλοῖς μισγόμενος, μᾶλλον δὲ τούτοις· τινὲς μὲν γὰρ κισσήρει, οἱ δὲ μαρμάρῳ, ἄλλοι δὲ χαλκάνθῳ κυκῶσιν αὐτόν· καταληψόμεθα δὲ τὴν μὲν κίσσηριν καὶ τὸ μάρμαρον, διὰ τοῦ νοτίσαι καὶ τὸν ἀντίχειρα τῆς εὐωνύμου χειρὸς, καὶ τῷ ἑτέρῳ προςτρίβειν τι μέρος ἰοῦ· συμβαίνει γὰρ, τὸ μὲν αὐτοῦ διαχεῖσθαι, τὰ δὲ ἀπὸ τῆς κισσήρεως καὶ μαρμάρου μέρη ἀδιάχυτα μένειν, καὶ τέλος ἀπολευκαίνεσθαι τῇ ἐπιπλέον παρατρίψει καὶ τῇ τοῦ ὑγροῦ παραπλοκῇ[28], οὐ μὴν ἀλλὰ διὰ τῆς καὶ τῶν ὀδόντων ἐπειρέσεως· λεῖον γὰρ ὑποπίπτει καὶ οὐ τραχὺ τὸ ἀμιγές. τὸ δὲ χάλκανθον[29] ἀπελέγχεται τῷ πυρί· εἰ γάρ τις ἐμπάσας[30] τὸν οὑ-

28) Cod. X. παρατροπῇ.
29) Cod. X. χαλκανθῶδες.
30) Sarac. monuit, sic esse legendum loco vulg. ἐμπλάσας.

genera in cypriis fodinis gigni, alterum quidem, quod supra lapides quosdam efflorescit, qui aeris aliquid continent, alterum vero, quod per caniculae aestus e specu quodam exstillat: adduntque, illud paucum optimumque esse, hoc, quod e specu manat, copiosum quidem affluere et boni esse coloris, sed vitiosum, quod lapidosa plura intermixta gerat. Adulteratur aerugo tum aliis multis admixtis, tum vero maxime sequentibus: nonnulli enim pumicem, quidam marmor, alii chalcanthon admiscent. Pumicem autem et marmor deprehendemus, si sinistrae manus pollicem madefaciamus, et altero aeruginis portiunculam illi affricemus. Siquidem, quicquid est aeruginis, dissolvetur, pumicis autem marmorisque partes dissolvi minime poterunt, ac demum crebro affrictu humorisque permixtione inalbescent. Quin et dentium appressu vitium licet deprehendere: quoniam, quae sincera est, laevis occurrit ac sine asperitate. Chalcanthum vero igne

τω δεδολωμένον ἰὸν ἐπὶ λεπίδα ἢ ὄστρακον, καὶ τὸ ἕτερον τούτων ἐπιθήσει ἐν θερμῇ τέφρᾳ ἢ ἐπὶ ἄνθραξι[31], *μεταβάλλεται καὶ ἐρυθραίνεται τὸ χαλκανθῶδες, διὰ τὸ φύσει καιόμενον αὐτὸ τοιαύτην ἔχειν χροιάν.*

Κεφ. ϛβ. [Περὶ ἰοῦ σκώληκος.] Τοῦ δὲ λεγομένου σκώληκος ἰοῦ δισσὸν εἶδος ὑπάρχει· ὁ μὲν γὰρ ὀρυκτός ἐστιν· ὁ δὲ σκευάζεται οὕτως· εἰς θυΐαν κυπρίου χαλκοῦ, ἔχουσαν δὲ καὶ δοίδυκα ἀπὸ τῆς αὐτῆς πεποιημένον ὕλης, ἐγχέας ὄξους λευκοῦ καὶ δριμέως κοτύλης ἥμισυ, τρίβε ἕως οὗ γλοιωθῇ· εἶτα ἔμβαλλε στυπτηρίας στρογγύλης < α'[32], *καὶ ἁλὸς ὀρυκτοῦ διαφανοῦς ἢ θαλασσίου, ὡς ὅτι λευκοτάτου καὶ στερεοῦ, εἰ δὲ μή γε, νίτρου τὸ ἴσον· εἶτα λέαινε ἐν ἡλίῳ, ἐν τοῖς ὑπὸ κύνα καύμασιν, ἕως τῇ μὲν χροιᾷ ἰώδης, τῇ δὲ συστάσει γλοιώδης*[33] *γένηται· καὶ οὕτως ἀναπλάσας σκώληκας τοῖς ῥοδιακοῖς*[34] *ὁμοίους, ἀποτίθεσο· ἐνεργὴς δὲ*

31) Sambuc. *ἀνθρακιᾶς θείης.*

32) Omnes consentiunt in hoc pondere, solo Asulano excepto, qui *οὐγγίας δ'* ponit.

33) Oribas. et cod. X. addunt: *καὶ ῥυπώδης.*

34) Suntne *ῥοδίδες?* Lib. I. c. 131.

coarguitur. Namque, si laminae aut fictili aeruginem ita adulteratam insperseris, et horum alterutrum ferventi cineri aut prunis imposueris, mutato colore rubescet, quae chalcanthi particeps est: quia id ustum sua natura talem obtinet colorem.

Cap. XCII. [*De aerugine vermiculari.*] Aeruginis, quae vermicularis dicitur, duae sunt species. Quaedam enim fossilis est, altera factitia ad hunc modum: In mortarium cyprii aeris, quod et pistillum ex eadem materia factum habeat, aceti albi aerisque dimidiam heminam infundito teritoque tantisper, donec strigmenti crassitudinem asciscat: dein indito aluminis rotundi drachmam unam cum salis fossilis translucidi aut marini quam albissimi solidique, aut, si hic defuerit, nitri pari pondere: atque in sole, sub aestu ad caniculae ortum, subigito, donec aeruginis colorem strigmentique spissitudinem acquirat, tandemque, ubi in vermiculorum roseis pastillis similium speciem coëgeris, recondito. Efficax autem et

καὶ εὔχρους γίνεται ἄγαν, ἐὰν ὄξους μὲν λάβῃ μέρος ἕν, οὔρου δὲ παλαιοῦ μέρη δύο, τὰ δ' ἄλλα, ὡς προείρηται· τινὲς δὲ τὸν ἀποτετευγμένον ἐν τῷ ξυστῷ κόμμει μίξαντες ἀναπλάσσουσι καὶ πωλοῦσιν [35]*, ὃν παραιτητέον ὡς φαῦλον. Ἔστι δέ τις καὶ ὑπὸ χρυσοχόων γινόμενος ἰὸς, διὰ θυΐας καὶ δοίδυκος κυπρίου χαλκοῦ, ἔτι δὲ οὔρου παιδίου, ᾧ τὸ χρυσίον κολλῶσιν· ἀναλογοῦσι δὲ κοινῶς οἱ προειρημένοι ἰοὶ κεκαυμένῳ χαλκῷ, μᾶλλον δ' ἐῤῥωμένοι περὶ τὴν ἐνέργειαν· ἰστέον δὲ, ὅτι προέχει μὲν αὐτῶν ὁ ὀρυκτὸς σκώληξ, ἐχόμενος δέ ἐστιν ὁ ξυστὸς, εἶτα ὁ σκευαστός· δηκτικώτερος μέντοι καὶ μᾶλλον στύφων οὗτος ὑπάρχει, ὁ δὲ τῶν χρυσοχόων ἀνάλογος τῷ ξυστῷ. Δύναται δὲ πᾶς ἰὸς στύφειν, θερμαίνειν, ἀποσμᾷν τὰς ἐν ὀφθαλμοῖς οὐλὰς καὶ λεπτύνειν, δάκρυον ἄγειν, νομὰς ἴσχειν, τραύματα ἀφλέγμαντα τηρεῖν, ἀπουλοῦν ἕλκη σὺν ἐλαίῳ καὶ κηρῷ· σὺν μέλιτι δὲ ἑψηθέντες, τύλους καὶ τὰ ῥυπαρὰ τῶν ἑλκῶν ἀνακαθαίρουσιν· ἀμμωνιακῷ δὲ ἀναληφθέντες εἰς κολλύρια, σύριγγας καὶ τύλους*

35) Hoc adest in Ald., omissum ab Asulan. et sequ.

valde boni coloris redditur, si duae partes urinae veteris cum una aceti adiiciantur, et reliqua, uti dictum est, peragantur. Sunt, qui aeruginem rasilem, quae frustrata sit, admixto gummi digerant in pastillos, et ita vendant, sed ut vitiosum repudiandum est. Fit et ab aurificibus aerugo quaedam, qua aurum ferruminant, ducta scilicet urina pueri in mortario cupreo pistilli ope ex eadem materia confecti. Antedictae vero in universum aerugines usto aeri respondent, sed efficacia praestant. Sciendum vero, inter ipsa vermicularem fossilem primas tenere: proximum locum dari rasili, postremum factitiae. Mordacissima tamen haec est, atque magis astringit: at aurificum aerugo rasili respondet. Itaque aeruginis genera omnia astringunt, calefaciunt, oculorum cicatrices exterunt ac attenuant, lacrimas cient, ulcera depascentia sistunt, vulnera ab inflammatione tuentur: ulcera ex oleo ceraque ad cicatricem perducunt: callos et sordida ulcera purgant, cum melle cocta: ammoniaco excepta et collyrii modo in fistulas adacta, earum callos absumunt. Sunt et

ἐκτήκουσι· χρήσιμοι δὲ καὶ πρὸς ἐπουλίδας καὶ τὰς τῶν οὔλων ἐξοχάς· ἱκανῶς δὲ καὶ βλέφαρα λεπτύνουσι, σὺν μέλιτι ἐγχριόμενοι· δεῖ δὲ πυριᾷν μετὰ τὴν ἔγχρισιν σπόγγῳ ἐξ ὕδατος θερμοῦ· ἀναληφθέντες δὲ ῥητίνῃ τερεβινθίνῃ σὺν χαλκῷ[36] *ἢ νίτρῳ, λέπρας ἐξάγουσι. Καυστέον δὲ ὃν ἂν ἐθέλῃς ἰὸν οὕτω· θλάσας αὐτὸν εἰς ὁλοσχερέστατα μέρη καὶ τηγάνῳ κεραμέῳ ἐπιθεὶς, ἀπερείσας ἐπ' ἀνθράκων διαπύρων, κίνει, ἕως ἂν μεταβάλλῃ καὶ ὑποσποδίσῃ τῇ χρόᾳ· λοιπὸν δὲ ψύξας*[37]*, ἀποτίθεσο καὶ χρῶ· τινὲς δὲ ἐν ὠμῇ χύτρᾳ καίουσιν αὐτὸν, ὡς προείρηται· οὐκ εἰς τὸ αὐτὸ δὲ πάντοτε καιόμενος μεταβάλλει χρῶμα.*

Κεφ. ϛγ'. [Περὶ ἰοῦ σιδήρου.] Ἰὸς δὲ σιδήρου στύφει, ῥοῦν τε γυναικεῖον προστεθεὶς ἴσχει· πινόμενος τε ἀσυλληψίαν ποιεῖ· ἐπιχριόμενος δὲ σὺν ὄξει ἐρυσιπέλατα καὶ ἐξανθήματα[38] *ἰᾶται· πρός τε παρωνυχίας καὶ πτερύγια καὶ τραχέα βλέφαρα εὔχρηστος καὶ κονδυλώματα· καὶ οὖλα κρα-*

36) *Χάλκανθον* adhibet auctor euporist. lib. I. c. 128.

37) Cod. X. *στέψας*.

38) Cod. X. add. *ἐνεργῶς*.

ad epulidas aliaque gingivarum tubera utilia. Magnopere quoque extenuant palpebrarum crassitiem, cum melle inuncta: verum postquam delibuta sunt loca, foveantur spongia ex aqua calida. Eadem subacta cum resina terebinthina, addito aere aut nitro, lepras tollunt. Ceterum aeruginem, quamcunque velis, uri oportet in hunc modum: Ipsam minutissime tritam fictili patellae, subiectis flagrantibus prunis, imponito, versatoque, donec sese mutet et colorem cinereum quodammodo referat: postea refrigeratam ad usum seponito. Sunt, qui olla cruda eam urant, sicut dictum est: sed non prorsus eumdem undique colorem cremata reddit.

Cap. XCIII. [*De rubigine ferri.*] Rubigo ferri astringit, fluorem muliebrem subdita sistit, potuque conceptionem impedit. Illita ex aceto, erysipelatis et papularum eruptionibus medetur. Perquam utilis est ad paronychias et pterygia, palpebrarum scabrities et condylo-

τύνει, ποδαγρικούς τε ὠφελεῖ ἐπιχριόμενος, καὶ ἀλωπεκίας δασύνει· σίδηρος δὲ πεπυρωμένος ἐνσβεσθεὶς ὕδατι ἢ οἴνῳ καὶ πινόμενος ἁρμόζει κοιλιακοῖς, δυςεντερικοῖς, σπληνικοῖς, χολεριῶσι, καὶ στομάχῳ ἀναλελυμένῳ.

Κεφ. ϛδ΄. [Περὶ σκωρίας σιδήρου.] Ἡ δὲ σκωρία τοῦ σιδήρου δύναται, ὅσα καὶ ὁ ἰὸς τοῦ σιδήρου, ἐπ᾽ ἔλαττον δέ. Βοηθεῖ δὲ ἀκονίτῳ, μετ᾽ ὀξυμέλιτος ποθεῖσα.

Κεφ. ϛε΄. [Περὶ μολύβδου πεπλυμένου.] Σκευάζεται καὶ ὁ πεπλυμένος μόλυβδος τοῦτον τὸν τρόπον· βαλὼν εἰς μολυβδίνην θυΐαν ὕδωρ, τρίβε μολυβδίνῳ δοίδυκι, ἕως ἂν μελανθῇ τὸ ὕδωρ καὶ γένηται ἰλυῶδες[39], εἶτα διήθει αὐτὸ δι᾽ ὀθονίου, προςεπιχέων τε ὕδωρ, ἵνα πᾶν τὸ διαλυθὲν ὑλισθῇ· καὶ ποίει τὸ αὐτὸ πάλιν, ἄχρις ἂν σοι αὐτάρκως ἔχειν δόξῃ· εἶτα ἐάσας καταστῆναι τὸ πεπλυμένον, ἀποχέας τε τὸ ὕδωρ καὶ ἄλλο ἐπιχέας, πλῦνε, ὡς τὴν καδμείαν, ἄχρις ἂν μηκέτι ἐφίστηταί τις μελανία· ἀναπλάσας δὲ τροχίσκους, ἀποτίθεσο· οἱ δὲ, καθαρὸν μόλυβδον ῥινήσαντες, τρίβουσιν ἐν

39) Primus Marcell. sic scripsit, cum Ald. et Asul. haberent ὑλῶδες, ἢ χυλῶδες, ἢ πηλῶδες. Serap. *nigrum* et *spissum*.

mata. Gingivas eadem firmat, et podagricis inunctione prodest, et calvities pilis ornat. Vinum et aqua, in quibus candens ferrum restinctum fuerit, potu coeliacis, dysentericis, lienosis, cholera et ventriculo resoluto laborantibus.

Cap. XCIV. [*De scoria ferri.*] Scoria ferri idem potest, quae rubigo, sed efficacia minore. Contra aconiti venenum ex aceto mulso pota opitulatur.

Cap. XCV. [*De plumbo loto.*] Paratur plumbum lotum modo sequenti: In mortarium plumbeum ubi aquam inieceris, pistillo plumbeo terito, usque dum aqua nigrescat et limi modo spissescat. Linteolo dein colato, aquam insuper affundens, quo facilius, quicquid resolutum est, incernatur. Hoc ipsum iterum iterumque facito, donec satis esse videatur. Post, ubi lotum plumbum consederit, priore aqua effusa, novam affundens, ut cadmiam, lavato, dum nigritiae nil amplius supernatet: tandem coactos inde lapillos reponito. Quidam puri plumbi limatam scobem

λιθίνῃ θυΐᾳ δοίδυκι λιθίνῳ, ἢ ἐπιχέοντες ὕδωρ, ταῖς χερσὶ τρίβουσι, καὶ συλλέγοντες τὸ μελαινόμενον[40], *ὅπερ ἐάσαντες ὑποστῆναι καὶ ἀποχέαντες, ἀναπλάσσουσιν εὐθέως· τὸ γὰρ ἐφ' ἱκανὸν τριβόμενον γίνεται ψιμυθίῳ ὅμοιον· ἔνιοι δὲ προσεμβάλλουσι τοῖς ῥινίσμασιν ὀλίγην μολύβδαιναν, φάσκοντες, βελτίονα εἶναι τὸν οὕτω πλυνόμενον μόλυβδον. Δύναται δὲ ψύχειν, στύφειν, παρεμπλάττειν, μαλάττειν, πληροῦν τὰ κοιλώματα, στέλλειν τὰ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ῥεύματα, καὶ τὰ ὑπερσαρκοῦντα τῶν ἑλκῶν· ἔστι δὲ καὶ ἴσχαιμος, καὶ πρὸς τὰ ἐν τῷ δακτυλίῳ ἕλκη, κονδυλώματα, αἱμοῤῥοΐδας, μετὰ ῥοδίνου, καὶ τὰ δυςκατούλωτα· καὶ καθόλου ποιεῖ, ὅσα καὶ ἡ σποδὸς, δίχα τοῦ ἐσχαροῦν· ὁ δὲ ἀκέραιος μόλυβδος παρατριβόμενος βοηθεῖ τῇ τοῦ θαλασσίου σκορπίου καὶ δράκοντος πληγῇ.*

Κεφ. ϟϛʹ. [Περὶ μολύβδου κεκαυμένου.] Καίεται δὲ ὁ μόλυβδος οὕτω· λαβὼν μολύβδου ἐλάσματα ὡς ὅτι λεπτό-

40) Sic e Serap. restituere ausus sum valde corruptum locum, qui in Ald. et sequ. editt. talis est: *ἢ ταῖς χερσὶ μεθ' ὕδατος ὑπὸ χεῖρα κατ' ὀλίγον ἐπιχέοντες τὸ μελαινόμενον.* Quod Sarac. ita curare studuit: *τοῦ ὑπὸ χεῖρα κατ' ὀλίγον ἐπιχέοντος τὸ ὕδωρ οὕτω μελαινόμενον.* Utra magis placeat scriptura, in discrimine est.

mortario pistilloque lapideis terunt, aut, superfusa aqua, manibus ita subigunt, ut id, quod nigrescit, colligant: id ubi subsederit, effusa aqua, in pastillos statim formant. Nam, quod diutius conteritur, cerussae simile evadit. Alii elimatae scobi plumbaginis pauxillum addunt, asserentes, elotum ita plumbum praestantius reddi. Potest autem refrigerare, astringere, cutem obducere, mollire, cava explere, sistere oculorum fluxiones et ulcerum excrescentias. Sanguinem quoque sistit, ac prodest contra ani ulcera, condylomata et haemorrhoïdas, ex rosaceo: item ad ea, quae aegre cicatricem ducunt. Denique praestat ea, quae et cinis metallorum, nisi quod crustas haud inducat. Ceterum sincerum plumbum affrictu marini scorpionis draconisque ictibus praesidio est.

Cap. XCVI. [*De plumbo usto.*] Uritur plumbum sic: Sumito plumbi laminas quam minutissimas et novae

τατα, ἐπίθες εἰς καινὴν λοπάδα, καὶ ἐπιπάσας θεῖον, πάλιν ἕτερα ἐπίθες πέταλα, καὶ θεῖον ἐπίπασσε, καὶ πάλιν ἕτερα, καὶ τοῦτο ποίει, ἄχρις ἂν πληρώσῃς τὴν λοπάδα, εἶτα ὑπόκαιε· ἀναφθέντος δὲ τοῦ μολύβδου, κίνει σιδήρῳ, ἄχρις ἂν ἀποτεφρωθῇ τελέως, καὶ μηδὲν ἐντρέχῃ ἀκαὲς μολυβδῶδες[41]· καὶ ἀναιροῦ, σκεπάσας τοὺς ῥώθωνας· βλαβερὰ γὰρ ἡ ἀποφορά. Ἢ ῥινίσματα μολύβδου βαλὼν μετὰ θείου εἰς λοπάδα, οὕτω καῖε, οἱ δὲ, εἰς χύτραν ὠμὴν βαλόντες τὰ πέταλα, ὡς εἴρηται, καμίνῳ ἐντιθέασιν ἢ ἐπ' ἐσχάρας, περιπλάσαντες τὸ πῶμα, καὶ ὀλίγην δόντες ἀναπνοὴν, καίουσιν. Οἱ δὲ ψιμύθιον παρεμπάσσουσιν ἀντὶ τοῦ θείου, ἢ κριθάς. Οἱ δὲ, ἀκεραίους τὰς λεπίδας ἐπιθέντες, ὀξεῖ πυρὶ χρῶνται[42], καὶ κινοῦσιν ἐπιτεταμένως σιδηρίῳ, ἄχρις ἂν ἐκτεφρωθῇ· ἔστι δὲ δυσχερὴς ἡ τοιαύτη καῦσις· καὶ ἐπιπλέον δὲ καεὶς, οὕτω λιθαργύρου λαμβάνει τὸ χρῶμα. Ἡμῖν μέντοι ἀρέσκει ἡ πρώτη καῦσις· δεῖ δὲ πλύνειν αὐτὸν, ὡς τὴν καδμείαν, καὶ

41) Sic Ald.; καὶ μηδὲν ἔχῃ μολιβδῶδες Asulan. et sequ.; μηδενὸς ἐντρέχοντος μολιβδώδους Lacuna.

42) Sic, exemplaria probatissima sequentes, Marcell. et Sarac.; quam scripturam confirmat Scrap. ἐπιθέντες ὄξει, πυρὶ χρῶνται Ald., Asulan., Cornar. et Goupyl.

patinae imponito ac sulfur inspergito, rursumque laminas alias addito, ac sulfur itidem inspergito, et ita vicissim tum laminas tum sulfur insternito, donec vas expleveris, dein autem succendito. Flagrans plumbum ferrea rude versato, usque dum perfecte redigatur in cinerem, nihilque intercurrat, quod, ustionis expers, plumbi similitudinem habeat. Tum demum obstructis naribus tolle, quoniam halitus plumbi noxius est. Aut scobem plumbi delimatam cum sulfure indito patellae, atque sic urito. Alii laminas crudo fictili, uti dictum est, inditas imponunt fornaci, aut (collocant) super foco ardenti, operculo circumlito et exili dato spiramento, atque sic urunt. Non desunt, qui pro sulfure cerussam intersternant aut hordeum. Alii, postquam sinceras laminas imposuerunt, acri igne utuntur, et baculo ferreo vehementer agitant, donec in cinerem solvantur. Sed difficilis est huiusmodi ustio, et dum amplius urantur, lithargyri colorem contrahunt.

ἀποτίθεσθαι. Δύναμιν δὲ ἔχει, ἣν καὶ ὁ πεπλυμένος μόλυβδος, εὐτονωτέραν δὲ μᾶλλον.

Κεφ. ϛζʹ. [Περὶ σκωρίας μολύβδου.] Σκωρία μολύβδου ἀρίστη ἐστὶν ἡ ψιμυθιοφανὴς, πυκνὴ καὶ δύςθραυστος, μηδὲν ἔχουσα μολυβδῶδες, μηλινοειδὴς[43] τῷ χρώματι καὶ ὑελίζουσα· δύναται δὲ τὰ αὐτὰ τῷ κεκαυμένῳ μολύβδῳ, στύφουσα μᾶλλον· πλύνεται δὲ ἐν θυΐᾳ, ἐπιχεομένου ὕδατος, καὶ ἀποχεομένου τοῦ ἐφισταμένου μηλίνου χρώματος· πολλάκις τε τοῦτο γίνεται, ἄχρις ἂν ἀναλωθῇ ἡ σκωρία· τό τε λοιπὸν ἐάσαντες ὑποστῆναι αὐτὴν ἀποχέομεν τὸ ὕδωρ, καὶ οὕτως ἀναπλάσσομεν.

Κεφ. ϛηʹ. [Περὶ τοῦ μολυβδοειδοῦς λίθου.] Καὶ ὁ μολυβδοειδὴς δὲ λίθος ἀνάλογον ἔχει τὴν δύναμιν τῇ σκωρίᾳ· πλύνεται δὲ ὁμοίως.

Κεφ. ϛθʹ. [Περὶ στίμμεως.] Στίμμι δὲ κράτιστόν ἐστι τὸ στιλπνότατον καὶ λαμπυρίζον, ἐν τῇ θραύσει[44] πλα-

43) Cum Sarac. in notis loco vulg. μηλοειδὴς posui.

44) Sambuci cod. male καύσει.

Nobis tamen magis placet prima urendi ratio. Debet vero plumbum ustum lavari, sicut cadmia, atque ita reponi. Ceterum vim habet eamdem, ac plumbum elotum, sed efficaciorem.

Cap. XCVII. [*De scoria plumbi.*] Scoria plumbi optima est, quae cerussae similis, densa est et fractu contumax, nihil plumbosi habens, quaeque ad luteum colorem vergit, ac vitrum imitatur. Eadem, quae plumbum crustum, potest, sed magis astringit. Lavatur in mortario, affusa aqua, et refusa summa aquae parte, quae luteum traxerit colorem. Iteratur id saepius, donec scoria absumta fuerit. Tandem, ubi subsederit, effusa aqua, dividitur in pastillos.

Cap. XCVIII. [*De lapide plumbario.*] Lapis plumbarius vim habet scoriae finitimam: lavatur eodem quoque modo.

Cap. XCIX. [*De Stibio.*] Stibium optimum est splendidissimum et radians, dum frangitur, glebosum, ni-

κᾶδες, μηδὲν ἔχον γεῶδες[45] *ἢ ῥυπαρὸν, εὐχερῶς*[46] *δὲ θλώμενον· τοῦτο οἱ μὲν στίβι, οἱ δὲ πλατυόφθαλμον, οἱ δὲ λάρβασον, οἱ δὲ γυναικεῖον, οἱ δὲ χαλκηδόνιον*[47] *ἐκάλεσαν. Δύναμιν δὲ ἔχει ἐμπλαστικὴν, στυπτικὴν, ψυκτικὴν, σταλτικὴν τῶν ὑπερσαρκούντων, ἀπουλωτικὴν ἑλκῶν καὶ καθαρτικὴν ῥυπαριῶν καὶ τῶν ἐν ὀφθαλμοῖς ἑλκῶν· ἐπέχει δὲ καὶ τὰς ἐκ μήνιγγος αἱμοῤῥαγίας· καὶ καθόλου δὲ ἐμφερής ἐστιν ἡ δύναμις αὐτοῦ τῷ κεκαυμένῳ μολύβδῳ· ἰδίως δὲ τὰ κατακαύματα οὐκ ἐᾷ ἐσχαροῦσθαι, σὺν στέατι καταχρισθὲν νεαρῷ· καὶ ἀπουλοῖ τὰ ἐσχαροῦντα, κηροῦ καὶ ὀλίγου ψιμυθίου μιγέντων. ὀπτᾶται δὲ στέατι περιπλασθὲν καὶ ἐγκρυβὲν εἰς ἄνθρακας, ἄχρις ἂν ἀνθρακωθῇ τὸ στέαρ· ἐξαιρεθὲν δὲ σβέννυται γάλακτι ἀῤῥενοτόκου γυναικὸς, ἢ οἴνῳ παλαιῷ· καίεται δὲ ἐπ' ἀνθράκων ἐπιτεθὲν καὶ ἐμφυσηθὲν ἄχρι πυρώσεως· ἐὰν γὰρ ἐπιπλέον καῇ, μολυβδοῦται· πλύνεται δὲ, ὡς ἡ καδμεία καὶ ὁ χαλκὸς κεκαυμένος*[48]*· ἔνιοι δὲ ὁμοίως τῇ τοῦ μολύβδου πλύνουσι σκωρίᾳ.*

45) Marcell. legit *γλοιῶδες*: cum nostra tamen lectione et natura, et Serap. consentiunt. 46) Sambuc. *εὐθέως*.
47) Duo postrema synonyma Asulan. ad notha amandavit.
48) *Κεκαυμένος* addidi e Serap.

hil terreni aut sordidi habens et fractu facile. Hoc nonnulli stibi, alii platyophthalmon, larbason alii, aut muliebre et chalcedonium vocant. Vis eius est cutem obducendi, astringendi, refrigerandi, carnes luxuriantes coërcendi, ulcera ad cicatricem perducendi, sordes et ulcera oculorum expurgandi. Sistit et sanguinem e meninge profluentem; generatim vero vis plumbo usto proxima est. Peculiariter vero ambustas partes crustis obduci prohibet, cum adipe recenti illitum. Quae vero crustam contraxere, ad cicatrices perducit, additis cera et exigua cerussa. Torretur autem farina subacta circumlitum et carbonibus obrutum, donec crusta in carbonem abierit: exemptumque restinguitur mulieris lacte, quae marem pepererit, aut vino vetere. Uritur vero prunis impositum sufflatumque, quoad ignescat: si enim ulterius uratur, plumbi instar semet habet. Lavatur autem cadmiae et aeris usti modo: nonnulli et sicut scoriam plumbi eluunt.

Κεφ, ρ'. [*Περὶ μολυβδαίνης.*] *Μολύβδαινα δὲ ἀρίστη ἐστὶν ἡ λιθαργυροφανὴς, ξανθὴ, ὑποστίλβουσα καὶ κιῤῥὰ ἐν τῷ λειοτριβεῖσθαι, ἑψηθεῖσά τε ἐλαίῳ ἡπατοειδὴς τῷ χρώματι γίνεται· ἡ δὲ ἀερίζουσα ἢ μολυβδόχρους φαύλη· γεννᾶται δὲ ἐξ ἀργύρου καὶ χρυσοῦ· ἔστι δέ τις καὶ ὀρυκτὴ κατὰ Σεβαστὴν*[49] *καὶ Κώρυκον εὑρισκομένη· καὶ ταύτης ἐστὶ βελτίων ἡ μὴ σκωριοειδὴς, μηδὲ λιθώδης, ξανθὴ δὲ καὶ στίλβουσα. Δύναμιν δὲ ἔχει ὁμοίαν λιθαργύρῳ καὶ σκωρίᾳ μολύβδου, πλύσιν δὲ καὶ καῦσιν τὴν αὐτήν· μίγνυται δὲ ἐπιτηδειότερον αὕτη, καὶ ταῖς λιπαραῖς καὶ ἀνεπιδέτοις*[50] *ἐμπλάστροις χρησίμως, οὖσα σαρκωτικὴ καὶ ἀπουλωτική· ταῖς μέντοι κολλητικαῖς καὶ σμηκτικαῖς οὐχ ἁρμόζει δυνάμεσιν.*

Κεφ. ρα'. [*Περὶ σκωρίας ἀργύρου.*] *Ἡ δὲ τοῦ ἀργύρου σκωρία καλεῖται ἕλκυσμα*[51] *ἢ ἔγκαυμα, τὴν αὐτὴν δὲ*

49) Sic scribendum esse, non *Σεβάστειαν*, ut vulgo, patet e Joseph. antiqu. iud. lib. 16. c. 4. et Steph. Byzant. v. *Ἐλαιοῦσσα· νῆσος Κιλικίας, μετὰ τὸν ἤπειρον, ἡ νῦν Σεβαστὴ, πρὸς τῷ Κωρύκῳ.* Alibi, v. *Σεβαστὴ*, verius *χεῤῥόνησος* dicitur.

50) Sic legit Plin. 34, 53.; unde Cornar., Dalechamp. et Sarac. vulgaris scripturae *ἀνεπιδήκτοις* emendationem duxerunt.

51) Marcell. primus e Plin. 33, 35. correxit *ἔγκλυσμα*, quod Ald. et Asulan. habent. *Ἕλκυσμα* etiam dicitur Galeno fac. simpl. lib. 9. p. 236., Oribasio et Aëtio.

Cap. C. [*De Galena.*] Galena optima est lithargyro similis, flava, modice splendens, ac dum teritur fulva, quaeque cocta in oleo hepatis colorem adipiscitur. Vitiosa, quae aëreum aut plumbeum habet colorem. Gignitur in auri argentique fornacibus. Est et fossilis quaedam, quae ad Sebasten et Corycum reperitur: ac in eo genere probatur magis, quae neque scoriae speciem prae se fert, neque lapidosa est, sed flava ac nitens. Vim habet lithargyro et scoriae plumbi similem, sed et uritur lavaturque simili modo. Miscetur aptius cum emplastris pinguibus et quae haud alligantur, cum carnes generet, et cicatrices inducat. At vero glutinantibus detergentibusque compositionibus minime convenit.

Cap. CI. [*De scoria argenti.*] Argenti scoria, quae helcysma seu encauma vocatur, eamdem, quam galena,

ἔχει δύναμιν τῇ μολυβδαίνῃ· ὅθεν ἐμπλάστροις φαιαῖς μίγνυται καὶ ἀπουλωτικαῖς, στυπτικὴ οὖσα καὶ ἐμπλαστική[52].

Κεφ. ρβ'. [*Περὶ λιθαργύρου.*] *Λιθάργυρος*, ἡ μέν τις ἐκ τῆς μολυβδίτιδος καλουμένης ἄμμου γεννᾶται, χωνευομένης ἄχρι τελείας ἐκπυρώσεως, ἡ δ' ἐξ ἀργύρου, ἡ δ' ἐκ μολύβδου. Διαφέρει δὲ ἡ ἀττική· δευτερεύει δὲ ἡ ἱσπανή· μεθ' ἃς ἡ ἐν Δικαιαρχίᾳ τῆς Καμπανίας[53] καὶ Σικελίᾳ[54]· πλείστη γὰρ ἐν τοῖςδε τοῖς τόποις γεννᾶται, μολυβδίνων ἐλασμάτων ἐκφλογουμένων· καλεῖται δὲ ἡ μὲν ξανθὴ καὶ στίλβουσα χρυσῖτις· ἥτις ἐστὶ κρείττων· ἡ δὲ ἐν Σικελίᾳ ἀργυρῖτις, ἡ δ' ἐκ τοῦ ἀργύρου Λαυρῖτις[55]. Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικὴν, μαλακτικὴν, κοιλωμάτων πληρωτικὴν, σταλτικὴν τῶν ἐκσαρκούντων καὶ ἀπουλωτικὴν, ψυκτικὴν, παρεμπλαστικήν. Καύ-

52) Vulgo *ἐπισπαστική*, cui quidem favet Serapion, cuius interpres *attrahens* habet: sed refragantur natura ipsa, Galenus et Aëtius.

53) Recte monente Sarac. sic legendum, loco vulg. *καὶ ἐν Καμπανίᾳ*, cum Dicaearchia (Puteoli) oppidum sit Campaniae. Plin. 3, 9. Strab. lib. 5. p. 194.

54) Ald. addit: *καὶ Ποντεόλοις καὶ Βαίαις*, librarii certe additamentum.

55) Fallopius suasit loco vulg. *Καλαυρῖτις*. Namque, etsi Strabonis aetate iam defecissent *τὰ ἀργυρεῖα τὰ ἐν Ἀττικῇ*, quae in Laurio promontorio culta fuerant, recoxerunt tamen veterem *ἐκβολάδα* et scoriam, ut e mineris plumbi argentum continentibus lithargyrum optimum atticum pararent. Strabo lib. 9. p. 382. Agricol. de natur. fossil. lib. 9. p. 315. Böckh in act. acad. Berol. 1814. 1815. p. 104. 8.

vim habet. Quamobrem emplastris fuscis et cicatricem inducentibus admiscetur, cum astringat et cutem obducat.

Cap. CII. [*De lithargyro.*] Lithargyri quaedam species fit ex arena, quam plumbosam appellant, in fornacibus conflata, donec igne penitus candescat: alia fit ex argento, tertia e plumbo. Probatissima est attica, proxima hispaniensis. Has sequitur, quae fit Dicaearchiae (Puteolis) Campaniae et in Sicilia. Plurima enim in iis regionibus e laminis gignitur plumbeis flagrantibus. Quae flavo colore splendet, chrysitis dicitur, omnium optima, quae in Sicilia argyritis, quae ex argento Lauritis. Vim habet astringendi, molliendi, cava explendi, carnes reprimendi excrescentes, cicatrices inducendi, refrigerandi,

σεις δὲ αὐτὴν οὕτω· κατακόψας εἰς καρύων μεγέθη, καὶ ἐπιθεὶς ἐπ' ἄνθρακας, ἐκριπίσας τε ἄχρι πυρώσεως, καὶ περιμάξας τὴν περικειμένην ἀκαθαρσίαν, ἀποτίθεσο. Ἔνιοι δὲ ὄξει ἢ οἴνῳ σβέσαντες αὐτὴν ἐπὶ τρὶς, πάλιν καίουσι, καὶ ταῦτα ποιήσαντες ἀποτίθενται· πλύνεται δὲ, ὡς ἡ καδμεία· λευκαίνεται δὲ οὕτω· λαβὼν τῆς ἀργυρίτιδος λεγομένης, εἰ δὲ μή γε, τῆς ἄλλης κατάθραυστον εἰς μεγέθη κυάμων, ὅσον χοίνικα ἀττικὴν, βαλών τε εἰς καινὴν χύτραν, ἐπίχει ὕδωρ, προςεμβάλλων πυρῶν λευκῶν χοίνικα καὶ ἰδίᾳ ἐν ὀθονίῳ καθαρῷ ἀραιῷ κριθῶν δράκα δήσας, ἀπὸ τοῦ ὠτὸς τῆς χύτρας κρέμασον, ἕψε δὲ, ἕως ἂν ῥαγῶσιν αἱ κριθαί· εἶτα κατεράσας πάντα εἰς κρατῆρα πλατύστομον καινὸν, τοὺς μὲν πυροὺς ῥίψον χωρίσας, τὴν δὲ λιθάργυρον πλῦνον, ἐπιχέας ὕδωρ, βιαίως ταῖς χερσὶ προςτρίβων ἅμα· εἶτα ἀνελόμενός τε αὐτὴν καὶ ξηράνας, τρίβε ἐν θυΐᾳ θηβαϊκῇ, ἐπιχέων θερμὸν ὕδωρ, ἕως ἂν διαλυθῇ, καὶ ἀπηθήσας τὸ ὕδωρ, πάλιν τρίβε δι' ὅλης τῆς ἡμέρας· εἰς ἑσπέραν δ' ἐπιχέας ὕδωρ θερμὸν, ἔασον· καὶ πρωῒ ἀπη-

cutem obducendi. Ures vero lithargyrum tali modo: Ipsam in frusta, iuglandum mole, dividito: haec prunis imposita follibus accendito, ut conflagrent: tum, abstersa quae insidet spurcitia, reponito. Nonnulli, ubi ter aceto aut vino restinxere, rursum urunt, et hoc facto recondunt. Abluitur, ut cadmia. Candor vero datur ad hunc modum: Sumito de ea, quae argyritis nominatur, aut, si haec defuerit, de alia quapiam, in partes fabarum magnitudine confracta, quantum choenix attica capit: ac, ubi fictili novo indideris, aquam superfundito, adiectaque candidi tritici parvi mensura, privatimque hordei pugillo, intra linteolum mundum rarumque de vasis auricula suspenso, coquito, donec rumpantur hordea. Dein cum omnia in novum craterem oris ampli transfuderis, triticum quidem seorsim abiicito, lithargyrum vero aqua affusa eluito, simulque manibus vehementer confricato: demum exemtam ac arefactam in mortario thebaico terito, calidam affundens, donec ea penitus soluta fuerit. Excolata aqua, iterum toto die terito, et vesperi infusa calida sinito:

θήσας, ἄλλο ἐπίχει καὶ ἀπήθει τῆς ἡμέρας τρίς· τοῦτο ποίει ἐπὶ ἡμέρας ζ' [56]· εἶτα μίξας τῇ μνᾷ τῆς λιθαργύρου ἁλῶν ὀρυκτῶν < ε' [57], θερμόν τε παραχέων, λέαινε τρὶς τῆς ἡμέρας, ἀπηθῶν καὶ μιγνὺς ὕδωρ· ὅταν δὲ λευκὴ γένηται, θερμὸν ἐπιχέων, τὸ αὐτὸ ποίει, ἄχρις ἂν μηδεμιᾶς ἔμφασιν ἁλυκότητος ἔχῃ· καὶ ξηράνας ὀξυτάτῳ ἡλίῳ, προεκβάλλων τὴν ἰκμάδα, ἀποτίθεσο· εἰ δὲ μὴ, μνᾶν μίαν λαβὼν τῆς ἀργυρίτιδος, λέανον ἐπιμελῶς· καὶ τρίψας μίξον ἁλῶν τριπλάσιον λείων, ὀρυκτῶν· καὶ βάλλε εἰς καινὴν χύτραν· ἐπιχέας τε ὕδωρ, ὥςτε ὑπερέχειν αὐτὸ, κίνει ἑκάστης ἡμέρας πρωῒ καὶ δείλης, προςεπιχέων ὕδωρ, μηδὲν τοῦ πρώτου ἀποχέων· καὶ ποίει τοῦτο ἐπὶ ἡμέρας λ'· μὴ κινουμένου γὰρ, ἀποστρακοῦται· μετὰ δὲ ταῦτα ἀποχέας πραέως τὴν ἅλμην, ἐν θηβαϊκῇ θυΐᾳ τὴν λιθάργυρον λέαινε, καὶ βαλὼν αὐτὴν εἰς κεραμεοῦν ἀγγεῖον, ἐπιχέας τε ὕδωρ, κίνει ταῖς χερσὶν ἐπιμελῶς, ἀποχέων τὸ πρῶτον καὶ ἐπιχέων τὸ ἕτερον, ἄχρις ἂν μηδεμίαν ἔμφασιν ἁλυκότητος ἔχῃ· εἶτα ἀποχέας τὸ λευκὸν

56) Oribas. et Serap. ς'.

57) Sic Oribas., Ald., Cornar., Goupyl., Saracen.; οὐγγίας Asulan. et Marcell. Quid Serapion legerit, non liquet. Corruptam enim vocem *athgokilos* quis divinaverit?

postero mane hanc ubi eliquaveris, aliam infundito, atque ita ter per diem excolato. Idem septenis diebus repetito. Post id tempus additis ad singulas lithargyri minas quinis salis fossilis drachmis, affusaque aqua calida, ter die terito, admixtaque aqua excolato. Cum inalbuerit, calida infusa, idem facito, dum nullam prorsus salsuginem resipiat. Tandem ardentissimo sole siccatam, eiecto prius humore, recondito. Sin aliter, argyritidis minam unam diligenter terito, dein, addito triplo sale fossili trito, in ollam novam coniicito, infusaque aqua, ita ut superemineat, moveto quotidie mane et vesperi, aquam superinfundens, priore nequaquam effusa. Hoc idem facito tricenis diebus: namque, nisi moveatur, in testae duritiem abitura est. Post haec, effusa leniter muria, lithargyrum in mortario thebaico terito, coniectamque in fictile, infusa aqua, manibus diligenter agitato, aqua subinde mutata, donec nullum salsuginis indicium praebeat. Demum,

τῆς λιθαργύρου εἰς ἄλλο ἀγγεῖον, ἀνάπλασσε τροχίσκους, καὶ ἀπόθου εἰς μολυβδίνην πυξίδα. Οἱ δὲ, καταθραύσαντες εἰς μεγέθη κυάμων τὴν λιθάργυρον, καὶ βαλόντες εἰς χοίρειον κοιλίαν ὠμὴν ἕψουσιν ἐν ὕδατι, ἄχρις ἂν τακερωθῇ τὸ σπλάγχνον· εἶτα ἐξελόντες καὶ μετ᾽ ἴσων ἁλῶν τρίψαντες, πλύνουσιν, ὡς προείρηται· ἔνιοι δὲ ἁλῶν λίτραν μίαν καὶ λιθαργύρου τοσοῦτον τρίβουσιν ἐν ἡλίῳ μεθ᾽ ὕδατος, συνεχῶς ἀποχέοντες, ἄχρις ἂν λευκὸν γένηται· ἢ καὶ οὕτω· λαβὼν τῆς λιθαργύρου ὅσον θέλεις, καὶ εἰλήσας ἐρίοις λευκοῖς, καὶ θεὶς εἰς κεραμέαν χύτραν καινὴν, ἐπιδούς τε ὕδωρ καὶ κυάμων καθαρῶν καὶ νέων δράκα μίαν, ἕψε· ὅταν δὲ οἱ κύαμοι διαῤῥαγῶσι, τό τε ἔριον (πάλιν) λευκανθῇ[58]*, ἐξελὼν τὴν λιθάργυρον*[59]*, καὶ ἑτέρῳ εἰλήσας ἐρίῳ, ἐκ δευτέρου ἕψε, κύαθον ἐπιδοὺς ὕδατος, κυάμων τε τὸ ἴσον πλῆθος· καὶ τὰ αὐτὰ ποίει τοῖς προειρημένοις ἐκ τρίτου, καὶ καθόλου, ἕως τὸ ἔριον μηκέτι βάπτηται· καὶ τὸ λοιπὸν κατεράσας εἰς θυΐαν πρὸς < π´ ἀττικὰς λιθαργύρου, μίξας ἁλὸς ὀρυκτοῦ*

58) *Λευκανθῇ* habent codd. probatissimi, quos citat Marcell.; *λεανθῇ* vulgare ineptum. Lacuna legit *μελανθῇ*, Ruell. *μὴ μελανθῇ*.
59) Cod. X. addit: *ἐπιδοὺς ὕδωρ*.

quod ex lithargyro candidum apparet, in aliud vas transferto, et redactum in pastillos, plumbea pyxide condito. Alii lithargyrum ad fabarum magnitudinem confractum in ventre suillo recenti coquunt, donec viscus liquescat, inde exemtum et cum pari sale tritum abluunt, uti supra dictum est. Sunt, qui salis libram unam et lithargyri tantumdem in sole ex aqua terant, hac frequenter mutata, dum candor ei concilietur. Alia ratio: Sumito quantum vis lithargyri, ac ubi lana candida involveris, fictili novo indita aqua, cum fabarum recentium et repurgatarum pugillo decoquito. Rumpentibus fabis lanaque iterum albescente exemtum lithargyrum et altera lana obvolutum iterum coquito, cyathum aquae et parem fabarum modum adiiciens: eadem tertio, quae supra, facito, et generatim usque dum lana non amplius tingatur. Tandem transferens in mortarium, ad octogenas lithargyri drachmas atticas, singulas salis fossitii libras adiicito et te-

λίτραν α', καὶ λέαινε διαλιπών τε ἐπίδος νίτρου πάνυ λευκοτάτου διειλημμένου μεθ' ὕδατος ὁλκὰς μζ', καὶ πάλιν τρίβε, ἄχρις ἂν ἡ λιθάργυρος ἱκανῶς λευκὴ γένηται· οὕτω δὲ καταντλήσας[60] αὐτὴν εἰς κεραμεοῦν πλατύστομον ἀγγεῖον, καὶ προσεπιχέας δαψιλὲς ὕδωρ, ἐάσας τε καταστῆναι, τὸ μὲν ἀπήθησον· ἕτερον δ' ἐπιδοὺς ὕδωρ καὶ ταῖς χερσὶν ἀναταράξας, πάλιν ἐάσας καταστῆναι, ἀπήθησον· ἐναλλὰξ δὲ τοῖς προειρημένοις ποίει, ἕως ἂν καθαρὸν ἄγαν τὸ ἀποῤῥέον ὕδωρ καὶ γλυκὺ καὶ ἁλυκότητος ἀμέτοχον γένηται· ἐπὶ πᾶσι δὲ κατεράσας αὐτὴν εἰς λοπάδα κεραμέαν καινὴν, ἀπηθημένου παντὸς πράως τοῦ ὑγροῦ, θὲς ἐν ἡλίῳ ἡμέρας μ', ὑπὸ κύνα, καὶ ξηράνας χρῶ· δοκεῖ δὲ ἡ πεπλυμένη ἁρμόζειν εἰς τὰ ὀφθαλμικὰ, καὶ οὐλὰς ἀπρεπεῖς καὶ ἐῤῥακωμένα πρόσωπα καὶ σπίλων ἔμπλεα.

Κεφ. ργ'. [Περὶ ψιμυθίου] Ψιμύθιον δὲ γίνεται οὕτως· εἰς πιθάκνην πλατύστομον ἢ εἰς κεραμέαν γάστραν ἐγχέας δριμύτατον ὄξος, ἀπέρεισον μολυβδίνην πλίνθον ἐπὶ τὸ

60) Hermol. et Goupyl. in altero cod. Paris. *καταγγίσας.*

rito. Ac interiecto aliquo temporis spatio nitri quam albissimi aqua diluti drachmas XLVII indito, atque iterum terito, donec lithargyrum satis candidum redditum sit. Ita autem, ubi fuderis eam ex alto in fictile oris ampli, affusa insuper largiore aqua, ac subsidere siveris, hanc quidem colato, novam autem superaddens aquam, manibus probe versato, ac sinito rursum, ut considat, demumque per colum traiicito. Alternis eam prosequere, donec, quae effluit, aqua valde pura, dulcis et salsitudinis expers sit. Postremo in fictile novum translatum, excolato sensim omni humore, soli quadraginta diebus sub canicula exponito, et siccata utitor. Ceterum constat, elotam conferre ad oculorum medicamenta et ad cicatricum foeditates tollendas, itemque ad facies rugosas et maculosas.

Cap. CIII. [*De Cerussa.*] Cerussa fit hoc modo: Infuso in urceum oris lati aut in fictilem urnam aceto quam acerrimo, massam plumbeam ad fictilis os, substrata

στόμα τῆς κεραμίας[61], *προϋποκειμένου καλαμίνου ψιαθίου*[62]· *ἄνωθέν τε αὐτῆς ἐπίῤῥιψον σκεπάσματα, πρὸς τὸ μὴ διαπνεῖσθαι τὸ ὄξος, ὡς ἂν διαλυθῇ καὶ συγκαταῤῥυεῖσα διαπέσῃ· καὶ τὸ μὲν ἐπαιωρούμενον καὶ καθαρὸν ὑγρὸν ἀπήθει· τὸ δὲ γλοιῶδες εἰς ἀγγεῖον ἐγχυτέον, καὶ ξηραντέον ἐν ἡλίῳ· εἶτα ἀλεστέον ἐν χειρομύλωνι, ἢ λεαντέον ἄλλως καὶ σηστέον, καὶ μετὰ ταῦτα λοιπὸν τοῦ στερεμνίου λεπτοποιητέον καὶ σηστέον· ἐναλλάξ τε τὰ αὐτὰ καὶ τρίτον καὶ τέταρτον ποιητέον. ἄμεινον δέ ἐστι τὸ πρῶτον ἀποσησθὲν, ὃ καὶ εἰς τὰς ὀφθαλμικὰς παραληπτέον δυνάμεις· δευτερεύει δὲ τὸ ἐχόμενον καὶ κατὰ τάξιν τὰ λοιπά· τινὲς δὲ κατὰ μέσον τοῦ ἀγγείου κρεμῶσι ξύλον καὶ ἐπὶ τὸν καλούμενον ῥίπον τιθέασιν, ὡς μὴ ψαύειν τοῦ ὄξους*[63]· *τὸ δὲ στόμα αὐτοῦ πωμάσαντες καὶ περιχρίσαντες ἐῶσι· καὶ διὰ ι'*[64] *ἡμερῶν ἀφαιρούμενοι τὸ πῶμα ἐπισκοποῦνται, ὅ τε δὲ διαλυθῇ τὰ ἄλλα*

61) Ald. *κεραμέας.* Goup. in cod. Paris. *κεραμείου.*

62) Sambuc. cod. addit *ἢ ῥύπου,* aut *ῥίπου* potius.

63) Sic Ald. et Oribas. Asulan: *τινὲς δὲ κατὰ μέσον τὸ ἀγγεῖον κατερείσαντες τὸν ῥύπον ἐπιτιθέασιν, ὡς μικρὸν ψαίειν τοῦ ὄξους.* Eum sequuntur seriores, nisi quod Goup. et Sarac. recte *ῥίπον* pro *ῥύπῳ* ponant.

64) Sic e Plin. 34, 54. Sarac. et Agricol. de nat. fossil. lib. 9. p. 358. *Δι' ἡμερῶν* vulgo.

prius arundinea tegete firmato: superiicitoque velamina, ne perspiret acetum, donec plumbum resolutum ac depluens dilapsum sit: tunc excolato humore puro, qui superstat, quod glutinosum est, in vas transfundito. Hoc dein siccandum in sole, mox trusatili mola aliave ratione terendum cribrandumque. Postea, quod superest, duri solidive in tenues partes redigendum itidemque cribrandum: vicissim eadem tertio quartoque facienda. Melior, quae prima cribro excreta est, et haec quoque ad oculorum medicamenta assumenda. Secundum locum tenet sequens, ac deinceps reliquae suo ordine. Nec desunt, qui, suspenso circa medium dolium ligno, sic dictam mattam ita superponant, ut ne acetum attingat, ac indito operculo circumlitoque mittant. Post dies decem, amoto operculo, inspiciunt, ac, cum resoluta materia fuerit, reliqua,

ποιοῦσιν ὁμοίως τοῖς προειρημένοις· εἰ δὲ ἀναπλάσαι τις αὐτὸ ἐθέλει, ὄξει δριμεῖ φυρατέον, καὶ οὕτως ἀναπλαστέον καὶ ξηραντέον ἐν ἡλίῳ. Θέρους μέντοι ἐργαστέον τὰ προειρημένα· οὕτω γὰρ λευκὸν καὶ ἐνεργὲς γίνεται· σκευάζεται δὲ καὶ χειμῶνος, τῶν πιθακνῶν ὑπεράνω ἴπνων, ἢ βαλανείων, ἢ καμίνων τιθεμένων· ἡ γὰρ ἄνω[65] φερομένη θερμασία τὸ αὐτὸ δρᾷ τῷ ἡλίῳ. Κάλλιστον δὲ ἡγητέον τὸ ἐν Ῥόδῳ σκευαστὲν, ἢ ἐν Κορίνθῳ, ἢ ἐν Λακεδαίμονι· δευτερεύει δὲ τὸ ἐκ Δικαιαρχίας. Ὀπτητέον δὲ αὐτὸ τὸν τρόπον τοῦτον· ἐπ' ἀνθράκων πεπυρωμένων θεὶς ὄστρακον καινὸν, καὶ μάλιστα ἀττικὸν, ἔμπασον[66] λεῖον τὸ ψιμύθιον, καὶ κίνει συνεχῶς· ὅταν δὲ τῇ χρόᾳ ἔνσποδον γένηται, ἀνελόμενος ψύχε καὶ χρῶ· καῦσαι δὲ θέλων, εἰς κοίλην λοπάδα λεῖον ἀπόδος, ἐπιθείς τε ἐπὶ τοὺς ἄνθρακας, νάρθηκι κίνει, ἕως ἂν τὴν χρόαν ἐοικὸς σανδαράχῃ γένηται, καὶ ἀνελόμενος χρῶ· τὸ δὲ οὕτω σκευασθὲν σάνδυξ ὑπό τινων λέγεται· πλύνεται δὲ τὸ ψιμύθιον ὁμοίως τῇ καδμείᾳ. Δύναμιν δὲ ἔχει ψυκτικὴν, ἐμ-

65) Bene suasit Sarac. loco vulg. ἄνωθεν.
66) Sarac. suasit in notis loco ἔμπλασσον.

ut supra diximus, exsequuntur. Quod si quis in pastillos redigere voluerit, aceto acri subigenda, moxque dividenda in pastillos, qui siccentur in sole. Aestate vero supra dictum opus obeundum: ita enim candida redditur ac efficax. Sed et hyeme paratur, urceolis supra furnos (culinas?), hypocausta et fornaces collocatis: sursum enim latus calor idem praestat, quod sol. Laudatissima est cerussa, quae paratur in Rhodo, Corinthi aut in Lacedaemone: proxime quae in Dicaearchia (Puteolis). Torretur autem hoc modo: Prunis candentibus fictile novum, maximeque atticum, imponito, eique tritam cerussam inspergito et assidue versato: cumque cinereum asciverit colorem, exemtam refrigerato atque ita utitor. Urere vero si libuerit, tritam patinae concavae indito et prunis impositam ferula agitato, donec colore sandaracham aequet, extractaque utitor. Quae vero ita parata est, sandyx a quibusdam appellatur. Lavatur cerussa cadmiae modo. Vim habet refrigerandi, cutem obducendi, molliendi, ex-

πλαστικὴν, μαλακτικὴν, πληρωτικὴν, λεπτυντικήν· ἔτι τε πράως κατασταλτικὴν ὑπεροχῶν καὶ κατουλωτικὴν, μιγνυμένον κηρωταῖς καὶ λιπαραῖς ἐμπλάστροις καὶ τροχίσκοις· ἔστι δὲ καὶ τῶν ἀναιρετικῶν.

Κεφ. ρδ΄. [Περὶ Χρυσοκόλλης.] Χρυσοκόλλα δὲ διαφέρει ἡ ἀρμενιακὴ, κατακόρως πρασίζουσα· δευτερεύει δὲ ἡ μακεδονικὴ, εἶτα ἡ κυπρία, καὶ ταύτης τὴν καθαρὰν προκριτέον· τὴν δὲ γῆς καὶ λίθων ἔμπλεων ἀποδοκιμαστέον· πλυτέον δὲ τὴν προειρημένην οὕτω· κόψας αὐτὴν ἔμβαλε εἰς θυΐαν, καὶ ἐπιχέας ὕδωρ, τρίβε πλατείᾳ τῇ χειρὶ πρὸς τὴν ἴγδην εὐτόνως· εἶτα ἐάσας ἀποκαταστῆναι, ἀπήθησον· καὶ ἕτερον ἐπιχέας ὕδωρ, πάλιν τρίβε· ταῦτα δὲ ποίει ἐναλλὰξ, ἕως καθαρὰ καὶ εἰλικρινὴς γένηται· λοιπὸν ξηράνας ἐν ἡλίῳ, ἀποτίθεσο καὶ χρῶ. Ἐὰν δὲ καῦσαι θέλῃς, καῖε τὸν τρόπον τοῦτον· λεάνας αὐτῆς τὸ αὔταρκες, ἐπίθες εἰς τήγανον, καὶ ἀπόθου ἐπ᾽ ἀνθράκων, καὶ τὰ ἄλλα ποίει, ὡς προείρηται ἐπὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ. Δύναμιν δὲ ἔχει ἡ χρυσοκόλλα

plendi, attenuandi, excrescentia leniter reprimendi et cicatrices inducendi: hinc miscetur ceratis et emplastris pinguibus et pastillis. Est tamen et ex eorum genere, quae necare possunt.

Cap. CIV. [*De chrysocolla.*] Chrysocolla praestantissima est armeniaca, saturrimi prasini coloris. Secundum locum sibi vindicat macedonica, et proximum huic cypria, quo in genere praeferenda est pura, damnanda, quae terra calculisque referta. Antedictae lavandae ratio haec est: Tusam iniice in mortarium, et affusa aqua ad pilam pansa manu vehementer affricato, mox, ubi considere permiseris, excolato. Alteram infundens aquam, rursum terito, atque haec vicissim repetito, donec pura sinceraque fiat. Tandem siccatam in sole ad usus recondito. Quodsi urere volueris, ure in hunc modum: Ubi ex ea triveris, quantum sat esse videbitur, sartagini supra carbones imponito, et alia facito, quae in urendis ante memoratis praecepta sunt. Vim habet chrysocolla

σμηκτικὴν οὐλῶν[67], κατασταλτικὴν σαρκωμάτων καὶ ἀνακαθαρτικὴν, στυπτικήν τε καὶ θερμαντικὴν, σηπτικὴν πράως, μετὰ τοῦ ἐπὶ ποσὸν δάκνειν· ἔστι δὲ καὶ τῶν ἔμετον κινούντων καὶ ἀναιρεῖν δυναμένων.

Κεφ. ρε'. [Περὶ ἀρμενίου[68].] Ἀρμένιον δὲ προκριτέον τὸ λεῖον καὶ τὸ χρῶμα κυάνεον, ὁμαλόν τε ἄγαν καὶ ἄλιθον, εὔθρυβές· τὰ αὐτὰ ποιεῖ τῇ χρυσοκόλλῃ, περὶ τὴν εὐτονίαν μόνον λειπόμενον αὐτῆς· ἔστι δὲ καὶ τῶν ἐν βλεφάροις τριχῶν αὐξητικόν.

Κεφ. ρς'. [Περὶ κυανοῦ.] Κυανὸς δὲ γεννᾶται μὲν ἐν Κύπρῳ ἐκ τῶν χαλκουργῶν μετάλλων· ἡ δὲ πλείων ἐκ τῆς αἰγιαλίτιδος ἄμμου, εὑρισκόμενος[69] κατά τινας σπηλαιώδεις

67) Marcell. legit *ἑλκῶν*. Cui favet Paull. lib. 7. p. 258. *ἕλκεσι γοῦν κακοήθεσιν ἁρμόττει*. Nostra lectio tamen et a Plin. 33, 28. confirmatur.

68) Editores Saraceno priores *λίθου* addunt, magnopere hallucinantes. Namque *λίθος ἀρμενιακός*, a Paullo primo memoratus, lib. 7. p. 246., a Nic. Myrepsico *λίθος λαζούριος ἢ λίτζι* dicitur (antidot. 111.), quam vocem ex arabico لازورد (*lasvard*) corruptam esse Salmas. homon. p. 217. probavit. Hunc, e media Asia allatum, a saeculo sexto inde (Beckmann. Gesch. der Erf. III. p. 192.) adhibuerunt medici ad purgandam alvum in melancholicis. Serapion c. 389. utrumque, nostrum *ἀρμένιον* et lapidem illum armeniacum, coniungit nomine حجر لازورد. Avicenna vero probe distinguit لازورد p. 199. a حجر ارمنى p. 182., quemadmodum et Paullus *ἀρμενιακόν* nostrum p. 231., aut, ut Aëtius *ἀρμενιακὸν τῶν ζωγράφων*, rite discriminat a lapide illo.

69) Sarac. suspicatur *εὑρισκομένης* legendum esse.

cicatrices exterendi, carnes excrescentes coërcendi, itemque repurgandi, astringendi, calefaciendi et cum quantulacunque mordacitate leniter exedendi. Est vero ex iis, quae vomitus concitant, et necem inferre possunt.

Cap. CV. [*De Armenio.*] Armenium praeferendum, quod est laeve, colore coeruleo, perquam aequabile, calculorum expers ac friabile. Eadem, quae chrysocolla, praestat, efficacia tamen minus. Sed et usum habet ad pilos in palpebris alendos.

Cap. CVI. [*De cyano s. coeruleo.*] Cyanus in Cypro quidem procreatur ex aerariis metallis: at copiosior ex arena litorali temperatur, inventus intra maris quas-

ὑποσκαφὰς τῆς θαλάσσης, ἥτις [70] καὶ διαφέρει· παραληπτέον δὲ τὴν σφόδρα κατακορῆ· καυστέον δὲ ὡς χαλκῖτιν, καὶ πλυτέον ὡς καδμείαν. Δύναμιν δὲ ἔχει κατασταλτικὴν καὶ μετρίως σηπτικήν, ἐσχαρωτικήν τε καὶ ἑλκωματικήν·

Κεφ. ρζ΄ [Περὶ ἰνδικοῦ·[71]] Τοῦ δὲ λεγομένου ἰνδικοῦ τὸ μὲν αὐτομάτως γίνεται, οἱονεὶ ἔκβρασμα [72] ὂν τῶν ἰνδικῶν καλάμων· τὸ δὲ βαφικόν ἐστιν ἐπανθισμὸς πορφυροῦς [73], ἐπαιωρούμενος τοῖς χαλκείοις, ὃν ἀποσύραντες ξηραίνουσιν οἱ τεχνῖται· ἄριστον δὲ ἡγητέον εἶναι τὸ κυανοειδές τε καὶ ἔγχυλον, λεῖον. Ἔστι δὲ τῶν στυφόντων [74] ἐλαφρῶς καὶ ῥησσόντων φλεγμονὰς καὶ οἰδήματα· ἀνακαθαίρει δὲ καὶ καταστέλλει ἕλκη.

Κεφ. ρη΄. [Περὶ ὤχρας.] Ὤχραν δὲ ληπτέον τὴν κουφοτάτην καὶ μηλίνην δι' ὅλου, κατακορῆ δὲ καὶ ἄλιθον

70) Galen. fac. simpl. lib. 9. p. 223. εἴτ' ἀρσενικῶς εἴτε θηλυκῶς ἐθέλεις ὀνομάζειν· (κυανόν.)

71) Editiones habent addit. λίθου, e gemma indica Plinii 37, 61. male huc traducta.

72) Sic primus Asul.; ἐκβλάστημα Ald.

73) Salmas. Plin. exerc. p. 181. πορφύρας, quem refutavit Beckmann. Gesch. der Erf. IV. 487.

74) Paull. lib. 7. p. 246. Μέλαν ἰνδικὸν, ὥς φησι Διοσκ., τῶν ψυχόντων ἐλαφρῶς ἐστι.

dam suffossiones, specuum aemulas, et hic quoque magis probatur. Eligi debet, qui valde saturo est colore. Uritur porro, ut chalcitis, et lavatur cadmiae ad instar. Vis est reprimens et modice exedens, crustas gignens et exulcerans.

Cap. CVII. [*De Indico.*] Indici dicti alterum sponte provenit, velut spuma reiecta indicarum arundinum: alterum est tinctorium, flos purpureus, aereis innatans cortinis, quem derasum artifices siccant. Optimum censetur, quod coerulei speciem praebet, succosum ac laeve. Inter medicamenta est, quae leviter astringunt, et inflammationes ac oedemata rumpunt. Ulcera quoque purgat et reprimit.

Cap. CVIII. [*De ochra.*] Ochram eligere oportet levissimam ac penitus flavam, saturo colore, minime la-

καὶ εὔθρυβῆ, ἀττικὴν δὲ τῷ γένει· καυστέον δὲ καὶ πλυτέον καὶ ταύτην, ὥς τὴν καδμείαν. Δύναμιν δὲ ἔχει στυπτικὴν[75], σηπτικὴν, σκεδαστικὴν φλεγμονῶν καὶ φυμάτων· καταστέλλει τε τὰ ὑπερσαρκοῦντα, καὶ τὰ κοῖλα πληροῖ σὺν κηρωτῇ, καὶ πώρους θρύπτει.

Κεφ. ρθ΄. [Περὶ κινναβάρεως.] Κιννάβαρι οἴονταί τινες ταὐτὸν ὑπάρχειν τῷ καλουμένῳ ἀμμίῳ[76], πλανώμενοι· τὸ μὲν γὰρ ἄμμιον σκευάζεται ἐν Ἱσπανίᾳ[77], ἐκ λίθου τινὸς μεμιγμένου τῇ ἀργυρίτιδι ψάμμῳ· ἄλλως δὲ οὐ γινώσκεται. Ἐν δὲ τῇ χώνῃ μεταβάλλει εἰς εὐανθέστατον καὶ φλογωδέστατον χρῶμα· ἔχει δὲ τὴν ἀποφορὰν ἐν τοῖς μετάλλοις πνιγώδη· περιτίθενται γοῦν οἱ ἐπιχώριοι τοῖς προςώποις φύσας, πρὸς τὸ βλέπειν μὲν, μὴ σπᾷν δὲ τὸν ἀέρα· χρῶνται δὲ αὐτῷ οἱ ζωγράφοι εἰς τὰς πολυτελεῖς τῶν τοίχων ἐκκοσμήσεις[78]. Τὸ δὲ κιννάβαρι τοῦτο κομίζεται μὲν ἀπὸ Λιβύης, πιπράσκεται δὲ πολλοῦ· καὶ τοσοῦτόν ἐστιν, ὡς μό-

75) Hoc habet Ald.; Asul. ad notha amandavit.
76) Goupyl. in cod. μινίῳ.
77) Strabo lib. 3. p. 384. μίλτος, οὐ χείρων τῆς σινωπικῆς γῆς.
78) Cod. X. ἐμφάσεις.

pidosam, friabilem ac natione atticam. Urenda etiam et lavanda haec est cadmiae modo. Vim habet astringentem, exedentem, inflammationes et tubercula dissipantem, carnes excrescentes reprimentem, cava explentem, cum cerato adhibita, et callos comminuentem.

Cap. CIX. [*De Cinnabari.*] Cinnabarim falso putant nonnulli cum eo, quod minium appellatur, unum esse idemque. Minium enim in Hispania e lapide quodam argentariae arenae permixto temperatur. Alioqui autem non cognoscitur: sed, dum in fornace excoquitur, in floridissimum ardentissimumque colorem transit. Halitum vero in metallis suffocantem exspirat: ideoque metallici faciem vesicis obvelant, ut spectent quidem, neque tamen aërem (perniciosum) attrahant. Utuntur eo pictores ad sumtuosa parietum ornamenta. Cinnabaris autem, de qua hic agitur, ex Africa quidem invehitur, at magno

λις ἐξαρκεῖν τοῖς ζωγράφοις εἰς τὴν ἐν ταῖς γραμμαῖς ποικιλίαν· ἔστι δὲ καὶ βαρύχρουν ἢ βαθύχρουν[79], ὅθεν ἐνόμισάν τινες αὐτὸ εἶναι αἷμα δράκοντος[80]. Δύναμιν δὲ ἔχει τὸ κιννάβαρι τὴν αὐτὴν τῷ αἱματίτῃ, ἁρμόζον εἰς ὀφθαλμικὰ, πλὴν ἐπιτεταμένως· μᾶλλον γὰρ στυφόν ἐστι καὶ ἴσχαιμον· καὶ πυρίκαυστα καὶ ἐξανθήματα ἀναληφθὲν κηρωτῇ θεραπεύει.

Κεφ. ρι'. [*Περὶ ὑδραργύρου.*] Ὑδράργυρος δὲ σκευάζεται ἀπὸ τοῦ ἀμμίου[81] λεγομένου, καταχρηστικῶς δὲ καὶ τούτου κινναβάρεως λεγομένου· θέντες γὰρ ἐπὶ λοπάδος κεραμέας κόγχον σιδηροῦν, ἔχοντα κιννάβαρι, περικαθάπτουσιν ἄμβικα, περιαλείψαντες πηλῷ, εἶτα ὑποκαίουσιν ἄνθραξιν· ἡ γὰρ προσίζουσα τῷ ἄμβικι αἰθάλη ἀποξυσθεῖσα[82] καὶ ἀποψυχθεῖσα, ὑδράργυρος γίνεται· εὑρίσκεται δὲ καὶ ἐν τῷ μεταλλεύεσθαι τὸν ἄργυρον ἐν ταῖς στέγαις κατὰ σταλαγμοὺς συνεστῶσα· ἔνιοι δὲ ἱστοροῦσι, καὶ καθ' ἑαυτὴν ἐν τοῖς με-

79) Redundare alterutrum videtur: potest tamen utrumque retineri.

80) *Δρακοντίου* habet Aët. Cf. Plin. 33, 38. Oribas. et Strabo lib. 3. p. 468. 469. Agricol. Bermann. p. 461.

81) Goup. primus sic. Priores *ἀμηνίου.*

82) Ex Oribas., loco vulg. *ἀποζεσθεῖσα*, quod iam Sarac. damnavit.

constat, et usque adeo rara est, vix ut versicoloribus pictorum lineis satisfaciat. Est autem alte et abunde colorata, unde et quidam draconis sanguinem esse rati sunt. Vim habet cinnabaris eamdem, quam haematites, ad oculorum medicamenta utilem, imo etiam efficaciorem: magis enim astringit et sanguinem cohibet. Ambustis quoque et papularum eruptionibus, cerato excepta, medetur.

Cap. CX. [*De hydrargyro.*] Hydrargyrum paratur e minio dicto, quod et abusive cinnabaris appellatur. Imposita nimirum patinae fictili concha ferrea cinnabarim continente, operculum adaptant, quod undique luto circumlinunt, dein carbonibus succendunt. Tum, quae operculo adhaeret, fuligo derasa ac refrigerata in hydrargyrum abit. Quin etiam invenitur, quod, dum conflatur argentum, in tectis guttatim concrevit. Sunt et qui hy-

τἄλλοις εὑρίσκεσθαι τὴν ὑδράργυρον· Φυλάττεται δὲ ἐν ὑελίνοις, ἢ μολυβδίνοις, ἢ κασσιτερίνοις, ἢ ἀργυροῖς[83] ἀγγείοις· τὴν γὰρ ἄλλην ὕλην πᾶσαν διεσθίει καὶ ποιεῖ ἀποῤῥεῖν. Δύναμιν δὲ ἔχει φθαρτικὴν ποθεῖσα, τῷ βάρει διαβιβρώσκουσα τὰ ἐντός· βοηθεῖται δὲ γάλακτι πολλῷ πινομένῳ καὶ ἐξεμουμένῳ, ἢ οἴνῳ σὺν ἀψινθίῳ, ἢ ἀφεψήματι σελίνου, ἢ ὁρμίνου σπέρματι, ἢ ὀριγάνῳ, ἢ ὑσσώπῳ σὺν οἴνῳ[84]· ῥίνισμα δὲ χρυσοῦ, τουτέστι ξύσμα λεπτότατον, πινόμενον ὑδραργύρου ἐστὶ θαυμαστὸν βοήθημα.

Κεφ. ρια', [Περὶ μίλτου σινωπικῆς.] Μίλτος σινωπική· κρατίστη ἡ πυκνὴ, καὶ βαρεῖα, ἡπατίζουσα, ἄλιθος, ὁμόχρους, πολύχυτος ἐν τῇ ἀνέσει· συλλέγεται δὲ ἐν τῇ Καππαδοκίᾳ ἐν σπηλαίοις τισί· διϋλίζεται καὶ φέρεται εἰς Σινώπην, καὶ πιπράσκεται· ὅθεν καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἔσχηκε. Δύναμιν δὲ ἔχει ξηραντικὴν, ἐμπλαστικὴν, στυπτικήν[85]· διὸ

83) Ultima duo desunt in codd. C. et X.

84) Quae sequuntur, textus Ald. habet, Asul. et seriores ad notha ablegarunt.

85) Ultimum habent Ald. et Serap.; Asulan. et seriores ad notha ablegant.

drargyrum per se in metallis inveniri tradant. Asservatur in vitreis, plumbeis, stanneis aut argenteis vasis, quandoquidem aliam omnem materiem ita exest, ut perfluat. Vim autem habet perniciosam, dum voratur, suo enim pondere interna perrodit. Remedio est lac copiosum bibitum vomituque reiectum, aut vinum cum absinthio, aut apii decoctum, aut semen hormini, aut origanum, vel hyssopum cum vino. Auri limata scobs, id est ramentum tenuissimum, epota mirabili est contra hydrargyrum auxilio.

Cap. CXI. [*De rubrica sinopica.*] Rubrica sinopis maxime probatur densa, gravis, hepatis colorem referens, calculorum expers, concolor, quaeque, dum diluitur, late diffundi potest. Effoditur in Cappadocia speluncis quibusdam, expurgataque defertur in Sinopem, ubi venumdatur, atque inde etiam cognomen habet. Vim habet siccantem, cutim obducentem, astringentem, quapropter em-

καὶ ἐμπλάστροις τραυματικαῖς μίγνυται, καὶ τροχίσκοις ξηραντικοῖς καὶ στεγνωτικοῖς· ἵστησι δὲ καὶ κοιλίαν, ἐν ᾠῷ λαμβανομένη καὶ ἐγκλυζομένη· δίδοται καὶ ἡπατικοῖς.

Κεφ. ριβʹ. [Περὶ τεκτονικῆς.] Ἡ δὲ τεκτονικὴ ἥττων ἐστὶ κατὰ πάντα τῆς σινωπικῆς· ἀρίστη δὲ ἡ αἰγυπτιακὴ καὶ ἡ καρχηδονικὴ, ἄλιθος, εὔθρυβής· γεννᾶται καὶ ἐν τῇ πρὸς ἑσπέραν Ἰβηρίᾳ[86]*, τῆς ὤχρας καιομένης καὶ μεταβαλλούσης εἰς μίλτον.*

Κεφ. ριγʹ. [Περὶ λημνίας γῆς.] Ἡ δὲ λημνία γεννωμένη γῆ ἔστιν ἔκ τινος ὑπονόμου ἀντρώδους, ἀναφερομένη ἀπὸ Λήμνου τῆς νήσου, ἐχούσης ἑλώδη τόπον, κἀκεῖθεν ἐκλέγεται καὶ μίγνυται αἵματι αἰγείῳ[87]*· ἣν οἱ ἐκεῖ ἄνθρωποι ἀναπλάσσοντες καὶ σφραγίζοντες εἰκόνι αἰγὸς, σφραγῖδα καλοῦσιν αἰγός*[88]*. Δύναμιν δὲ ἔχει ἀντιδότου θανασίμων φαρμάκων ἔξοχον, πινομένη σὺν οἴνῳ καὶ προληφθεῖσα ἐξεμεῖ-*

86) Cornar. suasit, interponendum esse *γίνεται δὲ καί.* Sed Oribas. nobiscum.

87) Haec et alia *αὐτόπτης* optime refutavit Galenus, fac. simpl. lib. 9. p. 174. s.

88) Galen l. c. p. 169. *σφραγῖδα λημνίαν, διὰ τὴν ἐπιβαλλομένην αὐτῇ σφραγῖδα τῆς Ἀρτέμιδος ἱεράν.*

plastris vulnerariis additur, ut etiam pastillis exsiccantibus et constringentibus. Alvum quoque sistit, tum ex ovo sumta, tum etiam clystere infusa. Datur et hepaticis.

Cap. CXII. [*De rubrica fabrili.*] Fabrilis prorsus inferior sinopide est. Optima aegyptia et carthaginensis, calculorum expers atque friabilis. Nascitur et in Iberia, quae ad occidentem spectat, exusta ochra et degenerante in rubricam.

Cap. CXIII. [*De lemnia terra.*] Lemnia terra defertur e cuniculo quodam antrum referente Lemni insulae. Scilicet palustris ibi locus est, e quo eruitur, et caprino sanguini miscetur. Hanc dein incolae coactam in pastillos caprae imagine signant, unde et caprae sigillum illam appellant. Vim antidoti habet insignem contra perniciosa venena. Siquidem pota cum vino et praesumta evomere cogit venena. Idonea quoque est contra ictus

σθαι ἀναγκάζει τὰ δηλητήρια· ἁρμόζει δὲ καὶ πρὸς τὰς τῶν θανασίμων ἰοβόλων πληγὰς καὶ δήξεις· μίγνυται δὲ καὶ ἀντιδότοις· χρῶνται δέ τινες καὶ εἰς τελετὰς αὐτῇ· ἔστι δὲ καὶ δυσεντερίαις χρήσιμος.

